Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

~~Gravures~~

~~D. 76.~~

KW 224

D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61




ANGELII *faciem ſi vis noviſſe* IOHANNIS;
VERDHAGIDVM *decus, hac, cernis, in effigie.*

*Andr. Cramerus Iun. Magdeb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

SERENISSIMO ET ILLVSTRISSIMIS
Principibus ac Dominis.

D. VDALRICO, POTENTISS. Chriſtiani IIII. Regis Dan. Filio natu medio, hæredi Norvagiæ, Duci Schleſvicenſi, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmars. Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt, &c,

*ac Dn.*

RODERIGO, DVCI VVirtenbergenſi & Teccenſi, Comiti Montisbelgardenſi, Domino in Heidenheim, &c.

*nec non*

Illuſtriſſimo & Generoſiſſimo Dn.

D. ANTONIO GVNTHERO Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt, Domino Ieverenſi & in Knipphuſio, &c. antiquiſſimæ Proſapiæ propagini eximiæ.

Principp. Comiti ac Dnn. ſuis Clementiſſimis.

*S. C. D.*

THESAVRVS verus ſapientiæ omnis in Verbo Dei latet, nec certè aliũdè mortalibus, & maximè iis, qui præ cunctis terrigenis ſaluiferi ſplendoris titulo Chriſtiano gaudere volumus, petẽda erit, ſi quid rectè in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

fundamento veritatis ſapere cupiamus, quod ad hujus & æternæ vitæ ſalutem optimè in praxi juſta nobis conducat. Etenim heîc eſt ſapientia, exclamat, *D. Iohan. Apocal. 13. 18.* & heîc eſt ſenſus, qui habet ſapientiam, *ibid. c. 12. 9.* Quãdoquidem penes te eſt, ait David, fons vitæ, & in tua luce videmus lucem. *Pſal. 36. 10.* Qui omnia feciſti in ſapientia & terra plena eſt bonitatis tuæ. *Pſal. 104. 14.* cujus ſapientiæ non eſt finis. *Pſal. 147. 5.* Ideoque ipſe ita loquitur Iehova, *ait Ierem. 9. 23.* ne gloriator ſapiens in ſapientia ſua, neque gloriator potens in potentia ſua, neque gloriator dives in divitiis ſuis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſe intelligere me & cognoſcere, me eſſe Iehovam exercẽtem benignitatem, jus, & juſtitiam in terra; quia iſtis delector, ait Iehova, *v. 24.* Velut eundem theſaurum ſapientiæ nobis monſtrat *Eſai. 33. 5. 6.* Exaltatus eſt, inquit, Iehova: quia habitat in excelſis: ille implet zionem judicio & juſtitia: atque in tuo tẽpore erit firmitas fidei, robur omnis ſalutis, Te ſapere & noviſſe: Timor Iehovæ eſt theſaurus ejus. Ac quum ipſe Chriſtus ſit λόγος τοῦ θεοῦ Verbum Patris, merito omnes theſauros & ſapientiæ & ſcientiæ in eo depoſitos docet *D. Paul. Coloſſ. 2. 3.* Ceu Chriſtus ipſe liquidiſſimis verbis de ſemetipſo teſtatur, ego ſum via, Veritas & Vita,

Vita, nemo venit ad Patrem niſi per Me. *Ioh.14. 6.* Imo, ait, hæc eſt vita æterna etiam, ut te Patrem agnoſcant, eſſe illum ſolum Deum, & quem tu miſiſti Jeſum Chriſtum, *Ioh. 17. 3.* Nec alia eſt ſane aut vita aut veritas aut via ſalutis veræ, niſi quæ per Chriſti lucem acquiritur. In ipſo enim vita eſt, & vita erat lux illa hominum: Et lux iſta in tenebris lucet, ait *D. Iohan.1. Ioh.4.5.* Sed tenebræ non comprehenderunt eam. Attamen ſi in Uerbo Dei vivamus, continuo omnes coguntur à nobis abſcedere tenebræ, modo in eo ritè ſanctificemur. Sermo enim Dei eſt veritas ipſa, ait ipſe Chriſtus, *Ioh.17.17.* & orat ſubinde pro nobis, ut in eo ſanctificemur: Sanctifica eos in veritate tua, *ait, ibid.* ita anxiè pro nobis ſuſpirando. Quin etiam ipſe blandiſſimè nos ad ſe invitat verbis pluſquã molliſſimis & dulciſſimis, inquiens: Venite ad me omnes, qui onerati eſtis, & ex me diſcite, &c. *Matt.11.28.* Jta & Iehova ipſe nos allicit ad Uerbi ſui cognitionem *Eſai.55.1.3,* Heus. ait, quisquis ſitit, venite ad iſtas aquas, & cui eſt nulla pecunia: Uenite, comparate, & comedite: Venite, inquam, comparate abſque pecunia & abſque precio vinum, & lac. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite, ut vivat anima veſtra, & pangam vobiſcum fœdus perpetuum; benignitates Davidis certiſſimas collaturus

turus ſum. En teſtem nationum conſtituo eum, Anteceſſorem, & Præceptorem nationum, &c. Vnde etiam David *Pſal.34.12.* ita omnes pios perquàm amicè compellat; nos filios ſuos in Chriſto vocans: Agite, venite, filii, audite me; ego reverentiam Jehovæ vos docebo. Quin addit Chriſtus, *Ioh. 14. 23.* Qui me diligit, ille ſervabit ſermonem meum,& Parens meus eum diliget, ac nos veniemus ad eum, ac habitabimus cum illo. Et Verbum quod auditis non eſt meum,ſed Patris,qui miſit me. Namque non ex memet ipſo veni,ſed ille me miſit,quur itaque ejus non poteſtis ſermonem audire, nec ejus linguam agnoſcitis? *Ioh.8.43.* Quapropter ſi nolimus audire eum, ipſiuſque doctrinam lubentes ex Verbo Patris addiſcere, aut ejus percipere verba; eſt Iehova ſanè qui mandat graviter hoc, cum authoritate fulgurante id intonans: Hic eſt filius meus dilectus, in quo benè placitum eſt mihi,hunc audite. *Matt.17.5.Marc.9.4. Luc.9. 24.* Et ita accuratè ab omnibus, nemine excepto, in Verbo ſuo cupit agnoſci & diligi,ut in cunctis vitæ actionibus ejus mandata obſervemus unicè, nec quidquam in iis mutemus. Proinde ait Moyſes *Deut.4. 2. 7.* Non quidpiam addere debetis iis,quæ vobis præcipio, nec quid detrahetis, ut conſervetis ritè mandata Iehovæ veſtri, quæ vobis præ-

cipio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cipio, &c. Jtaque conſervate hoc & perficite. Namque in eo veſtra erit ſapientia & prudentia apud omnes gentes; quum audierint hæc omnia præcepta, dicent: Vah, quàm ſapientes & intelligentes iſti ſunt homines? populus inſigniter clarus. Namque ubi gens tam eximia eſt, cui Deus ullus ita propinquus eſt; ſicut Iehova Deus noſter eſt, quotiescunque eum invocamus? Et rurſus ubi tam eximius eſt populus, cui ſtatura tam juſta & præcepta ſint, ſicut eſt tota hæc lex, quàm ego hodiè vobis propono. Proinde cave tibi, & animam tuam in hoc benè conſerva, ne obliviſcaris rerum illarum, quas viderunt oculi tui, neque recedant ab animo tuo, vitæ tuæ ullo dierum, ut notas eas facias filiis tuis & nepotibus tuis. *v.7.8.9.* Sic quod Uerbum Dei nec ex meditationibus, corde, manibus aut ædibus etiam apud poſteros deponendum ſit, toties præcipit ſeveriſſimè. *Deut.* 6.7.8. *&* 28. 14. *Ioſ.* 1.7. *&* 32.6. *&* 2.*Sam.*2. 2. 3. *Pſal.* 119.16,33,61.93.*Prov.*4. 27. *Eſai.* 30. 21.*Num.*15.39.*Deut.* 5. 32: *&c.* quum ob certitudinem & æternam immutabilitatem ſemper ubique regulæ & normæ loco eſſe debeat, à qua nuſpiam in omnibus vitæ actionibus ne per latum quidem unguem recedendum ſit. *Num.* 23.19.*Ioſ.*6.26.*&* 1.*Reg.*16. 12. 34. *&* 22.38,*&* 2.Reg.10.10.17.*Pſal,*100.5.

7. & 117.2.& 119.90.102. 105. *Eſai.* 8.19.20.& 30.2.& 31.1.& 55. 10. & 58. 14. *Ier.* 1. 12.& 20. 6.& 31.36. *Thren.* 1.12. *Ezech.* 5.13.17. & 6. 10. & 12.25.28.& 20.12.& 21.32.& 22.14 & 26.5.& 28.10.& 33.33. *Dan.* 4.30. *Abd.* 18. *Zach.* 7.13. *Matt.* 5. 18. & 24. 34.35. *Luc.* 1.45.70.& 2.19.& 16. 17. & 21.22.32.33.& 22.37. & 24.7.44. *Act.* 27.25.& 1. *Cor.* 15.1.& 2. *Cor.* 10. 13,15.16. *Gal.* 1.8.& 6.16. *Eph.* 4. 14. *Phil.* 3.16.& 1. *Ioh.* 1.3. *Apoc.* 10.7. &c. Vnde etiam David Rex toties omnem vitæ hujus beatitudinem illis, qui omnem amorem & cordis delicias in hoc Verbum & ejus uſum praxinq; ponunt, nocte dieque in ea exercent, toties adſcribit. *Pſal.* 1.1.3.& 2. 12. & 33. 12. & 84.5.& 89.16.& 94. 12.& 106. 3. & 112.1.& 119.1.2.& 144. 15. *Prov.* 3.32.34.&c. Hinc adeo anxiè adſiduus eſt Regius Dei ille Vicarius in omnibus pſalmis votivis, ut in viis Dei & Verbi ejus undique & domi & foris ambulare queat: nec ſolummodo ſibi informator in eo fuit ſedulus, ſed cunctis etiam ſuis ſubditis, quos toties alacritate ſingulari ad Verbi Dei ſanctam & fidelem culturam exuſcitat. Aperiam os meum, inquit, *Pſal.* 78. *v.* 2 3. & *ſeqq.* Quæ audivimus, & novimus, ut majores noſtri nobis narraverunt. Non celabimus filios eorum, generationem poſteram, ut nunciarent

ciarent iis laudes Iehovæ, roburq; ejus, & mirabilia ejus opera, quæ perfecit. Namque ille erigebat teſtimonium in Iſraele, quod præcepit majoribus noſtris, ut notum facerent filiis ſuis: Ut ſciat generatio poſtera, filii naſcituri, ſurgentesque iterum explicēt filiis ſuis. Et ponant in Deo ſpem ſuam, neque obliviſcantur actionum Dei fortis; ſed præcepta ejus cuſtodiant. Ac non ſint, ut majores eorum, generatio contumax & rebellis; generatio, quæ non comparavit animum ſuum, & cujus ſpiritus, nõ fuit conſtans erga Deum ſuum, &c. An non hæc ſatis dilucida ſint teſtimonia Iehovæ, Chriſti & ſpiritus ejus ac Sanctorum ejuſdem pro continuatione adſidua Verbi? Numquid adhuc juſſio, præceptio, aut invitatio hac clarior poſſit uſpiam dari aut exigi? Num ſit, qui adhuc quid dubii heîc in os Dei ulterius movere auſit aut poſſit;

Quis eſt ille vir ſapiens, qui non intelligat illud, quid expreſſa voluntas Iehovæ Trin-vnius heîc ſibi velit? *Ierem. 9.*

Quum igitur, ô vos Celſiſſimi Principes, Dnn. mei gratioſiſſimi, in aperta & infallibili confeſſione jam ſit omniũ, quod Verbum Dei omnibus mortalibus lucem, vitæ, viæ, Veritatis, vim ſapientiæ, imo ipſam ſapientiæ beatitudinem, & perfectionem præferat, & largiatur: tum & indubitatæ Regulæ ac normæ loco ha-

co ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eo habendum ſit, ad quam unicè & mentis intimæ, cordiſque totius, & vitæ univerſæ actiones dirigi atque conformari debeant: Queînam ſit tamen, quod tam leviter omnes limpidiſſimum hunc fontem Jſraelis non abſque perverſa turpitudine noſtra derelinquamus, & potius ex lacunis ethnicis, ipſiſque tenebrarum ſordibus, ſapientiæ imaginativæ liquorem haurire; quàm ex viva ſcaturigine cœleſtis claritatis enutriri, & verè cœlica ſapere velimus? An quidquam ſtultius, vanius & inſanius dici aut fingi poterit, quod tam obſtinati ex tenebris ipſis lucem agnoſcere & dijudicare laboremus? An tenebræ comprehendant lucem & eam informent? *Ioh.1.5.* Aut lux ex tenebris illuſtrationem accipiat? An nō potius lux tenebras diſcutit & in iis lucet? Væ illis, qui ex tenebris lucem, & ex luce tenebras conficiunt! *Eſai. 5. 20.* An non Jehovæ eſt mandatum ſeverum; ô Iſrael, viam gentium iſtarum ne diſcitote ingredi? *Ierem. 10. 2.* An non rectius ait *Eſai.* Venite vos ex domo Iacobi, & in luce Iehovæ ambulemus? *Eſa,2. 5.* Quur tamen in potiori, contra mãndatum Iehovæ expreſſum, precio habemus tenebras Ethnicorum, quàm lucem Verbi & Chriſti? An non inde condemnatio erit mundi; quod lux hæc venerit in mundum, & homines magis tenebras, quàm lucem diligant? *Ioh. 3. 19.* An

19. An non quiſque, qui mala agit, odit hanc lucem , nec venit ad eam , ne arguantur opera ejus? *ibid. v. 20.* E contra qui dat operam Veritati, venit ad lucem, ut manifeſta ipſius fiant opera, quod ſecundum Dei voluntatem facta ſunt. *ibid. v. 21.* Ipſe Iehova graviſſimè conqueritur de obſtinatia tanta ſui populi & perverſitate ejuſdem, quod à Verbo ejus & mandatis perpetuo deficiant. Audi, proinde ait *Ierem. 2. 4. 5.* Verbum Jehovæ, domus Iacobi, & omnes familiæ domus Jſraelis, Sic ait Iehova: Quid invenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quod ita longè abſceſſerint à me, & ſicuti vanitatem evanuerint? Quod ſi nunc ad Chriſtianiſmum noſtrum fucatum & plena barbarie ethniciſmi perfidi obnubilatum, obtenebratum, penituſque involutum oculos convertamus, an non cum Davide idem nobis ſit atteſtandum, quod ille *Pſal. 14. v. 2. ait*? Jehova ex cœlo proſpicit ad filios hominum, ut videat, an quiſquam ita ſapiat, ut Iehovam in veritate Verbi ſui quærat? Sed omnes defecere, & omnes profanitate ſuæ ſophiæ inepti redditi ſunt; nec eſt, qui bona operetur; imo ne unus quidem; quum nefas grande ſcandali publici putetur, ſi quis Spiritui Iehovæ ſe ſtudiis animi ſanctis, & vitæ pietati ſacratiori conſecrare cupiat, atque profanitati ethniciſmi, carnalitatique petulantiori

lantiori aut improbitati, in ſimplicitate fideli ac amore puro vivendo, renunciet. Jta planè Spiritum Dei à ſe excluſerunt omnes, ut nemo nõ fermè ſibi ſuæ rationis profanæ Deus eſſe, & alta inde potius ſapere, quàm veræ pietati in humilitate regeneratæ animæ & cordis ſtudere exoptet. Ita Spiritus vertiginis paſſim inter omnes effuſus eſt, *Eſa. 19. 14.* ut merito David in dicto *Pſal. 14. v. 4.* ex Chriſtianis hodie quærat; An non amplius quis eorum, qui iniquitati tantæ dant operam, ſibi ita conſcius eſt, ut velit animadvertere, quomodo populum meum exedentes devorent? quomodo poculum meretricis Babylonicæ, *Apoc. 17. 4.* circumportando teneris, eos profanitatis carnalis vanitate faſcinando, propinent undiquaque animis? An Iehovam illi verè invocent? Etenim in Spiritu & veritate, nec non aliter vividè adoratur & colitur Iehova, *Iohan. 4. 13. 24. & 1. Cor. 14. 14. Pſal. 3. 3.* Nihilominus ſunt & inveniuntur paſſim, qui adeo malignè à Spiritu Dei abhorreant, ut eidem nullum propè officium in eruditionis informatione ipſi concedant, niſi in ratione externa ſub ductu Spiritus mundi id habitus per profanitatis notiones perficiat. Atque ut eo potentiores in hac phantaſia, non ſine magna ſapientiæ profanæ perſuaſione ſe cuivis oſtentare poſſint, conceptus metaphyſi-

cos

coſ ſibi ingentes & in minutiſſima quæque, abſque ſolida & verà praxi, præter & contra naturam diſtinguibiles, confingunt, quibus Verbum Dei miſerè dilapidando diſtorquendoq; diſtrahunt, diſſecant, & conſcindunt, ut efficacia regni cœleſtis nūſpiam fermè vires ſuas ſanctas humilitatis & obedientiæ veræ, qua captivū duci πᾶν νόημα debet juxta Paul. exerere queat altius. Quum tamen arma noſtræ militiæ, *ait D. Paul.* non ſint carnalia, ſed divinitus valida, & ad ſubverſionem munitionum, quibus evertimus λογισμὺς ratiocinationes, & omne ὕψωμα (Metaphyſicè) ſublimitatem, quæ ſeſe extollit adverſus cognitionem Dei, in captivitatem redigendo omnem cogitationem, ad obediendum Chriſto *2. Cor. 10. 4. 5.* Atque tot intricationibus Verbum Dei peſſimè involvat, queînam poteſt fieri, ut non in tot cœcitatum errores ſtulti & miſeri noſtra culpa incidamus? Et ſi Spiritus Dei ita turpiter à nobis per petulantiam carnis & ejus ratiocinii veſani ex ſuo proprio regno expellatur, quomodo pax Dei, quæ ſuperat omnem intellectum νοήματος præſidio ſit cordibus noſtris, ac mentibus noſtris in Chriſto Ieſu? *Phil.* 4. 7. Occinat talibus pius quiſque, quodcunque velit ex Verbo Dei; tamen illi contra nitentes non tantum adeo abſurdè obſtinati ſunt, ut aures ſuas planè

aſpidis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

aſpidis ſurdæ inſtar, ad ſaniores monitiones obturent; ſed etiam velut ſerpentes venenum expuant *Pſal.58.5.* Imo toto die cotidiè dolores conſarcinant innumeros, & omnes cogitationes in acerbiſſimas meliora docentium perſecutiones dirigunt *Pſal 56.6.* Maximè vero triplicis generis heîc ſe offerunt tales Uerbi cœleſtis diſſipatores. Ac ne ejuſmodi videantur, quales *D. Paul. 2. Cor. 11.3.* deſcribit eos, hac utuntur calliditate, ut Angelorum formas repræſentent. Nihilominus ſunt (1) alii, qui nil ſacri rectè ex Verbo Dei rationis intellectui applicari poſſe aſſeverant ſtrenuè, niſi id fiat per διαλογισμȣ̀ς ſive ſyllogiſmos Chriſto & Paulo adeo exoſos *Matt. 15.19. & Coloſſ. 4.2. Iacob. 1. 22.* Jnde plusquam millies hi auditi ſunt per pulpita, templa & plateas clamores; quod ſæpius non ſine horrore excepimus ipſi: *Doctiſsimi Domini, quod ſi ſis bonus Metaphyſicus, bonus Logicus, & bonus Philoſophus* (quo Ethnicus ille Stagirenſis determinabatur manipulus, quem D. Lutherus Diabolum incarnatum vocat nõ fruſtra) *poſsis uno intuitu ea omnia facilè percipere quæcunque ſacra Scriptura proponit; poſsis facilè & Medicus & Iurisconſultus evadere imo poſsitis Angelis æquiparari, &c.* Nimirum hoc agebatur tanto conatu, ut non tantum animi juventutis malè corrumperentur & gloria amor-

que

que Dei apud eos decreſceret, & quaſi in oblivionem traderetur; Sed etiam illi, qui contradicerent in extremas inciderent perſecutiones, velut inde quoque ſtatim, quum inſignem virum, ceu Chriſtum Phariſæi, ob ethniciſmi deteſtationem inſolentius condemnaſſent, ſtatuta publica confecta ſunt ita, quod nemo aut Theologus, aut ICtus, aut Medicus dici verus deberet, nec quis ad officium publicum admitti deberet, niſi prius abſolviſſet, quem curſum illi dicebant Philoſophicum. Quæ labes inſignis ſeculi fecit, ut admodum plauſibiliter hoc venenum plurimos infecerit locos, & epidemicum malum ſit undique in receptione tanta redditum. Quaſi vero Spiritus Dei intellectum Verbi ſui ſanctum, non niſi per ethniciſmum communicat hominibus. An ethniciſmus illuſtret ſanctam lucem Spiritus Dei? An illud, quod nihil niſi ſeductiones novit, nobis viam Dei aperiat. & monſtret? An non potius inde eſt faſcinatio mala & à Deo averſio, quàm pia & cœleſtis informatio peti queat? An non venenum peſtiferum magis, quàm ſalubrem medicinam tibi acquiras? An non naturâ ſatis ethnici ſumus, & in eum cum omni prolubio animi irruimus? Vnde ſterilitas enim tanta & nauſea amoris veri in Deum & ejus Verbum? Unde tam ſeverè nos retrahit Iehova tot minis graviſ-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſimis à cultura ethnicismi, imo & ſtulta converſatione gentium? *Exod.24.13.14.15.Deut.12.30.& 18.9.Ioſ.13.12.* & paſſim apud Prophet. An non Commixti ſunt inter gentes, & addidicerunt eorum mores? *Pſal. 106.35.* An non propter mixturam talem & doctrinam gentium faſcinatam, tædium Iehova à populo ſuo accepit, & eos in manus ethnicorū juſto judicio talionis tradidit? *Pſal.106.40.41.&c.* Ita quod Iehova minis, pœnis, & plagis variis abrogare cupit & prohibet inſtantiſſimè; hoc iſti homines mandant, jubent, adeo ſtrenuè, ut etiam præceptis ſtatutariis id cuivis unicè excolere imponant, ſub pœna excluſionis, & remotionis ab omni eruditione doctrinæ, ſi potius Spiritus Dei ductum, quam rationis profanæ ſequatur. Cujus vero mandatum & authoritas ſit potentior? An Iehovæ, vel talium in externis litteratorum? Aſt Chriſtus ait, Væ vobis litterati, γραμματεῖς & Phariſæi hypocritæ, qui facitis filium gehennæ duplo magis quàm vos ſitis. *Matt.23.15.* Væ vobis, qui adſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, *&c. 27.* Sed ne tamen res hæc ſpecie careat ſua, & ut potentiori attractu ratiocinii ſui conſtringant Spiritum Iehovæ in Verbo ſuo, ſyllogiſmorum retinaculis ita arctè includendum docent, ut nuſpiam ex conſequentiis contextis elabi valeat.

Atque

Atque inde omnem intellectum habitualiter captivatum ſibi pro ingenii excelſi modulo egregiè accommodant. Sic divinum intellectum Uerbi cœleſtis, & omnium myſteriorum omnino per hoc medium illuminationis profaniſſimæ intellectus ethnicus, ſyllogiſticè benè efformatus, ſibi ſcientificè conciliat, nī fallor. Velut ante paucos annos acerrima digladiatio, nec ſine exiguis conviciis ac ſcandalo coram facie totius Eccleſiæ Chriſti fuit inter *Helmſt.* & *Viteberg.* aliquot, quum iſte contra *Helmſt.* quempiam Syllogiſticæ magnificentiæ aliquid auctoritatis in eo detraheret, quod dubium logicæ hoc moviſſet: An ſemper in forma ſyllogiſtica de rebus Theologicis ſit diſputandum? Etenim non inſcitè negabat, quod myſteria Deī illi rationis modo poſſent includi, quū eſſent incomprehenſibiles; tum quoque non neceſſarium putabat, ut in explicita forma ſyllogiſtica ſemper res Fidei adeoque Verbum Dei taxaretur. Hoc vero ille, qui nonnihil ferventius totius Ethnicismi patrocinium pro auctoritate ſua logicali in ſe ſuſceperat, pluſquā ægerrimè ferebat non ſine furoris alicujus ſævitia, ut nihil verum dari poſſe clamaret, quin id omne in regno ſyllogiſtico ad imperium rationis eſſet inclinandum detorquendumvè. Quippe ſyllogiſmum ita omnipotentem in ſiguris ſuis

fecerant paſſim, ut non tantum Spiritui Sãcto ſuum eriperet officium informationis, ſed etiam fermè in ſua veritate nuſpiam audiendus aut admittendus foret, niſi ſe huic judicio aut tribunali logico, & quidem in explicita forma ſyllogiſticali in operationibus ſuis divinis exhibuiſſet cenſendum. Sic etiam adhuc veſana conclamatio eſt fermè omniũ, quod nihil firmiter credi poſſit, nec Verbum Dei uſpiam accipiendum, niſi fiat mediante profanitate artificiali hac ethnica, quum tamen ipſi in cœcitate ſua ita miſerè diſtrahantur, ut adhuc penitus ignorent, quid propiè ſyllogiſmus ſit, & in natura ſua ficti Entis illis veniat. Sic enim definiunt ſcilicet: *Syllogiſmus eſt λόγος, in quo, poſitis quibuſdam, diverſum quid à poſitis ex neceſſitate infertur, eo, quod hæc ſunt.*

Dicunt quod definitio realis nihil aliud ſit, quam explicatio rei, qua quid res ſit in ſua natura, notificetur eſſentialiter. Quid igitur heîc explicatur in notificatione rei? Certè ceu res fictitia & nullius momenti ita & ejus explicatio. Etenim realis definitio, qualem hanc volunt, non debet nec poteſt à ſuis cauſſis abeſſe, quibus natura rei conſtituitur, quum cauſſæ propriè ſint quæ denunciationem ſuam deferunt ad intellectum rationis externæ, ut inde certa ſcientia ſit animo nata rei objectæ. Si enim ve-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ras haud noſcam cauſſas, rem in naturæ ſuæ fundamento genuinè & eſſentialiter conſtituentes, omnino rem ignoro, & eſt ſaltem ſuſpicio, conjectura, aut opinio vel etiam error & falſitas, nullaque prorſus ſcientiæ notitia aut cognitio, quæ me ita torquet, & in obſtinata miſerè ſeducit mente. Jam vero quæ ſunt cauſſæ? Æquè ſanè certæ; ac glorioſum illud nomen & magnificè diffamatum SYLLOGISTICUM. Etenim non volunt eſſe illud inter notiones primas relatum, ſed notiones ſecundas. Quid igitur ſunt Notiones ſecundæ? Nimirum ipſi dicunt, quod ſint conceptus conceptib. primis impoſiti. Nonnè itaque primi priores ſunt illis, qui imponuntur aliis? At quomodo illud, quod poſterius eſt, in fictione entis ſui, poſſit primum denunciare animo, niſi in eo fundamentaliter ſit radicatũ? Namque ignis ſi alicubi lateat, non poſſit ſe mihi realiter detegere, niſi exereret ſuum ſplendorem. Interim tamen, ſi ego de natura ignis interna cognoſcenda ſim ſollicitus, non illud mihi denuntiabit aut clarum reddet ullus ſyllogiſmus, etiamſi milleni conficiantur, quum tam remotus ſit iſte conceptus à natura ipſa: at ſplendor propius quid indicat.

Ramum culpant futiliter, quod haud noverit diſtinguere inter notiones primas, & ſecundas, Ipſi vero nec noſcunt,

primæ quid ſint aut ſecundæ. Si enim primæ inde dicuntur, quod ſtatim rem ipſam rationi detegant & determinent: quæro ex illis, quid ſit Anima? Reſpondent eſt ἐντελέχεια: Quid eſt ἐντελέχεια? Reſponſio eſt, quod eſt actus primus. Quid vero iſte actus? Recurrunt ſtatim ad formam eſſentialem. Quid hæc? Ens coexiſtens. Quid hoc? ſummum ſcilicet Ens. Ita una eluſio termini parit alteram, & magis à rei notione, ad generaliſſima reſultat, quum tamen per illorum applicationes ſyllogiſticas mihi internum eſſe rei per ſuas proximas cauſſas denunciari cuperem. Ita patet, quod iſtæ notiones eorũ nullatenus vel in natura externa ſint primæ, vel in interna quas ita vẽditant, quũ neque illud proprium rei eſſe explicare mihi poſſint, nedum, quod in ſpiritualibus mihi quid valeant detegere. Si enim quæram, quot gradibus in commixtione elementari diſtat lignum à lapide aut caro piſcium à carne ferina, &c. obmuteſcunt ſtatim, neque hoc noſcunt, niſi confugiant ad occultas qualitates. Interim tamen hæc cognitio longè diſtat ab ea, quam in anima expetebam: Hanc nulla alia notio retegere mihi poteſt verè, & ſolidè quam ſpiritus ſancti doctrina, quæ Verbo Dei vividè explicatur: ſed nec hoc ita ſimpliciter tamen; ſed quã cognoſco in anima per Chriſtũ

unicè renata. Etenim in regeneratione omnis vis divinior latet, ut homo planè novus efficiatur in reflexione ſui, dum veterem Adamum prorſus deponit, & nova lingua loquitur in ſeſe, quàm externa ratio, quæ ſaltem in tertio Principio ſpiritui mundi expoſita jacet, id poſſit aſſequi; ut ita tandem id percipiam, quodnam novum lumen in incarnatione ſua Filius Dei per mortem ſuam mihi recuperarit cum corpore cœleſti Paradiſiaco. Heîc jam in auxilium omnes convocent ſyllogiſticationes illi profanitatis obſtinatiores cultores, concludantque fortiter & dicant, quidnam ſit illa cognitio cœleſtis, & quidnam novæ iſtæ linguæ, quibus Spiritus Dei informarit ſuos ſanctos, ut magnalia ſumma Iehovæ eloqui potuerint. Logica enim Spiritus Dei non eſt talis, qualem Ratiociniſtæ illi determināt, quum hic à priori nobis verè omnia detegat & explicet, ut ita tū fieri poſſimus Semidei, & redire in priorem Adami ſtatum; quo ille omnibus animalibus ex naturæ inſpectione ſua propria impoſuit nomina, ſi Iehovæ ductum & dictamen modo ritè ſequamur. Non certè heîc ulla externæ rationis ſyllogiſticatio, prodeſt quidquam, nec ea quid intimè detegit, licet omnia ejus formalia & materialia cumulatim in millenis adhibeat reductionibus & transfigurationibus. Velut etiam ipſa

miſera illa definitio ſyllogiſmi id ſatis declarat, quæ adeo ab omnibus cauſſis eſſentialibus veræ definitionis abeſt, ut etiam nihil, niſi indefinitas locutiones inanium terminorum proferat, quæ ſaltem poſita quædam dicat, quæ adverſum quid à poſitis ex neceſſitate crepent. Quæſo enim quibus rebus innitâtur poſita ea? Quid inferant, ſi res à priori ignota ſit, cui imponantur? Quippe ſi à priori pateat res, quid opus tali locutione? Ad quid opus neceſſitate tali, quæ ipſa ita caret ſua neceſſitate reali, ut ſaltem opinionem è longinquo fingat & ſeductionem à vero pariat nobis? Ideoque illi Anteſignano profanitatis hujus philoſophicæ ſæpius gratias habere ſoleo magnas pro ingenua confeſſione, qua olim in conſcientia convictus tandem ſic erumpebat non ſine indignantia: *Quod omnis ſyllogiſticatio eſſet maximum argumentum ſummæ imbecillitatis rationis humanæ.* Quur tamen alii & ejus ſectatores in tantum fremunt, & cotidiè illud redintegrant de dictamine rectæ rationis. *Quæſo quænam eſt ea recta* Ratio? Aut in quibus datur, ſi neque in natura externa & commixtione elementari noſcant ſuæ beneficio falſæ Philoſophiæ diſtinctiones graduum demonſtrare? Quid illi poſſint ſibi de rebus Spiritualibus cognitionis vendicare, præſertim quum ignorent prorſus, nec

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

etiam ex experientia credere velint, quod unum quodque elementum ſuos alat, foveat & gignat Spiritus ſeparatos & diverſos, à magno illo ſpiritu mundi profluentes? Quid illi de his judicent ſuis ſyllogiſticationibus vanis, quum vero fundamento cauſſarum in naturali cognitione careant omnino ac nequeant corporeitatis palpabilis ſaltem differentias ex cauſſis ſuis propriis internoſcere, aut intueri? Quorſum enim tendat omnis ſyllogiſticationis vanæ jactantia, ſi nihil horum importet, quæ fundamento rei ſuperimponi rectè queant? An ſufficit heîc terminos habituales varios confingere;& ex iis ſtructuram ſyllogiſticam ædificare? Non certè longè abſimilis eſt illi, quâ confuſæ inter ſe gentes magno molimine, in ſui gloriam & memoriam æternam, turrim Babylonicam uſque in cœlum educere conabantur.

Sed hæc eſt nova prorſus ædificatio qua etiam pridem ex ſcholis ſuis omne Spiritus ſancti officium, ſibi ſapientes in carne ſua domi propriæ, exterminarunt, ait ille. Nolo quoque heîc vocabulum τοῦ λόγου in definitione poſitum, pluribus examinare, quàm falſo id generis loco habeatur, quum per ſe pateat, quã lõgè petitum ſit,& ambiguum & hoc loco in cœcitate ſua vanum ac ingeniis anxiis eluſorium, minuſque rectè applicatum.

plicatum. Quod enim per ſe ſuo caret fundamento, nec rem omni ſyllogiſticationum diſpoſitione, uti in ſe eſt à priori notificare poteſt, cui uſui λογὸς ſuperinducatur talis? Quippe notiones ſive Noemata rerum quoad cognitionem nõ ſunt ſaltem duplices, ſed plures: quum notiones ſint, quæ ipſam eſſentiam internam intuitivè monſtrent in natura; item quæ in commixtione elementari ſe detegunt; item quæ nominis cujuſque expreſſionem in lingua Naturæ pariunt, ceu Adam ante Lapſum fecit, quũ veram originem linguæ intellexerit; Sunt etiam notiones, quæ ſuperficiei rerum inſerviunt ex quibus litteralis lingua compactionem ſuam ſortitur, &c. quod olim quoque *Gerſon* dilucidè explicavit. At notiones illæ, quibus ad eſſentiam ſpirituum penetratur, non abſq; regeneratione vera homini communicantur, quum novum requirant hominẽ, cui ſe ſophia cœleſtis denuo repandit, ceu in Ioſepho, Salomone, &c. videre eſt, & Philoſophis ſacratioribus, quos olim Magos dicebant. Quod ſi igitur profanos illos conceptus ex medio ethniciſmo petitos Verbo cœleſti & rebus ſpiritualibus applicemus, quod aliud ſit, quàm ut toties fornicationes ſyllogiſticas committamus, de quibus Iehova tam frequentes undique, apud Prophetas, effundat querelas, quum nil niſi Idololatricas

tricas opiniones & populorum à vero Deo averſiones gignere poſſint, velut olim uberius in libello noſtro de Vero Chriſtianiſmo explicavimus; quem tam operoſo conatu & perſecutione duriſſima illi turris Babylonicæ ædificatores è medio tollere toties ſtudebant. Et quæſo, unde tot ſectæ in Chriſtianiſmo, ſi non opinionum diſtortarum tantus eſſet cumulus? Spiritui Dei ſi ad voluntatem Iehovæ devotiori cultu ſe ſubmitterent homines & ad Amoris cœleſtis gratiam in pœnitentia ſeria & humilitate pia reverterentur, quur non in unanimi ſenſu vivere poſſimus. Quid heîc nobis obſtat, niſi obſtinata illa opinio quam ex tantis futilitatum conſequentiis in ratione externa conficimus vani, nos ita in mentibus noſtris captivos ducendo, ut potius vanis ſyllogiſticationibus, ex Verbo Dei profaniſſimè per fornicationes tantas conſutis, quid credamus, quàm ad Spiritum Dei nos ſancto corde ingeramus debitè? Ideoque rectius ille agit Philoſophus ſacer, qui ſyllogiſmum ita definit, *quod ſit externæ rationis in homine Adamico figmentum, quod ex cæcis præſuppoſitis ſibi imagines opinionis ſuæ per terminos habitualiter diſpoſitos, conficit, ut iis ita conſcientiam captivam includat, ne amplius ad ſanctiora ſe elevare & veritatem cæleſtem ibi rite quærere valeat.* Quæ impedimenta inde Eccleſiæ veræ objiciantur,

ciantur, tot digladiationes multorum & perſecutiones ſcandaloſæ ſatis teſtantur. quum quiſque pro ſuæ ſapientiæ auctoritate tam fortiter pugnet, ut nolit heîc quid abolitionis in carne ſua pati. Nihilominus dicit *D. Paul. 1, Cor. 1. 19,* Scriptum eſt: Abolebo ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentium è medio tollam. *& v. 21.* Nam poſtquam in Dei ſapientia mundus non cognovit Deum per ſuam ſapientiam, placuit Deo per ſtultum præconium ſervare credentes & *1. Cor. 2. 4.* Nec oratio mea & præconium meum ſitum eſt, ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ rationibus; ſed in demonſtratione ſpiritus & potentiæ, &c. Nam ſapientia hujus ſeculi aboletur, &c. *ibid. v. 6.* quum Animalis homo non capax ſit eorum, quæ ſunt ſpiritus? At ſpiritualis dijudicat omnia. *ibid. v. 14. 15.* At Chriſtus toto cordis ſpiritu gratias agit Patri, quod hæc occultaverit à ſapientibus & intelligentibus, & ea retexerit infantibus. *Matt. 11. 25.* Quum tamen ſe ſic turgidè opponunt Chriſto & Spiritui tantæ ſapientiæ carnalis ſtudioſi? An non ſatis dilucidè percipiunt, quod tali ſapientia aboleri debeant? Si per ſyllogiſticationes ejuſmodi quid ſolidè poſſit in Verbo Dei apprehendi, non Chriſtus de Spiritu Dei illud revelatum dediſſet, quod ille adve-

niens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

niens nos in omnem ducat veritatem, *Ioh.16. 13.* Quamdiu autem mundani ſapientes ſumus, non poſſumus eum recipere. *Ioh. 14. 17.* Quia tales nihil niſi λογομαχίας fremunt, *ait D. Paulus*, & obtenebrati ſunt in corde, ac nihil niſi quæſtiones inanes movere noſcunt, &c. Vnde rectè olim optimus ille Theologus. D.Dan.Hoffmannus, *Anno 1598.* id cum *D. Paulo* adſeverabat, *quod quanto magis ratio humana ejuſmodi philoſophicis ſtudiis excoleretur, tanto armatior prodiret, & quo ipſam amaret impenſius, eo Theologiam invaderet atrocius, & errores pingeret ſpecioſius, Coloſ.2. & Gal.5.* Jmo addebat etiam hoc: Quum vero hodiè circumferimus oculos in orbe Chriſtiano, ſtatum ejus inde miſeriorem agnoſcimus. quod multi Theologorum ad ſapientiam carnis ſublimes articulos Fidei revocant, & juventutem adſuefaciunt ad diſputationes, quibus ad Philoſophiæ calculos exigitur ſenſus Sacrarum literarum, &c. An vero non jam ſtatus Chriſtianiſmi longè eſt deterior quum omnes à pietate ſint quaſi deterriti? Iehova ipſe judicem tam ſtrenuum agere cogitur, nec eſt, ut in cauſſas remotiores inquiramus, quum tanta ſit Chriſtianorum profanitas, ut ipſos Ethnicos in vita turpiſſima exuperemus, & barbariores vivamus ſub titulo Chriſti, quàm ſi nullam in eo ſalutem agnoſceremus.

Hi

Hi certè ſunt fructus tam ſedulo exculti Ethniciſmi, in quo tam alta ſapimus.

Namque (2) eo uſque ad tam blaſphemam inſaniam quoque conceſſerunt homines, ut non tantum, amplius Spiritum Dei in vitæ ſanctioris ductu audire planè non cupiant; ſed etiam Verbo cœleſti neſcio quam Barbariem, objicere auſint. Tanto odio ducuntur Spiritus Dei, ut publicè proclamare non vereantur, nihil eſſe elegantiæ in ſacris litteris, & quod ille, qui Uerbi Dei ardentiorem culturam promovere laboret, nihil aliud agat, quàm quod in novam barbariem hæc tempora apud juventutem revocare velit. Ideo undique clamor iſte auditur. O juvenes huc ite; heîc emite, heîc eſt ſapientia, quam litterarum elegantia promittit: Humaniores eæ ſunt litteræ, quæ linguam ritè excolunt: Sic etiam ſecundum rectam rationem vivitur melius, &c. Exhorreſco ad talia, quoties cogito, quod Spiritus Dei ſermo ita barbarus cenſeatur, qui tamen omnium blandiſſimè loquitur intelligentibus. Eſt enim ſpiritus manſuetudinis & humilitatis adeo, ut etiam à pueris velit intelligi. Animadvertite, *ait David, Pſal. 94, 8, 9. 10.* ô brutiſſimi in populo: & ſtultiſſimi, quando intelligentes eritis? An plantator auris non audiat? An ille qui formator eſt oculorum, non videat? An caſtigator gentiū, non

non reprehendat? Qui docet homines ſcientiam, an non agnoſcat? Sic qui plaſmator eſt linguæ, an non ille noſcat pro elegantia ſui ſermonis nos ſatis informare? An ille doctore aliquo in inguæ elegantia indigeat? Hæc certe eſt dies tentationum *Pſal. 95.8.* dies blaſphemiæ, *Eſa. 37.3.* ſicut in diebus Noæ, *Eſa. 54.9.* dies afflictionis. *Ierem. 17.18.* qua Spiritus Dei quoque in deriſum factus eſt, *Ier. 20.7.* ſic profecto verè conqueritur Chriſtus de ſuis, quod ſapienia à filiis ſuis juſtificetur *Matt. 11. 19.* Num hæc ſit illa recta ratio, de qua tam bſtinatè gloriantur mortales? Non ſanè ntelligunt quid proferant, & quid blaſhement. Imo quid eſt recta ratio? An on poſſit mens in Deo elevata recta lari? In tantum ipſa eſt recta ratio, in uantum divinæ legi conformis extiteit, ait optimè *Lens. lib. 8. c. 1. de lib. Chr.* ta enim fit, ut vivere ſecundum rectam ationem, nihil aliud ſit, quàm ſecundū Dei voluntatem & legem in ſancta obelientia vivere. An Spiritus Dei non oſcat veritatem ſuam, & quomodo eā fferat, quum ille tamen nos ſolus in omem ducat veritatem *Ioh. 6. 13.* Sed ego eritatem vobis dico ait Chriſtus, quum enerit ille (Spiritus Dei) arguet mun-um, de peccato, de juſtitia, & de judicio *oh. 16. 7. 8.* Et jam inſtat tale judicium piritus ut paſſim videre eſt. Quis tamen

magis

magis barbarus ? an ille , qui barbaræ profanitati incumbit uſque ſtrenuus? an ille , qui ſancta Dei pii quærit elogia & eloquia ? Sic etiam illi (3) non minus graviſſimè peccant , qui Uerbo Dei cereum affingunt intellectum. Non Etenim Deus eſt ſicut homo *Pſal. 50.* Verbum tuum nihil aliud eſt, niſi Veritas, *ait David. Pſal. 119. 160.* Et in ſeculũ eſt quodque judicium juſtum tuum. Præcepta tua nihil , niſi mera eſt Ueritas. *ibid. v. 151.* Ac tua juſtitia, eſt æterna juſtitia; & lex tua eſt Ueritas. *ibid. v. 142.* Quia purgatus eſt ſermo tuus valde. 140. juſtus eſt Iehova ; & rectus judiciis tuis Iehova, in cœlis eſt benignitas tua, & veritas uſque ad nubes ſupremas. Iuſtitia tua inſtar montium maximorum fixa, *Pſal. 36. 6. 7. It. Pſal. 119. 89. 90. 91.* Præcepiſti juſta teſtimonii tui, & fidelia valde, *137. 138.* Proinde ingentem habent illi pacem, qui tuam amant legem . nec vacillabunt unquam. *165,* Quod ſi vero tectum eſt Euangelium noſtrum, *ait Div. Paul. 2. Cor. 4. 3. 4 5.* iis, qui pereunt, tectum eſt: In quibus Deus hujus ſeculi excœcavit mentes, nempe in infidelibus, ne irradiet eos lumen Euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Non enim nos ipſos prædicavimus , ſed Chriſtum Ieſum Dominum, &c. Hoc igitur caveat quiſque, qui Chriſtianum ſe venditat , in fuco aliquo ſpecie tenus illum afficere tentet. Iehovæ ſit

v답 fit

va eſt juſtus, & juſta judicia ejus : & tamen juſtus obtinet partes , quamvis à mortalibus judicetur, ait David. Quum igitur tam gravis cotidiè ſit lapſus mortalium, & eo gravior eorum, quo magis ſe Chriſto adſtructos cupiunt ; & tamen fuerint, qui minus quid graviter committi in politicis putent, etiamſi nõ omnes actiones eorum cum Verbo Dei cõgruerent ; ideo coactus ſum tandem conſcientiæ cauſſa , ut Politicam hanc Chriſtianam quam olim ex parte, quum adhuc Profeſſorem agerem in Acad. Iulia, conſcripſi & publicè prælegi, tandem, ad impetitiones plurium etiam ſũmæ æſtimationis virorum, quibus cognitum erat, quod ad ſtilum Chriſtianitatis noſtræ eam conformaſſem, in lucem emitterem. Non dubito ; erunt plures, quibus , præ carnis nimis delicato ſtudio, ſapere haud omnia poſſint, ceu quoque diabolus tanquam Deus hujus mundi, nihil infẽſius ſibi habet, quàm ſi mortalium actiones ad Verbi cœleſtis normam & verum conſcientiæ uſum, etiam in externis negociis revocentur: Sed iis ſuam obſtinatam mentem in reprobato ſenſu relinquam. Et nihil aliud ſanè obtinebunt , quàm ut ſaltem declaraturi ſint , cujus Spiritus filii ſint. Ex ungue noſcitur leo : ita quoque ex unguibus ſuis ipſi ſe prodent. Habui etiam antehac & ſenſi calumniatores plures ; ſed



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Iehovæ ſit laus qui etiam in medio Leonum, me huc uſque conſervavit. Dudum itaque hoc mihi propoſitum fuit ſanctum cum Davide, *Pſal. 56. 5.6.* Iehovæ laudabo Verbum; in Deo confidam eundem ſuſpirans, nec timebo: Quid faciet caro mihi? Toto die quidem verba mea impugnant: & omnes eorum cogitationes ſunt, ut in mala quævis me præcipitent: Conſociati vivunt, & inſidiis incumbunt, atque veſtigia mea obſervant, ut animam meam in captivitatem abripiant: Sed tamen in Jehova laudabo Verbum ejus. Laudabo Iehovæ Verbum: Imo in Deo confidam, nec timebo. Quid enim faciet homo mihi? *Pſal. eod. v. 11. 12.* Namque qui Deum timent, confidunt Iehovæ, atque is auxilium eorum eſt, ſcutumque. *Pſalm. 115. 11.* Ideoque manebit hoc conſtantiſſimè ſemper fixum. Non nobis Iehova, non nobis: ſed nomini tuo da honorem, propter benignitatem tuam. Quur dicunt ethnici, ubi nunc Deus eſt iſtorum? Atqui Deus noſter in ipſis cœlis eſt: quicquid placet, ille facit. *Pſal. 115. 1. 2. 3.*

Quod autem Illuſtriſſimi, Celſiſſimique Principes, ac Illuſtriſſime Comes, Duces ac Dnn. mei Clementiſſimi hunc Politicum Chriſtianum V.V.V. C.C.C. inſcribere voluerim, cauſſas habeo plures. Etenim inter alias non tantum piis

patro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

patrocinio externo in terris, quum Deus ipſe Principes aſyla mundi hujus conſtituerit ſuis, eſt ſemper opus; ſed etiam ut debitam devotionis, obſervantiæ & affectionis humiliſſimæ ſignificationem demonſtrare voluerim. Et queínam quis ſe rectius obſtrictum cupiat, quàm quoś inter Chriſtianos Principes novit unicè præ reliquis Verbo Jehovæ addictos? Quid enim ſanctius aut excelſius in hac mortali vita dari poterit, quàm ſi quis ſe in Verbo Dei aſſiduè ſanctificatum exoptet, & præſertim ſi capita Rerumpubl. in eo ſe cotidiè ſedula cura exerceant? An non David, qui omnium regentum Politicorum primas rectè meretur, unicè in hoc cotidiè exultavit? Via teſtimoniorum tuorum mihi voluptati eſt, inquiens, quæ omnigenis divitiis præfero *Pſal. 119. 14.* Omne gaudium meum in jura tua depono, nec obliviſcor verborum tuorum. *16.* Tua teſtimonia oblectationi mihi ſunt, hæc mihi ſunt conſiliarii. *24.* Indeſinenter ambulo in viis tuis; quia mandata tua quæro. Et loquor de teſtimoniis tuis coram Regibus, nec erubeſcam. *44. 45.* ſtatuta tua mihi cotidiè materiam cantionis exhibent in ædibus meis *54.* In ſumma, Theſaurus iſte mihi eſt, quod verba tua cuſtodiendo ſervem *56.* hoc mihi hæreditatis æternæ loco eſt. *111.* Nulla ſiquidem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vitæ Chriſtianæ in quocunque ſtatu norma vera eſt aut regula abſque Verbo Dei. Jta Deus unicè voluntatis ſuæ divinæ laudem in actionibus noſtris cunctis quærit. Non dubito igitur, quin ea hæc, quæ Iehovæ laudi & Veritati cœleſti ex animo toto minimè fucatus in hiſce Politicis ſcriptis conſecravi, apud Cel. & Ill. V.V. V.C.C.C. etiam gratum & acceptum inventura ſint locum. Quod eo magis jam perſuaſum habere mihi valeo, quum haud obſcura antehac Ill. C.C.C.V.V.V. ſigna benevolentiæ mihi partim experta & explorata teneam, quæ ad gratitudinis hanc demonſtrationem me obligatum pertraxerunt ſimul. Quam ob rem me ſpes fovet, quod ulteriorem Clementiam veſtram mihi ſervo veſtro humillimo, & iſtis meis laboribus tutelam competentem, contra quoſcunque calumniatores quibus, in hiſce perverſitatibus ſuis extremis, mundus pluſquam abundè ſcatet, non ſitis denegaturi; Veluti etiam ſumma contentione animi devotiſſimè id precor; Jehovam ſimul ex corde implorans, ut Ill. C.C.C.V.V.V. Omnis vitæ incolumitatem cum proſperitate feliciſſima ad quævis inſtituta actionum & regiminis cum pietate inceſſibili largiri velit. Datum Lugduni Batavorum, 1. Novembris, qui eſt dies omnium ſanctorum

DEDICATIO.

ctorum Chriſtianorum Anno. CIↃ ID. CXXXI.

*S. Illuſtriſsimæ & Generoſiſsimæ.*

C. C. C. V. V. V.

Subject. & hum. S.

*Iohan. Angelius VVerdenhagen. I. C. C. & q. Arch. Magd. Conſ. Int.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# Benevolo Lectori. S.

AMICE Lector, haud ſpe lucri aut quæſtus, nec nominis alicujus gratia, quod glorioſi, aut qui ventrem potius, quam veritatem quærunt, facere ſolent, ut vel induſtriam acumenque ingenij eo magnificentius oſtentent, vel vitæ altioris cõmoditates inveſtigent acrius, ad ſcribendum unquam veni, nec etiam hac vice id tentabo. Quod alij enim in primis habere gaudent, ut ſibi ipſi ſint præmio, id mihi ita ſordeſcit admodum. Nec mihi mundana fiunt aliter, quàm ut cuncta, παρεργῶς, curanda putem. Communis autem vitæ calamitas & hominum proterva cœcitas, quâ error errorem ducit, & quiſque quaſi Deo Iehovæ mortuus vivit in ethniciſmo atque obſtinatæ opinionis Idololatrico cultu, longè aliud mihi ſuaſit; imo & perſuaſere tandem magni nominis viri, & obtinuere, qui urgebant toties, ut priſcæ meæ Politicæ dictata, ad compendium certum revocarem, & publici juris facerem. Vix impetraſſent, niſi tot impetitionibus me expugnaſſent. Etenim novi, vidi & obſervavi id à pluribus annis, quàm quiſque ſub dulciſsimo titulo Chriſti ab amore eiuſdem & veritate Verbi cœleſtis perverſiſsime cupiat eſſe alienus. Quin etiam ipſa experientia teſtimonium hoc mihi apertum ſuggerere poſsit, quanta falſitas cordis nunc paſsim furioſos agitet mortales. Itaque certe exploratum hoc habeo in factis

quanto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*quanto odio ubivis ſit cunctis ferme dia Veritas. Imo quoque ex perſecutionibus indeſinenter perpeſsus hoc addidici, quanti ſit periculi plenum opus, ethniciſmum Chriſtianorum peſſimum aut eruditum illum, vel in minimis minima tangere aut taxare velle indicatione. Etenim olim vix os pro publici ratione muneris, aperire inceperam quum in ſacratiori Veritatis ſtudio ungues aliorum ſentire cogerer. Namque intentionem talem quũ Babylonicæ turris fervẽtiores ædificatores perſentiſcerẽt, quod Politices ſtudium ſimul à profanitate ethnica ad Verbi Dei normam cum aliis doctrinis revocare ſtuderẽ; vah! dici non poteſt, quàm variis machinationibus clandeſtinis & aperto furore, ſæpius non ſine calumniis atrociſsimis ac violentia, Ethniciſmi illi fortiores defenſores in me fremere & me peſſundare funditus conati fuerint. Nec deſtiterunt etiam hucuſque, nuſquam non varia & perquam aſtuta mihi ſupponẽdo retia ut tandem exitium crearẽt ultimũ. Pluries à tragiconõ procul abfuit exitu, niſi Iehovæ gratia in excelſis fuiſſet potentior, ita diabolus quoque ſuas perſecutoribus meis ſuggeſsit vires & artes. Expertus ſum revera toties, quas Regius Propheta David in precationibus ſuis formas monſtroſas in Leonibus, urſis, feris, anguibus, ſerpentibuſque deſcripſerit, niſi & vehementiores fuerint. Verum ego velut mutus eram, qui non audebat os aperire Pſal. 39. 10. nec vel oblocutionem in ore teneret ullam: om-*

*nes tempeſtatis fluctus ita patienter ſufferebam. Vt tamen aliquo modo compeſcere poſſem furorem inſatiabilem, editione pſal. 36. potiſſimum eos ad Chriſtianitatis mitiora revocare ſtudebam. Sed quid Ethniciſmus à Chriſtianiſmo addiſcat? Sic undique ſemper Stagirenſium ſpiritus extrema in quovis locorum contra me tentare non deſtitit. Fuerunt hæc & talia veſtigia, quæ me ab ejuſmodi genere ſcriptionum toties deterrere ſolita ſunt. Tum quoque jam incidimus in ea tempora calamitoſiſſima, quæ plane abhorrent à moniiis pÿs, ubi cujuſque nimis facilis eſt læſio, & nemo non in titillatione ſui vivere gaudet molliſſimus, quam libertatem ſummam vocat, ſi eam ad libitum animi in detrimentum proximi licenter ſatis poſſit exequi. Vnde adeo vix quiſpiam invenitur, qui in tanta religionis jactantia aut amori Verbi Dei, aut veritati, ipſive æquitati locum concedere velit: ſic facto ipſo cordis Deum Iehovam abnegare cuivis lepidiſſimum & ſumme liberum videtur. Sic nulli non tantum vitiorum & virtutum amplius dantur limites ſed etiam præpoſteratio hac perdita eſt, ut beſtialitates peſſimæ pietati accenſeantur ſummæ, & ipſa turpitudo honeſtati. In tantum omnis receſſit pudor, ut confuſio & crudelitas dira pro ordine & gratia chara habeatur. Quare etiam non mirum, quod pueri pleniorem ſibi ſapientiam præ ſenioribus, & in experientia viventibus, arrogare auſint. Ideo-*

*que*

*que fit, ut calumniatores & ſugillatores potius nos, qui ædificationi eccleſiæ veræ communique ſaluti mortalium, maximè in Chriſtianiſmo rectius conſultum cupimus, pro æquis æſtimatoribus rerum nanciſcamur, ceu nuper quoque Hanſeaticis meis id accidit, ut juvenculi & jejuni quidam cenſores queis ne quidem communis aer notus eſt, id perſtringere petulantius conati fuerint, cujus nec umbram negotij videre poterant. Interim tamen ejuſmodi egregiè ſemetipſos produnt, quales in corde ſint, qui per promotionem communium vitiorum ſibi potius gratiam mortalium, quum per eorundem extirpationem favorem apud Iehovam quærere laborant. Væ inquit Iehova, conſuentibus pulvillos, pro omnibus axillis brachiorum populi mei, & parantibus confibulas pro capite cujuſque ſtaturæ ad venandũ animas.* Ezech. 13. 18. *Væ illis, qui bonum malo, & malum bono æquiparant,* Eſai. 5. 10. *Multa olim præſens in faciem prædixi, & quaſi vaticinatus ſum multis, quæ nunc nimis ſero rectius ex eventu perſentiſcunt. Non vult Iehova nos Veritatis ſuppreſſores, ſed elucidatores eſſe, ita, ne ullius auræ fiat captatio. Inſta tempeſtivè, intempeſtivè, urge, objurga, exhortare cum omni iræ cohibitione, & doctrina* 2. Tim. 4. 2. ait D. Paulus, & 1. Tim. 5. 21. *Obteſtor in conſpectu Dei, & Domini Ieſu Chriſti, & electorum Angelorum, ut hæc obſerves ſine præjudicio, nihil faciens in alterius partem inclinando.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*An non per conniventiam ſaltem quis co-*
*municat operibus malis alterius?* 1. Joh.
11. *Dic illis, & liberaſti animam tuam,*
*Iehova ipſe.* Ezech. 3. 19. 21. *Nec tal-*
*tum concreditum cuique defodiendum*
Matt. 25. 25. *Quum ſit tandem ratio*
*omnibus rebus & donis Spiritus S. aliquan*
*cuivis mortalium reddenda; nec ſanè ver*
*ac cogitata mentis ab hoc debito libera era*
*Iehovæ. Ideoque me in hoc communi ſoci*
*tate mortalium & maximè piis obligatu*
*recte putavi, ut, ſi quid boni ex hac exili m*
*propoſiti opella in communem cœtum om*
*nium & præcipue Chriſtianorum deriva*
*poſſit, id merito ad petitionem factā comm*
*nicarem aliis publice. Sed quæſo,* Chriſti
ne Lector, *ne te heîc ullo præcipites judi*
*cio. Recte prius temetipſum tibi in omnib*
*exploratum redde, ut noſcas, an omnia*
*amorem Dei & proximi ſis relaturus, quic*
*quid heîc ſis cogniturus. Namque profan*
*& malignis naſutulis nihil in his ſcriptu*
*volo, multo minus quid calumniatoribus. Ve*
*lut etiam proteſtor ſolemniter, quod in nu*
*lius præjudicium, aut detrectationem ex ar*
*rogantia quid prolatum voluerim; ſed u*
*omnia ædificationi in praxi vivida inſer*
*viant. Non enim ſufficit, ut Chriſtum &*
*Verbum ejus ore aut lingua argutiisve ra*
*tiocinativis quis jactare queat, aut ſyllo-*
*giſmis id includere ſtrictiſſime. Diabolu*
*hæc quoque cuncta, & quidem in longe per-*
*fectiori gradu artificii ſyllogiſticalis novit*

*Sednihilominus eſt & manet diabolus. Quapropter veritatem cordis tibi prius rectè probatam exhibebis, quam quid ſani judices. Etenim non ſaltem externus quis habitus litteralis Chriſtianum efficit bonum, ut communiter profani gloriantur: in ſpiritu & Veritate vivendum eſt? Niſi cor intus renatum rite cum confeſſione externa conſentiat in vera dilectione proximi, potius abnegatur Chriſtus cum veritate ſua, quàm quod confeſſione ulla vere exprimatur. Non certe heri aut nudius tertius primum in negotiis vivere incepi; aliquot in iis conſumpſi luſtra ætatis meæ: pro officii ratione publici plurima vidi obſervavique in praxi: perreptavi munia Reipublicæ cuncta: memini, quid perſpexerim, & quàm longiſſime homines in vanitatibus ſuis à Deo receſſerint, imo etiam è Chriſto ſub ejus titulo ſpecioſo divortium fecerint: fundamenta quoque errorum in Conſiliis publicis agnovi ſatis expedite. Quot putas me inveniſſe devia? Religio & libertas magna ſunt nomina quidem, & ſedulo inculcantur, repetunturque toties: Sed ſpecies eorum vix fulget: tum quoque ut plurimum ignoratur; quid ſint proprie. Ita magno ſtudio ſimul hoc agitur, ut publice apud populum earum veritas intime ignoretur. Sic maxima pars mortalium pro Religione obſtinatam opinionem captus aut impietatem ipſam & tacito modo extremam ſervitutem cum jucunditate perſuaſionis induit. Regnum diaboli multa con-*

*tinet*

*tinet artificia, & quàm latiſsime ſe exten*
*dit. Vtinam homines non adeo de induſtri*
*eſſent cocti: Sed ne ſis neſcius*, Chriſtia
ne Lector, *Verbum Dei unice mihi funda*
*menti loco eſt in omni vera Politica. Qu*
*cum hoc & voluntate Dei non congrui*
*vix ſibi juſte conſtare poterit. Etenim Ver*
*bum Dei æternum eſt, & nunquam flexibi*
*le adeo, ut cereum poſsit, ad nutum homi*
*num, nanciſci naſum, ceu blaſpheme auden*
*loqui plures. Cœlum & terra potius tran*
*ſire cogentur, quàm verbum Chriſti minu*
*tiſsimum.* Matt. 24. 35. Marc. 13. 31. Luc
21. 25. *Proinde quoque recte ait ille: Po*
*tius cum Verbo Dei loqui & ſapere cupi*
*ex ore Chriſti, quàm cum Deo ſuperbiſsim*
*Stagirenſium ethnico ex ore diaboli. qu*
*mendax eſt, Pater ille mendacij* Ioh. 8. 44
*Plurima enim fuco venduntur veritatis,*
*ethnicis ſumus minus creduli. Et hinc axio*
*mata talia in Politicis confinguntur, qu*
*intus in ſeſe nihil niſi æternam ſpirant a*
*ponunt perniciem. Errant igitur graviſsim*
*omnes, qui tantum inter Verbum Dei &*
*Politicam huc uſque non veriti ſunt facer*
*diſcrimen, ac ſaltem ad ſuperficialia in ex*
*terna ratione, quæ honeſtatis ſolummodo a*
*licujus ſpeciem repræſentent, actiones omne*
*publicæ retulerunt. Niſi pietas vera ſi*
*fundamentum, certe omne regimen mund*
*cum omni ſuo ſplendore ſe reddit damnabil*
*quod toties ipſum Verbum Dei teſtatur*
*Neminem, qui ſanus eſt, ſimplicitas eju*

*centem*

*commovebit. Spiritus enim Iehovæ lenem, amat ſuſurrum, & per eum molliter ſe inſinuat animis hominum, ut cordis verus, exſuſcitetur rite ardor erga Deum: unde & toties mihi veram exoptatam ſcholam Chriſtianam. Qui grandia cum tonitrali faſtu ſpirant, non veniunt amici Deo, nec capaces ſunt Verbi ejus. Ideoque novi quoſdam, quod ſi non ex communi neceſſitate cogerentur aliquem Dei Verbo honorem exhibere, qui vix inter artes mundanas ipſi concederent locum, tanto hoc habent contemptui præ Ethnicismo. Hos & ejusmodi ſimiles, ſi alicubi ad decentius officium pietatis retraham, id non indigne ferent. Etenim norma Politices, non aliunde, niſi ex Verbo Dei petenda manet. Veluti nec mihi Politicus verus eſt, qui non ſit ſolidus Chriſtianus, probi & integri cordis, homo juſtus & verax in omnibus. Reliquos, licet geſticulationes morum & hypocriticas artes varias, & magna cum ſumptuum jactura apparatus addidicerint, ne pro obulo quidem mihi emerem, ajebat amicus. Si neſcis, optime Politicos deſcribit* D. Paul. Eph. 4. 8. 9. *Quod reliquum eſt, inquit, patres: Quæcunque ſunt vera, quæcunque honeſta, quæcunque juſta, quæcunque pura, boni nominis; ſi qua virtus, & ſi qua laus eſt, hæc reputate. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis & vidiſtis in Me, hæc Facite, & Deus pacis erit vobiſcum. Tales etiam olim mihi, quum adhuc Profeſſorem in Acad. Iulia*

*agerem,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*agerem, expetere ſolebam Politicos, v-*
*luti id tibi, bone Lector, ex ſequenti, co-*
*ligere poteris Programmate, quod æquo a-*
*nimo percenſe, & vale, ac ſimul Pſalm*
*Davidis, Proverbia Salomonis & Sirac*
*dem undique commendatiſsimos ti*
*fove.*

DISC

# ›ISCIPLINÆ
## Civilis Auditoribus ſuis in Academia Iulia.

S.P.D.

*OHANNES ANGELIVS VVerdenhagen. I. C. C.*

AD modum operoſè ab initio uſque in eo laboravi, ut vobis oſtenderem, quid polliceretur, quæ à ſo-
la & pia ſocietate in Republ. habet
›men Politia; ſalutem videlicet ſan-
am univerſi civilis vitæ & ſingulorum
vium. Qui, quum finis ſit,& hic multa
nul in ſe comprehendat, & ad eum
ılta ducant: diligenter conſideranti ſit
iſtrius, nec paucis, nec uno tempore
plicari poteſt. Tamen lucis non parum
ile affulget ſi quis modo rectè intelli-
r, quid & quis propriè verus ſit Poli-
us. Quamvis autem vulgo, eum di-
at; qui ſit humanitate elegantia exter-
& urbanitate præditus, & commodis
ribus ſe converſationi mortalium
gerere noſcat, gravis nemini; tamen
um ſaltem ei accidant, eo nomine
rſus abutuntur, qui Politicum ſic ap-
lant, quod ſe omnium nutibus ſcitè
ommodare noſcat. Talis enim qui ſit
lè & ſimpliciter, vix ſe à ſuſpicione
adſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

adſentationis liberare poterit, quum ſ
ſaltem tempori & fortunæ obſequentem
proprii lucri cauſſa reddat, ſæpius etiam
in rebus, in quibus id minimè ſtudium
veritatis admittat. Inde facilè intellig
poteſt, neutrum Politicum rectè dic
quando in omnibus res potius ſuas, qu
publicæ ſalutis, veritatis, & pietatis cu
rant; quum verus Politicus, ferè ſui
rebus neglectis, ex amore ſincero i
negotiis patriæ ita occupetur, ut ſingul
in gloriam unicam Iehovæ principalite
ac in utilitatem ſingulorum redunden
Longiſſimè igitur aberrant à vero, ſ
corruptiones non leves cauſſant, qui e
nomine exprimunt hominem actutun
verſipellem, verbis alia præ ſe ferenti
alia animo molientem, ac denique è ma
litia & fraudibus conſutum, ſive ille pri
vatam vitam agat, ſive locum in Repub
teneat. Neque ad rem quid facit, etiam
ſi tales ſe in negotia Civitatis ingeran
nec raro primo habeantur loco, prin
cipeſque ſint Reipub. quo certè mod
pejus ſe habent publica. Etenim h
nequaquam finis verus Reipublicæ pr
poſitus fuit, nec ea, quæ ad ſolidum pi
tatis ſcopum tendunt, in æſtimio aliqu
habent, niſi primitus ſua rectè curar
& lucrum domi comparare queant. V
luti ipſe à magnis ſæpius audivi: Di
bolus ita inſerviat publicis, niſi pri
eorum commodum in me redundare v
lea

eat. At profecto vir bonus non ſit, qui
nõ ante omnia ſe Chriſto vivide in pie-
ate dedat, & inde toto animo id ſtu-
leat, ut ex amore ſancto erga Deum &
proximum actiones vitæ omnes in Rẽ-
publ. profluant: Js ſanè Politici nomen
quoque apud bonos fruſtra affectet, &
hanc ſacram appellationem nequaquam
mercatur. Etenim non tantum eum
bonum in fundo cordis integri eſſe o-
portet; ſed etiam pietatis veræ ita ſtu-
dioſum, ut in omnibus conſiliis actioni-
buſque cunctis nuſpiam aliorſum, quàm
ad Jehovam, Uerbique ejus culturam
ſanctam reſpiciat, adeoque unicè imi-
tatorem Chriſti vividum in imagine pu-
ra exprimere velit, ut inde ita ſalus pu-
blica emergat. Non enim alias mala ſunt
facienda, ut inde eveniant bona, ut ait
Apoſt. His terminis Politicum definiunt
verè ſapientes, neque aliter ſentit ipſa
S. Scriptura, quæ omnem politicum ſta-
tum in regimine ſuo juſto ita depingere
cupit. Hoc ipſe David Rex ita ex ore Je-
hovæ perceperat per Prophetas, ut nec
aliud ſibi in toto regiminis curſu quid
amplius optarit cotidie, quàm ut in viis
Dei recte ambulare poſſet. Conſulat quis
heic *Pſal. 25. 89. & 119.* ubi per totum
nihil aliud expetit. Jdem quoque Je-
thro Moſi ſuadet, ut non alios præficiat
judicio populi Iſraelitici, quàm qui in-
tegritati piæ addicti & hoſtes ſint ava-

**** ritiæ

ritiæ, id eſt incorruptibiles. Qui enim utilitate propria non movetur, quæ animos hominum præ cunctis facile expugnat; eum eſſe in cæteris etiam virum juſtum, probum & pium oportet: Inde quoque prudenter, quæ ex uſu ſint patriæ rite proſpicit, ceu in Ioſepho apertum habemus exemplum, quanta fidelitate fami communis regni proſpexerit. Inſignis autem iſte locus uti proximus quem explicavimus hactenus: forte etiā nonnihil in profanis notus: ſed certe ad verum uſum transfertur à quam paucisſimis. Etenim admodum pauci ita nati, aut affecti; pauci ita erudiuntur, ut acceſſuri aliquando ad Rempubl. ad hunc ſcopum colliment. In quem autem transferenda eſt culpa? Si veritatem confidentius heic tangerem, forte non ſatis eſſem omnium invidiæ & maledicentiæ. Defectus agnoſcimus; ſed medicinam veram odio habemus ſtulti. Ethnica nimium ſapimus; ethnica nimium amamus: & in ethnicis nimium informamur. O quàm ſæpius anxiè Chriſtianiſmo veram Chriſtianam exoptare ſoleo educationem, & ſcholas Verbo Cœleſti rectius conſecratas. Tetigi antehac paucis talia; inde talis exortus eſt furor, ut vidiſtis, ut audiviſtis. Sed num propterea à Chriſto deficiam? Imo eo audentiorem me excitabo. Neque vero non vel hodie rationem reddere paratus

ratus ſum, quæ, quamobrem, & quomo-do docuerim, modo ſit juſtum tribunal, nec potius affectus præcipitent ſententiam. Quin iterum veriſſimum hoc dico, ſapientiam divinam ſola ſtabilire regna, & Reſpub. ac ſalutem hominum in cunctis actionibus inde dependere. Iehova enim quibus per ſuum Uerbum adſiſtit, ii certe à beatitudine & hujus & æternæ vitæ nullo modo abeſſe poſſunt. Indignanter hoc verbum ferat, quicunque velit, nihil inde aut calumniæ aut ignominiæ in me redundare poterit. Partes Dei ſunt, non meæ. Jdeo etiam nego, imo & pernego, hanc doctrinam Barbariem ullam importare. Jmo ipſi ſunt barbari potius, qui Ethnicismum profaniſſimum Spiritus Dei ductui præferre conantur. Iehova ſancta loquitur, & barbaras agunt nugas, qui tenebras pro luce venditant obſtinatiores. Explicavi hactenus ea, quæ conſtituunt integre Rempubl. nunc adminiſtrationis veræ modum cum requiſitis ſuis ſubnectam. Ex ſacra S. porro enucliabimus cuncta, & temporibus noſtris accommodabimus. Directrix enim ipſa eſt, & norma vitæ, magiſtraque cum ſingularum actionum, tum conſiliorum, quibus ad Rempubl. in rebus præclaris agendis opus eſt. Ne igitur lippitudine mala cæcutiamus. in omnibus vitæ ſanctioris partibus, juxta

ſanctum Chriſti imitamen, operam dare nos oportet. Quo pacto hæc cuncta conſequamur, divinitus nos docet veritatis cœleſtis communicator ſummus idem veræ Dictator ſapientiæ. Veſtræ partes ſunt, ut cum vero & pio diſcendi deſiderio attentionem debitam afferatis: ego quod meum erit, præſtabo fideliter nec ſine cura ſingulari, ut captui cujuſque me rite accommodem. V. P. P. Helmæſtadii in Acad. Julia. Mens. Aug. Anno CIↃIↃ. CIIXX.

SOLIDVM

# POLITICÆ fundamentum cum Republ. Chriſt. in

## PSALM. 24.

1. *EST cuncta Ihovæ terra ter Optim[i],*
*Ac quicquid amplo circuitu ſuo*
*Complectitur, tum quotquot orbis*
*In ſpaciis habitant coloni.*

2. *Namque arva terræ, ſuppoſito mari,*
*Super profundam mole volubili*
*Vndam revinxit, debitisque*
*Diſſociavit utramque ab oris.*

3. *Quinam virorum ſcandet ad ardua*
*Montis Iehovæ culmina? figere*
*Quinam pedem fixum valebit*
*Sedulus ædibus in ſacratis?*

4. *Cu[i]*

4. *Cui fraudis expers eſt manus, integro*
*Et corde vivit purus in omnibus,*
*Nec falſa quærit, pejerando*
*Ac metuit temerare linguam.*
5. *Hic à Iehova munera dexteræ*
*Cuncta obtinebit largiter in ſui*
*Voti ſinu, fructusque cunctos*
*Iustitiæ auſeret ille ſanctæ.*
6. *Cæleſtis hæc eſt progenies, Deum*
*Quæ ritè quærit, quodque Iacobidum*
*De gente natum, poſcit ipſam*
*Inde ſibi faciem Iehovæ.*
7. *Portas in aura, eia, reducite:*
*Clauſtris recluſis pandite januas,*
*Vt glorioſis Rex perennem*
*Clarus honoribus intret aulam.*
8. *Quis glorioſis clarus honoribus*
*Rex ille quæſo? Cælituum potens*
*Eſt Ihova, pollenterque fortis;*
*Viribus iſte potens duelli eſt.*
9. *Mox eia portas, eia recludite*
*Omnes, & intus clauſtra pateſcite,*
*Vt Rex ſuam nunc glorioſis*
*Clarus honoribus intret aulam.*
10. *Quis glorioſis clarus honoribus*
*Rex ille quæſo? Ihova ter optimus*
*Eſt Zebaothes; Rex perenni*
*Perſtat honoris in hoc amictu.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# IDEA POLITICI
## verè Chriſtiani,
### in PSALM. 26.
*Exprimitur.*

1. *O IHOVA juſtus ſis mihi protinu*
*Iudex; adeſto, Ihova Deus, meæ*
*Cauſſæ patronus: nam malignas*
*Innocuus fero litis artes.*

2. *Totâ Iehovam reſpicio mei*
*Spe cordis unum, præſidium mihi*
*Qui præſtat omne: proinde lapſu*
*Concidere haut facili valebo.*

3. *Tu rite memet, Ihova, probes tibi.*
*Examinando perſpice me, Deus;*
*Scrutare renes atque cordis*
*Intima cum latebris revolve.*

4. *Clementiæ nam, Ihova, tuæ mihi*
*Imago fixis ante oculos viget*
*Semper figuris, Veritatis*
*Inque tuæ ambulo perpes uſu.*

5. *Non vanitatis me ſocium malæ*
*Conjunctioni præbeo; perdita*
*Nec turba memet falſitatis*
*In duplicitate capit ſodalem.*

6. *Deteſtor imo pectore perfidos*
*Cœtus malorum, dedo nec adſeclam*
*Subſelliis uſquam malignis*
*Me, ſcelerata animo coquentū*

7. *Hinc puriori fonte manus lavo,*
*Atriſque purgo me tibi ſordibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Vt ſanctus aris Ihovæ recte*
*Siſtere me valeam ſacratum.*
8. *Ubi audiuntur perpetuo tuæ,*
*Iehova laudes carminibus piis*
*Cantarier, ceu prædicantur,*
*Cœlica quæque ſimul ſtupenda.*
9. *Iehova, templo dulcius haud mihi*
*Tuo quid extat, nec quid amicius;*
*Toto tui ſic certe honoris*
*Diligo corde locum perennis.*
10. *O Iehova, quæſo, non animam meam*
*Cum perfidorum fraudibus auferas;*
*Vitam meam nec trade diri*
*Sanguinis in cupidã catervam.*
11. *Mens ſæva quorum nil aliud fremit,*
*Quàm falſitatum nequitias ſuas;*
*Donis ſatis poſſunt nec ullis*
*Exſaturarier in petitis.*
12. *Integritas ſed me innocuæ juvat*
*Vitæ, tenorem quem tibi perpetim*
*Addico rectum; liberando*
*Me, bonitate tua mihi adſis.*
13. *Incedo firmus non dubio pede:*
*Hinc Ihova vitæ Te columen meæ*
*In publicis cantabo ſemper*
*Cætibus, & celebrabo gratus.*

Vide præterea & conſule Pſalm. planè eximium. 119. *v.* 86. 89. 96. 99. 104. 105. 113. 130. 137. 144. 151. 160. 172. *Item. Matt.* 5. 18. & 1. *Tim.* 2. 1. *uſque* 6.

Utinam tandem reipſa cœci mortales

re diſcerent acerbiſſimum & omnis Chriſtianiſmi ſuperbiſſimum oſorem ac hoſtem, Spiritum illum Ariſtotelicum, qui tam miſerabiliter teneros juventutis animos peſſima profanitate ſui ethnicismi, faſcinat, corrumpit & diſtrahit, ac à Chriſti obedientia vera & amore verè vivido Uerbi cœleſtis avellit. Unde fit, ut hac prava & profana perverſæ educationis ratione, ac nimio ethnicismi hoc amore & cultura nobis potius portam veræ ſapientiæ occludamus, quàm ut per talem inanem habilitatem aut capacitatem ad Spiritum Chriſti poſſimus in ſanctitate intromitti. Quur igitur magis prius ethnici quàm ſtatim à principio veri Chriſtiani & Uerbi cœleſtis obedientes diſcipuli evadere nos cupimus ſtolidi? Quænam melior carnis illa falſa, an Chriſti vera & vivifica ſophia?

PVBLI

PUBLICA

# PROCLAMATIO DAUIDIS MAXIMI R.

## In Encomio ſanctiſſimo Verbi Cœleſtis de ejus virtute & admiranda efficacia.

### Ex PSALM. 19. & 37.

*Hactenus in Babylonica confuſione nimis ſuppreſſa.*

8. DOctrina Jehovæ integra eſt, reſtituens animam: Teſtimonium Jehovæ verax, ſapientiam afferens imperito.

9. Mandata Jehovæ ſunt recta, lætificantia animam: Præceptum Jehovæ purum, illuſtrans oculos.

10. Timor Jehovæ purus eſt, & permanet in æternum; Judicia Jehovæ ſunt ipſa Veritas, juſta ſunt pariter ſingula.

11. Precioſitate ſua longe exuperant aurum & quidem aurum purgatiſſimum: Dulciora ſunt melle, & acocto melle.

12. Etiam per eadem ſervus tuus commonefit: in horum obſervatione emolumentum eſt ingens.

30. Iuſti os loquitur hanc ſapientiam
& lingua ejus docet jus iſtud.
31. In cujus lingua eſt lex Dei ſui, ne
greſſus ejus labaſcunt.
32. Impius ex inſidiis obſervat juſtum
& mortem ipſi meditatur qu
dem.
33. At Iehova non derelinquit illu
in manibus ejus, neque ſinit eu
condemnari, quum judicatur.

*Symbolum.*

IEHOVA SALVS MEA.

Ad Clariſ

Ad Clariſſ. & Conſultiſſimum
Virum Dn.

OANNEM ANGELIUM
WERDENHAGEN. ICC.
quum ederet ſuam Politi-
cam Vniverſalem.

## ODE.

) V M tuo inſonti ( ſcelus ô ) cruenter
Sanguini inſtructus mihi, jane, fraudes
dicas, terror, timor, horror omnes
Occupat artus.
Quem Deo novi, patriæque fidum,
amque ſyncerum, nihil ut perennis
Quam Dei Verbum cupiat per omnes
Tollere gentes.
Nonnè tu cunctis ſatis expeditè
æmonis techinas pius explicaſti?
onnè monſtraſti ſatis in doloſo
Corde miniſtros?
Quin tuis Vates toties futura
ata prædixti, medium modumque,
amna queis poſſent ſat ab urbe promptè
Singula pelli.
Pœnitenti ſi redeant Iehovæ
rde mortales, pietas, fideſque
Adſit, an non ſe pia cuique Patris
Gratia reddat?
Erga quur te ſic voluit ſceleſtè
ſſe mactatum? Satanâ jubente,
am Deo charum voluêre noſtræ
Perdere gentes.

Scilicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Scilicet tanta eſt rabies furentum,
Vt nec ullius videant tenorem
Iuris, examen neque veritatis
Tangere noſcant.

Te fugâ hinc ſervas alijs, vocanti ut
Servias Chriſto calamo, ore, vitâ.
Sit Sathan, mundus fremat, atque dirus
Frendeat Orcus.

Artifex tanti eſt ſceleris doloſus,
Vt ſua tandem cadat arte captus,
In ſui & rurſus Miſerere tauri
Mugiat alvo.

Sed tibi inſonti ſua mox rependet
Præmia hinc Chriſtus: velut & videbis
Iam tuos hoſtes ſibi ſorte juſta
Nectere pœnas.

Iohannes Scherbetius Med
V.Doct.& Ph.Lubecenſis

Omnes ore pij, ſed nemo cordis amore
In facto Chriſtũ ſe cupit exprimere. (u
Aſt nil verba juvant, ni ſis quoq; practi
Sic vitâ Chriſti cœlicus eſſe potes.

Ampli-

Ampliſſ. atque Conſultiſſ.
Viro Dn.

# OANNI ANGELIO WERDENHAGEN,

ICto Celeberrimo

*Suum de Politica Chriſtiana opus edenti.*

*CEDAT Ariſtoteles, & quicquid neſcia Chriſti*
*Congeſsit centum turba profana libris.*
*ngelij ſacris inſueſce laboribus, aut tu*
*Qui pares: aut qui jura regentis habes.*
*iſce Dei tandem, ſpretis gentilibus, eſſe:*
*Hinc tibi Conſilium, non aliunde, pete.*
*ve quies lætos & pax beat alma colonos:*
*Seu ſunt intrepidâ bella gerenda manu,*
*at Xenophō, pariterq;, Plato, totūq; Licæū,*
*Virtutē & princeps quî doceatur, habēt.*
*ngelius quantò divinior. Ille Iehovæ*
*Dat præcepta tibi; aſt terrigenū reliqui.*
*uantū terra igitur merito cōcedit Olympo;*
*Angelio tantum ceſſerit ipſe Plato.*

Petrus Maſtorpius Hamburgenſis
Lugduni Batavor.

MEDITA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# MEDITATIO COTIDIANA ad Iheſum Immanuelem noſtrum.

IHESV Principium meum,
Idem finis ades mihi,
Facta, oro, mea tempera,
Sancto in vulnere ſanguinis
Abſtergens mihi crimina,
Fac, ut cum Patre Spiritus
Adſit perpetuo mihi;
Me ducat, regat, incolat,
Nec deſit tua gratia
Cordi cœlica nec Fides,
Ceu promiſſio fert tua;
Sed lucem mihi præferens,
Tu duc tramite me tuo,
Verbi dico viam Tui;
Ac da rebus in omnibus
Abs Te ſemper ut ordiar,
Fidus progrediar Tibi,
In Te denique deſinam,
Ac vivam & moriar Tibi,
Arbor ne ſterilis ſiem?
Mundus nil aliàs mihi
Lucro proderit in ſuo,
Et vitâ minus in ſua,
Ipſe hoc ritè ſat ut mones.
Ni Tu des, miſeri nimis
Nobis proficimus nihil:
Quin & nil ſimul hinc ſumus;
Quum nos ſimus id unice
In Te, quo dederis bonum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Ergo principium meum,*
*Es Tu, finis & hic manes*
*Vitæ perpetuo mihi:*
*Id Tu perficias modo,*
*Quod crux, mors, meritum, cruor,*
*Et promiſſio fert tua*
*Audis hic Deus? Audias*
*hova, hoc cotidie precor.*

## Monitum & informatio ſacra lib. Sapient. 6. v. 18. 19. &c.

VEriſſimum eſt veræ ſapientiæ ini-
tium, ſi ſe quis informationi piæ
bmittat. Qui vero eam rectè curat, il-
diſciplinæ ejus paret. Et qui infor-
ationem amat, ille ejus ſervat leges.
ttentio vero ad leges eſt incorruptæ
itæ firmamentum. Vita autem incor-
pta facit ut ſimus propinqui Deo. Qui-
nque igitur ſapientiæ deſiderio fla-
rat, ille ad ejus regnum perducitur.
uod ſi igitur, vos Reges populorum,
electamini thronis verè & ſceptris;
onorate Sapientiam, ut in ſeculum
gnetis. Quid autem ſit ſapientia, &
nde ſit, vobis annunciabo.

*Hoſeæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Hoſeæ, cap. 14. v. 9.*

Quis eſt Sapiens, qui hoc intelligat
Quis intelligens, qui hoc cognoſcat
Namque viæ Jehovæ ſunt planæ, & juſ
ambulant in eis: defectores autem i
iiſdem impingunt graviter.

IEHOVA SALUS MEA.

*Quod ex aſtris petitur & dependet tra*
*ſit cum mundo.*

*At Verbum certe Iehovæ perdurat*
*æternum.*

# IOHAN. ANGELII WERDENHAGEN I.C.C.

## In Univerſalem Rerumpubl. introductionem ſive Doctrinæ Politicæ Synopſin

### Procœmion

*De notatione Politicæ; & quotuplex hæc Doctrina ſit, quæq; ejus diſpoſitio, cognitioniſque vera aptatio ſive adæquatio.*

Quæſtionibus omnia expediuntur.

1. *Politicæ quale Nomen?*

EST Græcum, quod ἀπὸ τῆς πόλεως, id eſt civitate, quæ effectum Reipubl. exprimit, derivatur, & inde uſum ſuū & communi vulgariterque pprobato ſermone, maximè tamen ad uctoritatem Divini Platonis, obtinuit, uum ille, optimus Auctor inter Græos, inſignes 10 libros πολιτειῶν ſive de epubl conſcripſerit, qui à paucis rectè ntelliguntur & cognoſcuntur.

2. *Quid proinde denotat Politica?*

COmprehendit & denotat certam Doctrinam ſive ſyſtema, ex quo mortales omnes ſive multitudo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

univerſa hominum informantur, quo-
modo ad ſpeciẽ juſti & firmi regimini
(quam Rempubl. non incompre dicunt)
Societates, pro aptiori vita civili, digi
& in ea convenienter digeri poſſin
in ea quilibet tutò, piè, ac tranquille
bona conſcientia erga Deum, proxim
ſuum ritè diligendo, vivere, ac cum ſin-
gulis ad invicem debitè ac commodè
converſari queat.

3. *Quur ita hac Doctrina vocatur,*
*non alio nomine commodiori juxta*
*tinitatem potuit exprimi?*

QUum ex ipſo Effectu expe
maximè judicium ſumi queat
res in ſenſu & experientia ſi
ſic vocabulum Græcum τῆς πόλεως
ctum multitudinis in Univerſitate
mortalium, Civitatis appellatione
modiſſime referat; factum hinc eſt
nomẽ hoc Politices præ Latino i
ſuetudinem cotidianam abierit.
etiam Latini politum illud dicunt
cum ornatu ſit, & ſplendidam co
elegantiam, velut in Republica ni
cet inconcinnè diſponi aut ord
unde & congruentiam quandam
nitatem rerum politarum deprom
etiam apud Latinos fuiſſe in uſu
patet, *qui lib. 9. Epiſt 3. ad Att.*
politicas vocat. *It. Epiſt.* 12. ait.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

liquod in hâc miſeria Reipubl. πολιτι-
κὸν opus efficere & navare mihi liceat.
Alias tamen & Latini egregiis utuntur
ocibus, ut hanc ipſam doctrinam ſive
Diſciplinam (ceu vulgariter & incom-
tè loqui ſolent) quoque Civilem pru-
entiam, aut ſcientiam *lib. 1. Epiſt. 1. ad*
*am. Cic.* Doctrinam civilem, Reipu-
licæ ſcientiam, diſciplinam, ſive artem
juſdem, &c. appellent. Quo nomine
tiam *Ioh. Bod. & Pet. Greg. Tholoſ.* non
nſcitè ſuos de Republ. libros, ad imita-
onem Cicer. cujus fragmenta adhuc
xtant, inſcribere voluerunt, qui expli-
ationem hujus doctrinæ continent. Alii
e ſtatu Politico & civili; alii aliter ſuos
actatus quoque inſignire ſolent. Sed
uum non una voce rectius, quàm Poli-
cæ efferri & pronunciari poſſit, nec
ivitatis nomen apud Latinos quid com-
odius ex ſeſe generet, uſus id ita in
ac appellatione retinuit, ut jam di-
um eſt.

4. *An non etiam Diſciplina Civilis hæc Politica dici debet?*

SI naturam rei in vocabulorum exa-
mine & explicatione rectè obſerva-
re cupiamus, ut confuſio inviſa eò
citius evitetur, non poterit, nec debet
t propriè dici diſciplina, quæ Doctrinæ
cujus vices ſuſtinet, niſi id fiat cum

certo reſpectu diſcentis. Etenim v
Doctor ſive Docens, & diſcens ſive
ſcipulus longiſſimè inter ſeſe diſtant
quoque planè diverſiſſima eſt ratio
ctrinæ, ab ea, quæ diſciplinæ in alum
ſuis attribuitur. Veluti *Cic. in Orat.* r
aliam prorſus intelligendi, aliamqu
ſcendi diſciplinam tradit: licet
quoque ſatis abuſivè hanc vocem ſu
Et *in lib. de Divin.* Hetruriæ popula
diſciplinam talem dicit; quaſi alia ſit
blica, & alia privata; ſicuti etiam *in*
*pro Pomp.* aliam parentum, aliamq
litarem facit: Sic & ibidem nav
quandam appellat. Item, *in 2. de N*
*Deor.* bellicam; ac 5. Tuſcul. quæ
abuſionem Philoſophorum, nec n
*Clar. Orat. Stoicorum*, & ibidem D
ſticam diſciplinam vocat. Item,
*Orat.* Iuris Civilis diſciplinam. *Pr*
*Roſ.* Patris familias ruſticanæ, &c.
omnem imitationem, inſtitutione
mores cum adſuefactionibus pro
plina habeat, *pro Flac. & lib. 1. Ep*
Unde etiam tradere aliquem in ali
diſciplinam, nihil aliud eſt, quàm b
inſtitutionem alicui quærere, ceu S
*Epiſt.* 52. affirmat, quod ſeverior
plina firmet omne ingenium. Pr
divin. Plato quoque in Protagora
gravius periculum ponit in diſci
quàm cibis emendis. Quippe unus
mortalium, in cunctis vitæ actioni

oribus, præcipuè juventus ſuâ juſtâ
diget diſciplina. Ac longè ille eſt fe-
ciſſimus, qui in prima aut florenti æta-
piè educatur & ſanctam nanciſcitur
ſciplinam, in qua prima vitæ humanæ
eatitudo conſiſtit. Ex quo fit, ut tam
tè ſe nomen diſciplinæ extendat, quàm
ffuſæ omnis diſpoſitionis, honeſtatis,
actionis & ordinis decens ac conve-
iens habeatur facultas, utpote quùm
terum abſque alterius ope & ſubſidio
bſiſtere omnino nequeat. Ferocitas
nim perverſa hominum & extrema
otervia tantas ſibi jam ſumpſit vires,
abſque diſciplina juſta & cohibitione
ullatenus coerceri queat. Ideoque, ubi
on firma adeſt diſciplina, ibi à cõfuſione
rerum ſubverſione vix aliquo uſq; ab-
imus, quod ipſa rei evidentia & expe-
entia cotidiana ſatis manifeſtè edocet,
ræſertim hiſce temporibus ultimis, ubi
ermè nullum amplius diſcrimen virtu-
um & vitiorum, pietatis & peſſimæ
nprobitatis invenitur. Vnde quoque
olitices doctrina diſciplinam quidem
n ſe continet ſuam, ſed alia ratione,
uàm ipſi vulgariter adſcribitur.

*An vero Doctrina Politica ſibi ſemper eſt conformis, aut multiplex?*

Icet ex ipſo naturæ ductu origi-
nem ſuam trahat, ut infra patebit;

tamen experientia ſatis manifeſtè teſ-tur, ac ante oculos eſt omnium, qui propter diverſa & inter ſe diſcrepan admodum ingenia, complexioneſq; va-rias hominum, ex diſſimilibus conſtel-tionibus cauſatas; tum ob locorū diſtri-ctos ſitus, in particularibus non eade ſit ratio & forma Regiminis, ſive Re-publ. Sed variet modis pluribus. Ideoq; etiam Auctores non potuerunt unifc-miter eam concipere; uti id ex Platon diſſertationibus videre eſt, qui aliqu Reſpublicas inſtituendi modos conc-pit, & gradus quoque perfectionis in demonſtrat, quod alii peſſimè ipſi inve-tunt, & inutilem prorſus, imo abſurda ejus calumniari auſint Rempubl. cuj exemplum nuſpiam in cœtu mortaliu dari queat. De quorum craſſo erro alibi agitur.

### 6. *Quomodo igitur diſtinguitur, Polit aut quotuplex eſt?*

VAriæ heîc habentur diſtinctiones, alii reſpectum, ad modum ejus tr-ctandi, habeant, alii ad perſonarum un verſitates; alii ad exiſtentiam, alii ejus uſum, alii ad exempla hominum r ſpiciant. Unde fit ut nonnulli alia faciant,

1. Univerſalem, & aliam Particul rem, ſive quod idem eſt Generalem

cialem. *Vide Heid. in Polit. pagi-* 20.

. Aliam Idealem, & exemplarem, uti ad Platonem & Thom. Morum vide- eſt.

. Aliam Perfectam & Imperfectam; ſtam ſive Iniquam: vide Plat. qui Po- icam ſuam propterea titulo Iuſti inſi- gire voluit.

. Aliam piam & aliam improbam aut ipiam.

. Aliam Sacram & Profanam ac Gen- lem, *Alſted.* Sive Chriſtianam & pa- nam aut Ethnicam, quod exiſtat in ganis ſive gentilibus, vel in Chriſtia- is intra pomœria Eccleſiæ verſanti- s. *Vide Chr. Ditm. in Polemicis Proleg.* *gina 2.*

6. Diſtinguitur quoque inter ve- m & falſam ſive hypocriticam. In- r quas, hæc poſtrema in frequentiſſi- o adeo eſt uſu, ut vix veram & Sacram piam invenias, ceu non immerito hom. Morus inde commotus eſt, ut am conſcriberet Utopiam. Sed quid tat, quod non Chriſtiana poſſit eſſe niverſalis? Quilibet igitur id proprio cile ſecum poterit colligere & diſpi- re judicio, cuinam potius ſe concre- re debeat cum fortunis ſuis: quum a quæ prorſus pietatem & æquitatem llam novit, merito cuivis ſuſpecta ſit,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

& minus bonis, præſertim Chriſtianis optabilis.

*7. De quanam autem Politica in his acturus es?*

DE Univerſali quidem agemus, ut ex ea in omnes reliquas ſpeciales introductio cuivis rectius non tantum patere, ſed etiam normam inde ſumere queat dijudicationis; Aſt proinde verum in ea pietatis fundamentum cum ſanctiori origine ex ſapientia Spiritus Dei non Spiritus aſtralis ſaltem & naturæ detegemus corruptæ.

*8. Quid eſt Politica igitur Univerſalis hæc?*

ESt talis doctrina, quæ de omni Republ. in genere agit, quomodo ad conceptum Dei in vera pietate conſtitui inter mortales debeat, ut inde omnibus particularibus eo rectius communicare quid poſſit de ſua eſſentia, ſine qua nihil juſtum aut legitimum dici aut prædicari in ea valebit.

*9. Quænam eſt particularis Politica?*

ESt ea, quæ ex univerſali principia & communicationem ſuam trahit, atq; in ſingulis populis pro geniorum ratione eam loco ſuo introducit & applicat, ut ſalus inde publica pro opinione communi illis ritè conſtet. Velut hoc in variis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

[v]ariis & diverſis Rerumpubl. modis, per [t]otum orbem diſperſis, videre eſt.

10. *Quomodo Politicæ cognitio comparatur?*

SI principales ejus partes, de quibus agendum eſt, & ex quibus tota doctrina conſtituitur in ſequentibus ritè [o]bſerventur, & ad genuinum in fundamentis ſuum transferantur uſum, nec [p]ræpoſtere quis ſe involvat præceps.

11. *Quænam autem Politicæ partes principales vocantur?*

ANte omnia heîc advertendum eſt, ut Præcognita neceſſaria in fundamentis univerſalibus benè percipiantur; quæ [d]einde ipſa mediorum tractatio in Syſtemate Doctrinæ excipit: Veluti hinc [ſi]ngula ejus capita principalia & membra, quæ in conſtitutione, adminiſtratione, amplificatione & conſervatione [R]eipublicæ & communis ſalutis, atque [e]jus contrariis eorumque remediis conſtunt, in certos libros diſtribuemus, uti [i]n ſequentibus id clarius patebit.

12. *Præcognita vero quænam dicis?*

ALiis dicuntur prolegomena; Sed non ſatis convenienter, quum cognitioni [o]mni januam ad intuitum penitiorem [a]periant. Sunt autem ea, quæ non tan[t]um ipſa generalia declarent fundamen-

ta, in principiis rectè percipiendis; Sed etiam quaſi normam exhibeant ulteriori cuivis cognitioni, ut ei quaſi lucem præferant, pro judicio rectè ferendo de reliquis cunctis, quæ in Doctrina proponuntur: Imo ut etiam in qualibet Reipublicæ conſtitutione & ejus forma devia quæque, errores, ac vitia ab invicem facilè diſcerni, atque eadem ritè juxta tenorem conceptum, dijudicari poſſint.

*13. Quare præcognita ita heîc requiruntur?*

PRæcognita talia quum maximè neceſſitati inſerviant, temerè nunquam omitti debent. Etenim non tantum faciliorem cognitionē aperiunt, ſed etiam cuivis in cognoſcendis rebus manuductionem & certitudinem addunt, ut eo commodius ad ipſum rerum uſum, ſine quo fruſtra omnis ſuſcipitur labor & cognitio, poſſit perveniri. Qui enim ſolummodo diſcit, ut ſciat & diſputet, non, faciat & in actum deducat agenda, is certè ſopiſtam agit, & inutilem rerum exploratorem, aut indagatorem, qui magis ſibi & aliis obeſt, atque ſcandalum exhibet, quàm quod veræ ſalutis aut privatim, aut publicè curet commoda, pro ſui & proximi ædificatione, ad quod tamen omnia in hac vita unicè tendere debent.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

14. *In quibus igitur hæc præcognita maximè conſiſtunt.*

D facilè ex jam dictis colligi poterit, quum circa explicationem Neceſſita- s, Auctoritatis, Veritatis, & Naturæ ſius in hac doctrina, verſari debeant : ſimul inde pateſcat, quem ordinem ve methodum juxta ductum facilioris ognitionis, cui inſtrumentum hoc ſuum orrigit, iſta ſibi requirat.

15. *An Præcognita ſunt de eſſentia alicujus Doctrinæ?*

QUamvis id alii negent; tamen ipſa Naturæ ratio & neceſſitas hoc dicti- it. Quum enim de doctrinæ alicujus ſſentia ſit, ut hominem informet, & ræcognita fundamentum ac principia ei ad cognitionis perfectionem defe- int, conſtat inde ſatis, quod ſit de eſſen- a ejus. Alias enim ubique error co- nitioni obtruderetur, & falſum pro ero acceptaretur, ſi aberretur in prin- ipiis ritè cognoſcendis. Sic in Politi- is, velut in omnibus rebus agendis res : habet, ante omnia ex natura ejus onſtare debet, quis ſinis ſit ultimus, ad uem media cuncta, quæ Doctrina ea nicè intendit, collimare queant. Finem ero facile ſuggerit Populus & Societas publica,

publica, ſive materia Politicæ, cui ad normam pietatis & honeſtatis, ſua tranquilla beatitudo procuranda eſt. Iam media Politica ea erunt, ut in multitudine, non confuſe vivatur; ſed neceſſum eſt, ut pro fine obtinendo harmonia vera obſervetur, & ſint alii, qui regant aut imperent; alii obedientiam præſtent. Quomodo autem id fiat legitime & harmonice, de iis agit Politica in ſequentibus, ut ita in primo libro omnino de præcognitis ſit agendum: In reliquis 2. de mediis cõſtituentibus, conſervantibus, amplificantibus & curantibus, ſi labile fiat corpus Politicum.

Intro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# Introductionis Univerſalis ad Reſpublicas
*Sive*
# POLITICÆ SYNOPTICÆ
## LIBER PRIMUS,
## Præcognita neceſſaria continens.

### CAPUT I.
### PRÆCOGNITORUM
De differentia Politicæ & Politiæ.

I. *Num Politiæ & Politicæ vocabula in eadem ſignificatione conveniunt, an non?*

QUamvis utraque à Græca τ͂ πόλεως voce ſuam deducat originem; tamen veluti derivationis nõ eadem eſt ratio, ſic etiam maximè inter ſeſe diſtant ſignificatione. Etenim Politica ἀπὸ τ͂ πολιτείας hoc habet, quod ita dicatur, quum ſit ejus doctrina, ſive informatio, quam Politia monſtrat. Sic πολίτης civem determinat, qui πολιτείαν, id eſt, adminiſtrationem juſtam ſuæ Reipubl. expetit. Unde Iſocrat.

rectè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rectè ait, *πᾶσα πολιτεία ψυχὴ τῆς πόλεως ἐστιν.* Omnis Politia eſt anima civitatis; quia in ejus regimine juſto & convenienti informatione conſiſtit; Velut anima corpus ſuum informando regit & gubernat; ita Politia introducit & ſuperimponit populo ſive multitudini mortalium Rempubl. cujus adminiſtrationis beneficio utatur populus; unde etiam illud *πολίτευμα* eſt, quod actionem prudentem in adminiſtratione Reipubl. declarat.

2. *Quot modis igitur differunt Politia ſive Reſpubl. & Politica inter ſeſe?*

DUobus potiſſimum; nominis videlicet acceptione & rei conſtitutione, velut etiam ex ipſa derivatione hoc jam patet, quantum inter utramque detur diſcrimen. Politia enim ſive alicujus regiminis actus & conſtitutio ejus accipitur variis modis, ut diductè oſtendit Plutarchus in lib. de tribus Rerumpubl. formis; In primis vero aut in abſtracto vel concreto, quod alii formaliter & materialiter ita dictum volunt, conſideratur. In abſtracto enim ſignificat ſtatum, modum, & formam aut Regimen ipſum, adeoque Reipubl. adminiſtrationem ipſam, & per ſe conſideratam: velut etiam hac ratione Civilis Politia & Eccleſiaſtica à nonnullis dicitur. In concreto

creto autem ſumitur pro cœtu hominum publico, qui certo in loco Iure poteſtatis mutuo inter ſe conſociati vivunt, & certo gubernationis modo cohærent; Veluti etiam tota Natio Germanica, Polonica, Gallica, Hiſpanica, &c. hoc ſignificatu exprimi poteſt. Ex quibus manifeſtum eſt, quod Politia talis, in conſtitutione ſui & rei ipſius, Politicam edat ex ſe doctrinam.

### 3. *An non etiam Politia rectè dicitur ordo?*

PRopriè non; licet ſint, qui etiam ex communi errore Politiam dicant τάξιν τίνα τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, ordinem quendam inhabitantium civitatem. Si vero Ordinis vocabulum propriè ſumatur, quatenus ſua virtute ordinationem exprimit, quæ ex legibus aut pactis exultat mutuis, ita, ut inſtrumentum illud regiminis prodat, cujus beneficio bona diſpoſitio fiat; manifeſtum eſt, quod Politiæ genuina eſſentia non poſſit dari in ordine, quum is officio Reipublicæ in informatione ſua competat. Alias, quatenus ordo in genere omni opponitur confuſioni, ne quid indigeſtum detur, præſertim in civitate, poterit τάξις Politiæ adſcribi, quod in ea proprium ejus conſiſtat officium & munus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

CAP. II. Præcogn.

# De Politiæ & Reipubl. neceſſitate in vita humana.

1. *An non in hoc mundo abſque Politia vivere poſſumus?*

MInimè, niſi omnis ſocietatis vinculum & converſationem decentem vitæ civilis tollere penitu coneris. Tanta enim neceſſitas juſtæ & veræ Politiæ eſt ac regiminis, vel naturâ quoque id docente, ut inter mortales hujus non minus quam aquæ, ignis, panis, ſolis & aëris neceſſarius ſit uſus: quum ipſi etiam chori cœleſtes Angelorum ſuo inter ſe conveniant Imperio, & hoc in regno ſeſe mutuo gaudeant. Tu quoque ipſe Iehova eſt auctor hujus inſtitutionis ſanctæ, ut tota multitudo hominum ita ritè ad unum redigatur principium, aut in cẽtrum hoc ejus gloria & propriam ſui conſervationẽ deponat. Gen. 9. v. 6. Prov. 8. v. 15. Dan. 2. v. 2 Ideoque D. Paulus ita apertè ejus conſtitutionem confirmat diſertis verbis Rom. 13. & seqq. dicens: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto. Non enim eſt poteſtas NB. niſi à Deo; & quæ ſunt poteſtates, ſunt à Deo ordinatæ. Itaque quiſquis obſiſtit poteſta-

ati, Dei ordinationi obſiſtit: Qui au-
:m obſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem
ıferẽt. Namq; magiſtratus non ſunt me-
ıi bona operantibus; ſed malis. Vis au-
:m non metuere poteſtatem? Quod bo-
um eſt, facito; & laudem ab ipſa habe-
is. Dei enim miniſter eſt tuo bono.
uod ſi feceris, quod malum eſt, metue.
on enim fruſtra gerit gladium. Nam
ei miniſter eſt, Vindex ad iram ei, qui,
uod malum eſt, fecerit. Quapropter ne-
eſſe eſt ſubjici, nõ ſolum propter iram;
d etiam propter cõſcientiam. Propter
oc enim etiam tributa ſolvitis: ſiqui-
em miniſtri Dei ſunt in id ipſum in-
umbentes. Reddite igitur omnibus,
uod debetis, cui tributum debetur tri-
utum: cui vectigal, vectigal: cui timor,
morem: cui honor, honorem. Nemini
icquam debete, niſi hoc, ut alii alios
ligatis Nam qui diligit alterum, legem
plevit, &c. Totius fermè Politiæ in
ubernandi & obediendi poteſtate &
eceſſitate conſtitutio cum ejus funda-
ento & auctoritate heic egregie de-
ngitur. Namque primo aſſeritur ad-
odum convenienter Magiſtratum eſſe
Deo, ceu & Gen. 9. verſ. 6. Exod. 18.
21. idem habetur. Deinde in particu-
li quoque ſingulis à Deo poteſtas con-
rtur, quum omnis poteſtas ordinatio-
Iehovæ adſcribatur, uti & in Dan. 2.
21 & 4. verſ. 32. id noſcitur. Tertio

affirmatur cum Pſal. 28. verſ. 6. Prov.
v. 15. Ioh. 19. v. 11. quod omnem tu
poteſtatem tum dignitatem à Iehova
cipiat. Quarto, Hoc officium non ho
nis, ſed Dei eſt, ſi quis magiſtratu fun
tur. 2. Paral. 19. v. 6. Quod (5) adeo
rum, ut, qui poteſtatem illam ſper
Deum ipſum ſpernat, uti idem 1 Sam.
v. 7. videre eſt. Sexto, ipſi quoque i
gini Dei conſentaneum eſt, quum Im
rio ſuo totius naturæ præeat nob
Velut etiam (7) ipſi juri naturæ c
gruit. In omni namque cœtu & mu
tudine ita comparatum eſt, ut dux
Rector aliquis ſit, qui totum reliqu
cœtum regat & gubernet, ſicuti de
bus & gruibus id conſtat, quanto or
regiminis inter ſe coeant, & eos
ſervent greges, inter quos unus
quam Rex & dux præ cæteris emi
qui reliquis ducatum præſtat. Quod
xime mortalibus nunc competit in
ſtatu corrupto, ne corpus ſociabile
in confuſionem & perniciem ſui
piatur, ſi non adſit concordiæ harmo
Imo (8) & ipſum corpus humanu
diſpoſitione membrorum convenie
ſima, ſatis clarè id demonſtrat, q
aptitudo ipſi per regimen animæ a
ſit, ut mutua officiorum connex
harmonicè in omnibus operatio
animæ inter ſeſe cohæreant. (
enim anima, vitam habentibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

lem inanimatis præſtat Harmonia. Ita
ı corpore politico, ſeu civitate benefi-
io reipubl. efficit adminiſtratio & con-
ordia omnium illius membrorum, ut
iſtè inter ſeſe illæ curam conſervatio-
is ſui contineant & comprehendere
ıeant.

### 2. *An quoque regimen & Politia fuiſſet hominibus in Paradiſo, ſi Adam in ſtatu integritatis permanſiſſet?*

UBi datur diſtinctio & numerus, ibi
neceſſum eſt quoq;, ut ſit ordo: quia
er hujus beneficium diſtinctio ſubſiſtit,
e in confuſionem abeat. Sed neceſſum
ſt, ut obſervetur accuratiſſimè, quæ fu-
rit conditio corporis Adamici & Para-
iſi. Proinde licet regimen & Politia
xtitiſſet; tamen in alio incorruptibili-
atis principio, nec Angelorum Politiæ
c poteſtatibus multum abſimilis. Velut
l ſacer *ille Philoſoph. in lib. de tripl. vitæ.*
*ıp. 5. pag. 118 & 119. docet,* cujus verba
ıeîc adſcribere libet, quum magnam fa-
iant emphaſin loquelæ ipſius: Spiritus
nimæ ex una naturæ ſpecie conſtat qui-
em; attamen omnes naturæ ſpecies ſibi
roducere poteſt. Quapropter, quum
ihil abſolutè t[illegible]tum & perfectum ſit,
iſi tantum Ternarius numerus in Uni-
ate; reliquum omne diſtinctum habe-
ur; quemadmodum quoque multæ &

diverſæ ſunt Angelorum proprietat
Atque ita Eſſentiæ centri hujus in I
conſiſtunt cum Angelis in miraculo ; 
Deus cum mundo Angelico in crea-
rali ſpecie manifeſtatus eſt. Angeli er
omnes ex Dei eſſentia ſunt. (Loquir
ita ſaltem de diſtinctionibus mirabili
magnalium in Deo.) Spiritus Ange
non ſunt ex irrationali eſſentia proc-
ati; ſed ex Centro ſeptem ſpecierum, ſe
Spirituum Naturæ æternæ; ex unaqu
ſpecie Thronus quidam, & ex Thro
ſingulo Angeli ſui ſive Miniſtri. At
propterea cum Lucifero unà eorum u-
verſum regimen in defectionem à D
collapſum eſt. Atq; heîc proinde ort
ſuum ſive originem trahit regale
principale regimen hujus mundi. Qu
ſuum proprium conſtituat Principiu
proinde omnes in ſe cœlorum form
continet; Quamvis ſint; qui hoc neg
auſint; aut credere nolint, &c. nihilo-
nus verum eſt. Namque ſtrenua po-
ſtas hujus Principii ordinationem ſu
gerit ad modum cœleſtis formæ. Etia
vero ſtrenui illi ſpiritus occulti ſigilli
his phiolas iræ Dei effundant, & Dia-
lus ingens inde aufera ſpoliũ, quid h
ad ordinem ſpectat? Nonne vitã & m-
tem in conſpectu noſtro poſitam ha-
mus? Conceſſum nobis eſt omnibus,
nos convertamus, ad quod cuique p-
citum eſt. Quis Deum culpare vel

Cuiqu

[C]uique via ambulationis ſuæ patet. Cui-
[c]unque ſe quis ſervum deſtinat in ſubje-
[c]tione ſua, illius quoque mancipium eſt,
[a]que ejus regno perpetuo manebit; ſive
[ſi]t Princeps ſive ſervus. Licet autem
[q]uis ſuperior aut Dux ſit in hoc princi-
[p]io; non tamen propterea poteſtatem
[D]eo ſimilem obtinet; ſed ſaltem Princi-
[p]ii iſtius vicarium agit, atque ſub illis
[e]t ſigillis, quæ mirabilia ſua ſub illius
[i]mperio in lucem edunt. Proinde tam
[P]rinceps Diabolo in obedientiam cadit
[t]am, quàm miſer quiſpiam paſtor. Nul-
[lu]m eſt inter mortales heîc diſcrimen,
[n]iſi ſaltem officii ratio, quod geſtat, qui
[a]ddit: Atque hoc officium Deo, non ſibi-
[m]et ipſi gerit. Attamen in aulis Princi-
[pu]m & Regum phialæ furoris Dei ſub
[o]ccultis ſigillis ſive ſpiritibus effundun-
[tu]r: unde tonitrua, fulgura & bella in
[te]rris exurgunt. Ac præſertim talia ma-
[gis] tubis ſuis efflando concitant hypocri-
[t]æ & adulatores Babylonici, &c. quod
[u]nicè omnes cavere debent Principes,
[n]iſi in ſulphureum verticẽ æterni ignis
[p]ræcipitari velint, ceu in Apocalypſi D.
[J]ohan. videre eſt, &c. Ex quibus patet;
[q]uis regiminis ſtatus ejuſque idea ante
[i]pſum, poſt lapſum hominis, & quoq; in
[f]uturum ſit expectandus, ut nuſpiam abſ-
[q]ue Dei voluntate & ira ejuſdem Poli-
[ti]a dari queat, &c.

*3. An vero ſaltem à Deo irato imperi proficiſcuntur, ut meri juris ſit ejus quod poſitivum dicunt alii?*

SUnt quidem, qui id ita convincer conantur. Verum ſi rectè ad normai Verbi Dei rem penſitemus accuratiu ipſa harmonia mutuæ concordiæ, quæ i imperii & ſubjectionis ſolida diſpoſ tione & ordinatione conſiſtit, id ſatis lu culenter demonſtrat, quod non tam me juris ſit poſitivi, quàm ipſius clement Dei ordinatio, qui omnia vult cum vo luntate ſua congruere, quæcunque cre vit; velut etiam propterea in Chriſt creata ſunt, & æternitati per poteſtat adornationem deſtinata. *Paul. ad Colo, 1. verſ. 16.* id ita clarè demonſtrat, d cens: ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. εἴτε θρόνοι, εἴτε κυ ριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι. τ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. K αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐ συνέστηκε. Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σ ματος τῆς ἐκκλησίας· ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτ τοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αυ τὸς πρωτεύων. Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε π τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. Nam per eu (Chriſtum Ieſum) condita ſunt omni quæ NB. in cœlis ſunt, & quæ NB. terra; viſibilia, & inviſibilia; ſive thror

ſi

ſe dominia, ſive Imperia, ſive Poteſta-
s: Omnia (inquam) per eum, & ejus
ſpectu condita ſunt. Eſtque Caput cor-
ris Eccleſiæ, eſtque etiam Principium,
Primo-genitus ex mortuis, ut inter
nes Primas teneat. Quoniam in eo
cuit (Patri) ut omnis plenitudo habi-
ret. En habes heîc clarum Verbum,
ram imperiorum & regiminum ſive
litiæ originem ſatis dilucide expli-
ns, qualia ſint in cœlis & in terra, imò
in futura ſeculorum ſecula. Ac ne
id dubites, idem D. Paulus, eadem *ad*
*heſ.1. verſ.17. & ſeqq. repetit*, inquiens:
Θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ πα-
ὴρ τῆς δόξης, δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ
ποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πε-
ωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας
μῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, τίς ἐστιν ἡ
πὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος
δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς
γίοις, καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς
υνάμεως αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς τοὺς πιστεύον-
ας, &c. Deus Domini noſtri Ieſu Chri-
i, Pater ille gloriæ, det vobis Spiritum
pientiæ, & revelationis per agnitio-
em ipſius: Illuminatis oculis mentis
eſtræ, ut ſciatis, quæ ſit ſpes, ad quam
lle vocavit, & quàm opulenta gloria
æreditatis illius in ſanctis: & quæ ſit
xcellens illa magnitudo potentiæ illius
n nos, qui credimus, ſecundum effica-
iam roboris fortitudinis ejus; quam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

exeruit in Chriſto, quum ſuſcitaret eum
ex mortuis: & ſedere eum fecit ad dex
tram ſuam in cœlis, Longè ſupra NB
omne imperium, ac Poteſtatem, & Po
tentiam, & Dominationem, ac omn
Nomen, quod nominatur non ſolum i
hoc ſeculo, verum etiam in futuro: At
que omnia ſubjecit pedibus ejus, eum
que conſtituit Caput, ipſi Eccleſiæ: Ὑπερ
άνω πάσης ἀρχῆς, ϗ ἐξουσίας, καὶ δυνά
μεως, ϗ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνό
ματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶ
νι τούτῳ; ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. ϗ πάντ
ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. καὶ αὐτ
ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλη
σίᾳ. Quæ eſt corpus ipſius, & comple
mentum ejus, qui omnia in omnibus ac
implet, &c. Textus inſigniter claru
quem nemo pius uſpiam abſque ſcanda
lo gravi flectere aliquouſque auſit au
queat. Etenim eo ipſo quis ſtatim oſten
dit, quod non habeat τὸ πνεῦμα σοφίας
& Spiritum Dei, verum Verbi ſui inter
pretem, qui ſolus Informator eſt ver
piis, non littera carnis, ſive (ut hodiè i
fert conſuetudo) Ethnicæ inſtructioni
quæ occidit, *ut ait D. Paul. 2. Corint*
*3. verſ. 6.* quum quiſque vere ſapien
Chriſtianus in Spiritu Dei eruditus eſ
debeat, ut habet *Epiſt. Paul. 1. Theſſ. 4*
*verſ. 9. Iohan. 6. v. 45. Eſai. 54. 13*
*1. Corinth. 6. 19. Rom. 8. 14. Tit. 2. 12*
quum eruditis talibus cognitio vera De

& ve

voluntatis ſolummodo in illuminatis
culis mentis ritè conſtet, uti D. Paul.
ſic teſtatur apertè. Quis igitur Hierar-
ciæ abnegare auſit Politiam, ubi Chri-
ſtus Caput ſit, quum per ipſum omnis
olitia poteſtatis & Dominii in cœlis &
rra conſtet. Sic & in pluribus ſacræ
ſcript. locis, veluti *Eſai.* 6. *v.* 1.6. *&c.*
*an.* 7. *v.*10. *Pſal.* 18. 11 *&* 103.20.
. *Lucæ* 2. 13. 14. *Geneſ.* 32. *verſ.* 2.
*al.*34. 8. *&* 1. *Theß* 4.16. *Iudæ* 9.*&c.*
mentio multitudinis Angelorũ, Cho-
Archangelorum, Principatuum, Po-
ſtatum, Dominationum &c. quæ meri-
pro Politia, & quod à Deo gratia &
no ejus ſingulari ita ordinata ſit agno-
ſcuntur. Quod & *D. Athanas, Tom.* 4.
*er. quæſt.* 4. ita vult explicatum cum
his Doctoribus. Quomodo enim mil-
millium & decies centena millia, ut
Dan. proph. 7. v. 10. miniſtrent ei, &
ſiſtent, qui Caput eſt, niſi ſtatus ordi-
s ſit? Nonne foret Anarchia, quæ ma-
r eſt confuſionum horribilium, & ubi-
e harmoniæ quàm optimè inſerviens
turæ, contradicit? Quod ſi igitur An-
lis eſt ſua Politia gratioſa, quæ unicè
ndi Iehovæ inſervit, *Eſai.* 6. & cujus
put Chriſtus eſt, quur non etiam ea-
competat hominibus in gratia Chri-
? præſertim quum conſtet & ex ſu-
rioribus manifeſtatum ſit, quod ſtatui
imævo ſive integritatis etiam futura

fuiſſet Reipubl. quædam forma, eò d
recta, ut in æternum ſe homines in cu
ctis actionibus voluntati Iehovæ co
formaſſent, ceu non minus in æternita
cœleſti iſtud ſubſecuturum eſt, uti
Verbo Dei patet. Verum quod nunc p
ſitivum jus ſubmixtum ſit Politiæ hum
næ, id lapſus facit Adamicus, quum h
mines libertatem Spiritus ita amiſerin
ut prorſus ſe ſervos peccati fecerint,
ex ea libertate, qua affecti erant à De
ſeceſſerint in poteſtatē & regnum Di
boli, qui ita ſtatim imaginem volunt
temque ſui regiminis adulteratam ſu
ſtituit, ut nihil jam ex amore ſyncero
ſancto erga Deum Iehovam, aut ex co
de puro profluat; ſed omnia ferme
amore ſui ipſius, calliditate, verſutia, an
bitione, avaritia & ſtudio proprii con
modi conſuta conſtent, & ſpeciem pi
tatis, probitatis, honeſti, ſalutiſque p
blicæ, ſi ritè omnia ad normam Verbi D
examines, mentiantur potius, quàm r
vera id præſtent, quod Dei ordinatio r
quirit; quum nuſpiam ferè ad volunt
tem Dei vividam rectè reſpiciant, ſ
propria potius in ſingulis attendente
Si enim voluntati Dei ex amore pio ſu
mitterent ſeſe, odio haberent bella,
omnia quæ pacem ac concordiam m
tuam divaſtant vel è medio tollunt. Ide
que factum eſt, quod; licet poſt lapſu
& amiſſionem Lucis cœleſtis in anin
etia

tiam omnes mortales Politiam neceſſa-iam quandam pro conſervatione gene-is ſui in multitudine tanta, juxta ratio-nis externæ, ſive Spiritus aſtralis influ-tionem agnoverint; tamen naturæ cor-uptæ ductum juxta carnis voluntatem aut libidinem potius, quàm interni ho-ninis rationem, ejuſque ſtimulum purio-em, & amorem Dei proximique dile-ctionem ſpirantem, ſecuti fuerint.

4. *Quomodo hoc probas?*

EXemplo maximè illuſtri in erectione Politiæ Iudaicæ. Dictas enim ob cau-ſas Deus ipſe Iehova, quum ſemen Abra-hæ ita juxta promiſſum multiplicatum, in Politiam juſtam ad voluntatis ſuæ be-nè placitum colligere, & à reliquis gen-tibus ſingulari regione & regimine ſe-parare cuperet, novas Reipublicæ ſuæ ſanctæ leges ad Archetypum Chriſti Ie-ſu, donec ipſe, mortali corpore indutus, tempore præſtituto, in mundum veniret, præſcribere, ad quas viverent, coactus eſt; ac propterea gentes cum ſuis impe-rii falſis regiminibus extruſit, ſuoque populo ibi collocavit ſedem, ut ejus ita verbo, & voluntati in vita tota ſanctum & pium præſtaret obſequium. Verum quum illi poſtea Ethnicorum more po-tius vivere, & novam regni formam in certo viſibili capite, temerè, imo mali-

tiosè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tioſe rejicientes Archetypum Chriſt
ſibi adoptare ſtuderent, & D. Samu
Propheta ex tanta protervia populi ſ
dolore ingenti afficeretur, inde reſpo
dit Iehova, non te, ſed me repudiaru
1. *Sam.* 8. *v.* 7. Nihilominus Deus et
nicis hiſce moribus ſuam denuo no
benedictione adjicere voluit in Arch
typo ſuo gratiam, & ipſis Caput regiu
Viſibile quidem elegit;ſed eidem Auct
ritatis ſuæ Regulia in ſingulari Iuris
præeminentiæ indicium, pro meritâ r
bellionis ſuæ ſervitute, addidit, conf
mavitque, ut plenioris ſubjectionis h
berent argumentum. Antehac enim fo
deris amici nomine per Chriſtum qu
ſocios ſuſceperat eos chariſſimos, quu
amorem ſuum in Chriſti poſſeſſione d
poſitũ retinerent; ſicut etiam cum ur
verſo populo fœdus icerat tale. *Gen.* 1
7. *Exod.* 6. 4. *&* 19. 5. *&* 24. 7. *&* 3
27. *Levit.* 26. 45. *Deut.* 4. 23. *&* 5.
*Eſai.* 59. 2. *&* 61. 8. *Ier.* 11. 3. *&* 2
7. *&* 30. 22. *&c.* quod poſtea cum D
vide, tanquam Capite populi, Chriſtiq
Archetypo, renovavit, uti ipſe Reg
Proph. id teſtatur *Pſal.* 89. *v.* 3. *& ſe*
*& v.* 20. *cum ſeqq.* Et quanta myſte
ſub fœdere tali lateant, ſatis *D. Paul.*
*Epiſt. ad Hebræ.* 8. *v.* 6 *&* 9. innuit, qu
alibi rectius explicabitur. Habes he
exemplum exemplorum, & Ideam e
actiſſimam, quomodo Deus ipſe Ieho
tanqua

inquam Auctor unicus veræ Politiæ, on tantum Iudaicam Politiam ab Eth-iciſmo legibus ſuis peculiaribus vindi-arit, ſuæ ſanctitati per eoſdem appli-erit, & à vitiis Ethnicorum repurgare oluerit, ut populum ſanctum & juſte vi-entem haberet, quæ in omnibus vitæ ctionibus Caput archetypi ſui repræ-entaret, & oſtenderet reliquis regnis ındamentum verum.

. *Anne igitur verioris Politiæ Ideam exhibet Iudaica ſive populi Iſraelitici Reſpublica?*

NOn tantum ideam bonam & modu-lationem exhibet, in cunctis inter-is, quæ ad gubernationis & ſubjectio-is ſive obedientiæ veſtigia faciunt, ſed iam baſin & fundamentum ipſum lar-itur, cui ſuper imponi, & ex quo tota olitiæ optimæ forma, in legibus fun-amentalibus conſtituendis, produci eat. Utpote, quum Deus ipſe in ea obis voluntatis ſuæ ſpecimen imagi-emque certam propoſuerit, atq; Chri-us ſit baſis iſtius Politiæ. Proinde me-to omnis verè Chriſtiana Reſpublica l eandem optimè conformari, & legi-us divinis ſtabiliri ſimpliciter potius eberet, quàm quod ex ethnicorum pinionibus in multiplicitate conſtrue-tur. Etenim Dei voluntas certa &

æterna eſt; hominum autem præſerti
profanorum ſemper erronea, & ſibi ta
tum carnaliter in proprio commodo i
ſervientia quærit, ut carni benè ſit, q
gloriam veram Dei agnoſcere abhorr
nec ritè novit, *διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θε*
*καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχον*
quoniam id, quod de Deo cognoſci p
teſt, & veritatem ejus in juſtitia de
nent. *Rom.* 1. *v.* 19. *&* 18. *οἵτινες μ*
*τήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν*
*ψεύδει*, &c. Vt qui Dei Veritatem m
tarint in falſitatem, & coluerint ac ſe
vierint rebus creatis, præterito Cre
tore, *ibid. verſ.* 25. nec non propterea
Deo tradita ſunt in fœdos affectus obt
nebrata eorum corda, quum vani fa
ſint *ἐν τοῖς διαλογισμοῖς* & ratiocinati
nibus ſuis. An non igitur Veritas Po
tiæ bonæ præſertim Chriſtianæ ex inſ
tutione Iehovæ ejuſque Verbo, qu
Ethnicorum vanis dialogiſmis & anx
ſcrupulationibus, quæ non niſi ſtigm
ſæva conſcientiis inurant, petenda
niat; In primis quum ſancti & veri am
ris ductus heic ubique normam ſecur
cunctis ponat civilis vitæ actionibus
conſcientiam innocuam procreet? Si
& Chriſtus ipſe in vitæ humanæ v
piaque cultura, nobis mutuam dilect
nis regulam, quæ veræ Politiæ leg
fundamentale ponat, ita præſcribit
ctè *Iohan.* 14. *&* 17. quod adeo ver

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

t nemo ſine ea civem ſolidum in tali olitia ſe realiter profiteri poſſit.

6. *Num Politiæ paganorum ſive Ethnicorum Deo non placeant, vel non placuerint?*

REgna ſive Reſpubl. in naturæ radice eſſe fundata, ſuperius dictum eſt. Velut arbor bona, quamdiu viribus ſuis naturalibus implantata enaſcitur & ad fructus bonos excreſcit; non improbatur: Verum ſi in ſtolonibus inutilibus luxuriare incipiat, non tantum ſemetipſam conficit; ſed etiam abſcinditur & igni deputatur. Ita quoque regna ſi gloriæ Dei in virtutibus ſuis naturalibus ſe dedant pro conſervatione proximi,& in iis virides ferant fructus,ut boni in illis tuta ſub pace vivant,non diſplicent Deo propter bonorum defenſionem & juſtitiæ veræ culturam: Aſt ſi in licentiam poteſtatis ſuæ & libidinem libertatemque carnalem juxta proprii commodi, ambitioniſque aut avaritiæ appetitum deflectant, bellaque inde moveant ſub quocunque prætextu, licet ſpeciem religionis & conſcientiæ auream præ ſe ferant, ut mos uſitatiſſimus id docet; carni ſolummodo inſervire dicuntur, & Deo nullatenus placere poſſunt, imo etiam variis ſubvertuntur plagis ac ſuppliciis. Namque ejuſdem condemnatio-

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

nis eſt, ait *D. Paul. ad Rom.* 2. & 6v. 14. 15. ſive ſub lege aut extra legem peccent homines. Nam quum gentes, quæ legem habent, naturâ, quæ legis ſunt, fecerint: eæ legem non habentes, ſibimet ipſis ſunt Lex, quum oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis ſimul atteſtante ipſorum conſcientia, &c. *Rom.* 2. *verſ.* 14. 15. Quid igitur? peccabimus, inquit, quod non ſimus ſub lege; ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis, quod cui voſmet ipſos accommodatis ſervos ad obediendum, ejus ſervi eſtis, cui obeditis; ſive peccati ad mortem, ſive obedientiæ ad Iuſtitiam. *Rom.* 6. *v.* 15. & 16. Sic ex radice prima Regnorum ut & Rerumpubl. quam Patria poteſtas ab exordio uſque mundi per annos mille octingentos ad Nimrodi Imperium ſolummodo conſtituerat, accreſcente petulantia & numeroſitate mortalium, qui ſeſe paterno imperio regi amplius non ferebant, expullulavit Monarchia, quam primò omnium ex ordinatione divina nactus eſt Nimrodus Chuſi filius & Chami nepos *Gen.* 10. *verſ.* 9. Unde & robuſtus Venator coram Domino appellatur, quod non tantum auctoritate potenti, viribus & opibus, nec non prudentia reliquis omnibus antecelleret; ſed etiam militiam hominum in diſciplinam coegit, quiumq; juſtum & obedientiam ſubegere, atque ita imperio Politico omnes

cohi-

cibere noverit. Quum igitur hinc ex
t.ta potentia majori cuſtodem diſci-
plæ, legum , & juſtitiæ adverſus con-
tnaces rapaces & refractarios quoſvis,
n: nõ religionis moderatorem ſe pro-
bret;inde Venator coram adſpectu Do-
mni fortis à Spiritu Dei vocatus eſt.
Si faciunt vitia & perverſitates homi-
nm, ut vi & oneribus durioribus , nec
ro bello ipſo, cogi eos ſæpius ad obe-
dntiam oporteat. Hinc adeo fit,ut nul-
lu imperium in terris ſit tam juſtum,
qin adſperſam aliquam habeat labem
v libidinis , vel avaritiæ , vel rapacita-
t, vel crudelitatis, vel negligentiæ,ty-
rnnidis , &c. Tales nævos etiam ha-
bit hoc primum Nimrodi imperium,
n: caruit maculis regnum Salomonis,
onium ſapientiſſimi. Quas maculas ſi-
v vitia ab Imperio ſive Politia ipſa ſive
clinatione Dei oportet ſeparari, ut re-
c ait *Dreſſ. in Iſag. Hiſt. part.* 1. *pag.*
15 & 106.

## CAP. III. Præcogn.

## De Utilitate, & uſu Politiæ,
### ec non de ejus doctrinæ Veritate & facilitate in addiſcendo.

. *Quænam vero utilitas eſt Politiæ ſive Reipublicæ?*

HÆc quidem ſatis ſe patefacit ex dicta jam neceſſitate, ut inde ſatis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

clarè colligi poſſit, quàm latiſſime
tius vitæ humanæ, in omni civil
verſatione & ejus actionibus c
curſum ſe extendat: Ac præſerti
ex fine Reipublicæ optimè evi
Etenim, quum nemo mortalium
qui non ſibi in converſatione tal
quillam felicitatem exoptet, fit in
quàm latè excurrat ejuſmodi bea
tam latè quoque ſe effundat utili
blica & privata. Omnium autem
mè ejus fructū longè utiliſſimum
piunt, qui non tantum in regimi
quo ſtatu vivunt, ſed etiam qui e
ctrinam penitius introſpicere &
ſcere ritè ſtudent; veluti nec mini
ni hiſtoriarum cognitioni rectiſſi
ſervit, ut cum fructu addiſci queat
& à Platone Politica hæc πασῶν
τικὴ omnium doctrinarum &
Conſtitutiva appellatur, quia fine
mum omnium Politica ad ext
gradum deducit, atque adeo ex
felicitate publicam facit, ut rect
*Keck. in Pol. Syſt. p.4.*

2. *Quomodo igitur Politica ritè & [...]*
*diſſimè addiſcitur?*

DOctrina & uſu, ſive, quod ide
mè eſt, ſtudio veræ exercitati
experientia, quum unicè in pra
ſiſtat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 3. *Quare hæc ?*

Cognitio enim heîc ſolida & vera,ni-
hil aliud eſt, quam realis conjunctio
ntellectus, voluntatiſque coadunitio
n eo, quod quis addidicit ; modo ita
diſcatur, ut veritatis congruentiam
n re,& eandem hinc in vita ſimul ex-
rmar. Alias enim res talis tecum mor-
u & inutiliter cognita apparet ; imò
atis te arguit doctũ, qui aliter quid
egendum addidiceris, quàm id fa-
i. Tum, Doctrina praxi ſua carens,
uius momenti eſt, nec ſpeculatione
ia, niſi quid ita addiſcas,ut inde me-
oin pietate & probitate vitæ evadas;
et rectè ait, ille Theoſophus: Scire
num non tam vobis prodeſt; quàm
u facere,quod pium & juſtum eſt co-
ri Deo; ex quo ſe veritas cordis pate-
ic, qualis intus tecum ſis, & habites;
u falſus an Verus. Velut habent iſti
e culi:

*olunt omnes;& Chriſti dicere cauſam;*
*icere haud quiſquam, veramque oſten-*
*dere praxin,*
*obitate piâ, quam Ihovæ Verba re-*
*quirunt:*
*an eſt nunc paſſim libertas carnis in orbe!*
*i nihil prodeſt, ſi non procedat in uſum*
*t quam Chriſti à quovis imitatio poſcit.*

*4. Itanè in omnibus Doctrinis Verit-*
*ſe quis ſubmittere debet?*

SIcuti amore Veritatis nihil priu-
que potius in homine datur; ita
nibus & ſingulis hoc incumbit, ut e
cè ſe dedant toto corde, nec ex
priis vivant opinionibus, in quib
hilominus totus confuſus jacet mu
Nam qui in veritate ambulat, in
ambulare toties dicitur, & incul
id in Verbo Dei. At qui ſua cœ
tione juxta ductum aſtralis influ
ducitur, in tenebris hærere denſis
tur. Velut ex falſa imaginatione P
homo Adam ita ſe in extremas ter
externi hujus mundi præcipitavit
cum omnes poſteros abripuit, ut I
imaginis divinæ in anima cum ſar
te corporis cœleſtis, & ipſa pa
amiſerit penitus, ſeſeque adeo om
licitate privârit, ut in æterna pro
amiſſus fuiſſet & condemnatus
niſi lucem ſplendidam viæ, & veri
cum vita, Dei Filius & ipſe Iehov
ſtus in nova regeneratione per Sp
ſuum nobis clementer reddidiſſe
ſtituiſſet. Proinde qui Veritati
de ſtudet, & ejus fervido duci
re; ille certè verum agit Chriſti
torem ac Deo ritè inſervit. *Ioh.* 4.
E contra vero qui eam odit, ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tem fugere non tantum dicitur, ſed
e Chriſtus ait, quod ille non ex Deo,
 ex patre ſit diabolo, quum ejus cu-
litates in hoc expleat. *Ioh.* 8. *v.* 44.
de etiam locutio & vox mendacii
nis ex eo eſt, omnisque falſitas animi
 cordis.

5. *Quid autem eſt propriè Veritas?*

CAve, ne ſimulata quæſtio hæc ſit Pi-
lati, qua Chriſtum ironicè per argu-
as ſuas quaſi explodebat: ſed vide, ut
x vero cordis ſenſu hoc proficiſcatur
ήτημα. In eo enim tota vis latet inte-
ritatis & pietatis omnis, quum opinio-
is tanta ſemper ſit ſubtilitas, ut ubique
ro veritatis cultu haberi velit, quum
amen peſſima ejus ſit hoſtis. Ideoque
ic reſponſum accipe. Verbum Dei Ve-
itatis vocabulo omne illud continet,
uicquid in animi cordiſque conceptu,
ermone & facto cum voluntate Dei &
jus obſequio tenendo, etiam in itima
creaturæ omnis perſcrutatione, conſen-
tit & fundamentaliter congruit, quæ
pervidetur jam inde à condito mundo
ex rebus factis, *ut ait D. Paul. Rom.* 1.
*verſ.* 20. ſed non per διαλογισμὺς & ra-
tiocinationes illius Philoſophiæ, quam
*D. Paul. ad Col.* 2. *v.* 8 inanem deceptio-
nem, ſecundum traditionem hominum,
ſecundum elementa mundi, & inſanien-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rem circa quæſtiones ac Logomachia ſive verborum pugnas. 1. *Tim.* 6. *v.* & 2 *Tim.* 2. 23. vocat, quum talis ſapientia hujus mundi, coram Deo ſtultitia 1. *Cor.* 3. *v.* 19. nec largiatur reſipiſcentiam, nec ex laqueis Diaboli liberet 2 *Tim.* 2. *v. ult.* ſed ſaltem decipiat no inanibus ſermonibus, ob quos obruit in Dei filios inobedientes *Epheſ.* 5. 7. und etiam homines vani fiunt in dialogiſ mis, & obtenebratum eſt deſipiens co eorum. *Rom.* 1. *v.* 21. Nihilominus ea it inundavit hodiè mundum; ut Spiritu Dei vix locum pro vera ſua Philoſophi in cordibus hominum renatis inveniat quum Spiritus mundi per dialogiſmo ſuos adeo undique obtineat imperium regiminis maximi.

*6. Quomodo ea veritas doctrinæ acquiritur?*

NOn ex Spiritu mundi, quem D. Paulus omnino contradiſtinguit à Spiritu Dei accuratiſſime, quando dicit 1. *Cor.* 2. *v.* 12 & 13. Non enim nos Spiritum mundi τὸ πνεῦμα τȣ̃ κόσμȣ, accepimus; ſed Spiritum, qui eſt ex Deo πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεȣ̃, ut ſciamus, quæ Deus gratificatus ſit nobis: quæ etiam loquimur, non ſermonibus, quos docet NB. ἀνθρωπίνη σοφία humana ſapientia; Sed quos docet Spiritus Sanctus, ſpiri-

tualia

ualia cum iis, quæ ſpiritualia ſunt con-
ngentes. Unde patet, quod omnibus
hriſtianis vere eruditis, illa ſapiētia Dei
ompetat, quicunq; ſe Chriſtianos con-
eri cupiant. Scriptum eſt enim, ait 1.
r. 3. v. 19. carpit *σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ
ὐτῶν*, ſapientes in omni operatione
a. Et rurſum: Dominus novit, cogi-
tiones ſapientũ *ὅτι εἰσὶ μάταιοι*, quod
nt vani *verſ.* 20. Itaque nullus glorie-
r *ἐν ἀνθρώποις* in hominibus. Scrip-
um eſt enim: *ἀπολῶ τὴν σοφίαν σοφῶν, καὶ
τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω*: abo-
bo ſapientiam ſapientum & intelli-
entiam intelligentium tollam è medio.
deo eſt adverſa hæc ſapientia carnis
ve hujus ſeculi Deo, 1. *Cor.* 2. *v.* 6. ut
ane e medio ſublatam ab omnibus ve-
t, nedum quod quis inde veritatem in
nctis rebus agendis & ſolidæ doctri-
æ aut veritatis comparare ſibi queat,
uum ſpiritualis adeo potens ſit in ſua
octrina veritatis, ut dijudicet quidem
mnia; ipſe vero à nemine dijudicetur,
. *Cor.* 2. *v.* 15. Sic in ea veritate con-
ummatio omnis latet, quæ propterea
tiam libertatem affert *Ioan.* 8. *v.* 32.
e igitur impietatis in ipſa doctrina
ddiſcenda alicujus nos rei fiamus, opor-
et nos hunc Spiritum Dei in omnibus
itæ viis ſequi, qui nobis veram volun-
atem Dei in Chriſto patefacit. Quis
nim alias novit mentem Domini, qui

inſtructurus ſit eum ? ut *idem D. Paul.* 1. *Cor.* 2. *v.* 16. Ideoque fruſtra convellitur à pluribus D. Plato, quod tam multa de Spiritu mundi ſive anima ejus tradiderit, quum Spiritus mundi non ſit diabolus, ut multi fingunt, ſed ille, qui externam mundi conſtitutionem regimine ſuo fovet & cum conſtellationum aſtrali influentia rebus creatis ſe inſinuat, veluti multis in locis id facer ſupra dictus Philoſophus aperte declarat & demonſtrat, *in lib. de Myſt. Magn. & alius.*

*7. Quid igitur in Doctrina & Studio tali Politices ante omnia obſervandum eſt ?*

ID ante omnia fideliter & curioſe admodum tenendum eſt, ut verũ Auctoris boni & fidi ductum nanciſcaris, & veritatis adſecutæ normam tunc in eo rite ſequaris, ne facile iterum in vanitatem relabendo evaneſcas.

*8. Vnde verò Auctoris fidei & integri ductus apparet aut colligitur?*

SI ex toto corde Verbo Dei adhæreat & in eo quoad interiorem hominem unice delectetur, *Rom.* 7. *v.* 22. enutritus in ſermonibus fidei. 1. *Tim.* 4. 6. nec ſit ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritũ doctus, ut rite ea ſapiat *Rom.* 8. *v.* 5

Nam

am quod ſapit caro, mors eſt; quod au-
em ſapit Spiritus, vita & pax, 16. *v.*6.
ic ſe etiam ſtatim exeret in eodem æ-
ificatio Dei, charitas ex puro corde, &
onſcientia bona ac fide non ficta. 1.
*im.* 1. *v.* 4. 5. Qui vero per tenebras
entiles Lucem veram agnoſcere quem
iber, id eſt per ſapientiam mundi labo-
at Spiritum Dei ſibi comparare; næ ille
dmodum ſtulteſcit, ac in logomachias
er dialogiſmos præceps ruit, quum nul-
a communio Lucis cum tenebris eſſe
queat, uti loquitur *D.Paul.* 2. *Cor.* 6. *v.*
3. &c. quum talis ſit inimicitia, ut Legi
Dei non poſſit ſubjici. *Rom.* 8. *verſ.* 7.
Quæſo enim, an tenebræ luci quid lu-
minis addant? Quur non potius admi-
niſtratio, quæ Spiritum largitur; illuſtra-
tionem præſtet? 2. *Cor.*3. *verſ.* 8. Sic à
ſcopo ſemper longe aberrant, qui diver-
terunt ad *ματαιολογίαν* ſive vaniloquen-
tiam, volentes eſſe Legis aut *σοφίας* do-
ctores, ſed nil intelligentes, nec quæ lo-
quuntur, nec de quibus adſeverant. 1.
*Tim.*1. *verſ.* 6. & 7. Ideoque utrobique
veritas Doctoris & Doctrinæ ſemper
accurate reſpicienda eſt.

2. *Quomodo autem, quod Veritas talis in Doctore ſit ritè probatur aut ſentitur?*

QUum plures perpetim in mundo ex-
titerint falſi quam veri Doctores,

examinandi ſane ſunt ſedulo, quod duplici fit modo; primo, ſi eorum fructus vitæ & doctrinæ reſpiciamus in ipſis, quâ via ambulent, num filii Dei ſint; & Spiritui Dei obſequium vividum præſtent, atque ab omni ſimulatione vitæ probæ & piæ abſint, an vero contra ſit, ut jam dictum eſt: Deinde ut etiam noſmetipſos nobiſcum intime examinemus, num Spiritus Dei teſtimonium ferat noſtro Spiritui, quod ſimus filii Dei & magis in amore Dei & proximi cotidie accreſcamus, caroque mortificetur, an vero contra. Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei, *ait D. Paul. Rom.* 8. *verſ.* 14. Quod tam in Docente, quàm diſcente verum eſt. Ipſe enim Spiritus teſtimonium intus Spiritui noſtro exhibet, nos eſſe filios. *ibid. v.* 16. Si vero non ſimus filii Dei, Spiritus Dei ſtimulus non admittitur; ſed ſemper in Verbo ſuo reſpuitur, ac potius carnalis ſecuritas, & ea, quæ caro ſapit in ſua mundi ſapientia, facilius apprehenduntur. Quod cotidie & ferme ſingulis momentis in quovis mortalium obſervari licet, quàm ægre Spiritus mundi & carnis, in quo prædominatur, veritatem pietatiſque teſtimonium cœleſte omne admittat, imo plane ab ea abhorreat, ac maximis viribus in quaſvis voluntatis propriæ abripiatur obſtinatas opiniones. Sic malleus unus alterum excipit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

pit, ut ſenſu facili motum ejus perpias.

) *Veritas autem Doctrinæ & ejus ſolida firmitudo, unde petitur & patet?*

NOn aliunde certe, niſi ex congruentia cum Verbo & voluntate Dei. uic enim quæ propiora, eadem quoque eriora ſunt, uti recte loquitur. *Heid. Syſt. Pol cap. 6. pag. 953. 9.5.* Quaopter quo quid longius à Verbo Dei cedit, eo quoque falſius in vanitate æ opinionis exiſtit.

II. *An vero ſic Politica non cum Theologia confunditur?*

MInime omnium. Sunt quidem nonnulli Spiritui Dei ita ſtrenue repugnantes, qui ignominiæ loco hoc ſibi utant, & reputationi politicæ plane ontrarium clamant, ſi fundamenta ejus x Verbo Dei petantur: Alii aperte hac npudenti utuntur locutione, quod hoio Politicus non poſſit aut debeat eſſe pirituaiis, quum non tantum ſic conunderetur utraque doctrina; ſed etiam itæ diverſæ ſtatus & ratio in *ἀταξίαν* oriperetur. Veluti ejuſmodi argutias lures ex male feriatis & Chriſto ſuam enegantibus obedientiam debitam, auias. Verum ſi rem exactius penſites, eprehendes ſtatim, quod ii carnalem liber-

libertatem tam obſtinate ſequuntur, ut talem licentiam peccandi & quidvis pro libitu ſtatuendi pro conſcientiæ libertate venditare non dubitent. Unde etiam hanc fruſtra ſibi confinxêre objectionem, ne mortificationi carnis nimium ſe ſubmittere cogantur. Quamvis enim in principiis fundamentalibus inter ſe conveniant pro modo piè & integre vivendi in hac vita; tamen inter ſe omnino diſcrimen ingens habent.

12. *Quomodo igitur Politica & Theologia inter ſe differunt?*

MOdo diverſitatis, quum nullam inter ſe habeant repugnantiæ naturam. Ideoque hac poſita, non neceſſe eſt, negari alteram, aut in confuſionem arripi. Etenim tanquam mutuo ſubordinata ſemetinvicem reſpiciunt, quod maxime ex fine & objecto apparet utriuſque doctrinæ. Quippe Theologia hominem conſiderat ut æterna ſalute per Chriſtum beandum; quod Politica ita prorſus non negat, ut etiam eidem in hoc ſuum præſtet officium & hominem in ſocietate civili recte & ſecundum conſcientiæ amorem erga Deum & proximum vivendum eidem largiatur. Ex quibus & diſtinctio & convenientia utriuſque Doctrinæ facile percipitur.

13. *An vero eſt neceſſum ut vera Politicæ fundamenta ex verbo Dei petantur?*

SI hominem Chriſtianum non ſaltem titulotenus, in profanitate peſſima, ſed in veritate cordis factoq; ipſo te profiteri velis, omnino neceſſum habebis, ut Domini tui, in quo ſalutem hujus & futuræ quæris ac deponis vitæ, præcepta unicè obſerves, & ejus veſtigia ubique ſequaris ſive Theologum, ſiue Politicum te profitearis. Quid enim putas? An Politici aliud habeant Cœlum, quam Theologi? An vero Dei voluntas alia ſit in Theologia quam Politica? An non vita pia & juſta tam valeat in Politica & civili converſatione quàm Theologicâ? An non omnibus tam Politicis quàm Theologis ſit hoc dictum *Paul. Rom.* 8. *verſ.* 13. Quod ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini: Sed ſi Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis? An ſolis id indicatum ſit Theologis? An non omnibus ſubditis in Regno Chriſti, & civibus hujus civitatis iſtud edictum ſit publicatum? Quicunque membrum aliquod in corpore Chriſti repræſentat, cogetur informationi & nutui capitis in officio quovis & maxime interno ſe accommodare, licet officii externi ratio diverſum cuiq; membro munus & condition-

ditionem cum ſitu loci adſignarit. Alias membrum putridum putabitur, & abſcindetur, Si non obſequium & obedientiam Capite ſuo præſtet; ſed ſemper rebellando ejus interitum quærat. Falſa igitur eſt illorum diſtinctio, qui tam ingens reale diſcrimen inter Theologum & Politicum ponunt, quaſi Politicæ nefas ſit quidquam pro conſtitutione principiorum & ſuæ doctrinæ ex Verbo Dei ſumere; quum tamen ex eo tota conſtare debeat potius, in Chriſtianiſmo, quam quod depravationes ex Ethniciſmo admittere velit. Quorſum enim illud impar jugum tendat, quod D. Paul. tam ſollicite prohiberi ſtudet? 2. *Cor.* 6. *v.* 14. his verbis. *Ne impari jugo copulemini cum infidelibus. Quod enim conſortium juſtitiæ cum iniquitate? & quæ cõmunio luci cum tenebris? & quæ concordia Chriſto cum Belial? Aut quæ portio fidelium cũ infidelibus?* Et quæ conſenſio templo Dei cum ſimulacris? Nam vos eſtis templum Dei viventis, ſicut dixit Deus: *Levit.* 16. 11. Habitabo in eis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Quapropter exite è medio eorum, & ſeparamini dixit Dominus: *Eſai.* 30. 11. & impurum ne attingite: tum ego excipiam vos. *Ierem.* 31. 1. Et ero vobis pro Patre, & vos eritis mihi pro filiis, ac filiabus, dicit Dominus omnipotens. Pudeat ergo nos merito, quod potius ex

putidis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

putidis fontibus velimus haurire & bibere aquas, quàm ex puris & limpidiſſimis Iſraelis fontibus. Iudicet quivis cui modo aliquid ſanæ ſit mentis, num illi, quibus nihil de voluntate Dei ritè & ſanctè cognitũ eſt, imo nec ipſum Deum ut in cognitione aut cultu noſcũt, nobis quid ſani poſſint propinare in rebus ſanctè peragendis aut vera ſapientia proponenda. De diſcrimine autem Politici & convenientia Theologi nemo rectius quid ſcripſit, quàm *Bellarm. in aureo lib. de Lachrym. Columb. qui Lib. 2. c. 7. poteſt in his conſuli.*

## CAP. IV. Præcogn.

### De Politicæ & aliarum Doctrinarum vera ac fundamentali conſtitutione, quam inter ſeſe communem habent.

1. *An ne aliæ quoque Doctrinæ ſic poſſunt conſtitui?*

OMnino. Quum enim Chriſtianorum ſtatus longe ſit perfectior in hac vita præ cunctis gentibus, adeo quidem, ut merito exemplum bene ad voluntatem Iehovæ vivendi præbere cunctis aliis poſſint ac debeant, ſi ſuo fungi recte & juſte velint officio, omnino nos oportet ei incumbere curæ, ut nihil

nihil teneris animis inſtilletur, aut
venti in ſcholis & educatione publ
aut privata proponatur, quod non
quocunque genere diſciplinarum pu-
ſimum & ſanctiſſimum Dei Verbum
ret aut ſapiat, ne qua in parte videat
diſciplina, doctrinaque Chriſtiana in-
rior, vel minus locuples, quàm prof
illa Philoſophia falſa, ex qua nihil,
faſcinationes malæ & ſeductiones c
nis oriri, & impietates Chriſtianor
propagari queunt. Proinde recte di
*Dan. in præf. Pol. Chr. p. 1.* Si quo
ullo in loco graviſſime peccari ab ho-
nibus poteſt, dum à voluntate Dei diſ-
dunt, maxime omnium in hac re unâ

2. *Quare omnium potiſſime in hac re ita graviter peccatur?*

PRopterea maxime, quod fons & o-
go omnis impietatis & divaſtatio
horrendæ exinde in Chriſtianiſm
omnem ubertim nimis effundatur,
Spiritus ſanctus cum ſanctiſſimis ope-
tionibus ſuis penitus à cogitationi
mentis humanæ & omnibus actionib
vitæ expellatur, totuſque homo de
regenerationi per S. baptiſma ipſi ap-
catæ perverſe ſurripiatur, & Spir
aſtralis, imo & Satanæ ductui ſubmi-
tur, profanitatique & ſecuritati car
nimis prompte devoveatur. An
etenim

enim peſſime corrumpantur & fa-
ſnentur animi juventutis inde, ſi ita
obſtinate illis perpetim fabulæ & nomi-
na Deorum cum anilitate dialogismo-
rum ſophiſticorum & perpetuâ profa-
næ vanæque illius philoſophiæ, ex male
intellectis mundi elementis conſutæ,
commendatione occinentur? Si nihil
aliud auribus & cordibus eorum inſu-
ſurretur & implantetur, quàm aſſidua
profanitas, an non inde profaniſſimi ef-
ficiantur technologi & rerum inverſo-
res? At quorſum informatio puerorum
niſi Chriſtus in iis rite ex verbo ſuo for-
metur? An non ad ſe omnes adduci ju-
bet? *Matt.* 18. Quur tamen ab eo hos ſe-
ducimus potius, & meliori ſapientia il-
luſtrari putamus, ſi in gentili profanitate
maxime exercitatos effecerimus? ad cri-
ſin mundanæ ſapientiæ in vanitate per-
fici oſtendendum? ut ritè loquitur Stut.
Bich. in præf. Theol. Syn. Unde fit,
eadem, ut, excluſa vera pietate, regnet
etiam in medio Chriſtianiſmo impietas,
improbitas, ſecuritas, hypocriſis & dia-
bolica malitia; ut ex gentili doctrina ac
inſtitutione gentiles quoque naſcantur
animi, gentilis Spiritus, gentilis etiam
vita hominum. Semper enim fere talis
eſt unuſquiſque, qualem ſtudia faciunt.
Ideoque ex profanis ſtudiis, profani
etiam affectus confertim ſequuntur, ut
nec immerito cum B. Arnd. aſſeverare

poſſimus; majora eſſe lacrumis mala i
la, & graviſſimam juventutis Chriſtian
perniciem, quæ ex lectione & inculc
tione tot profanorum librorum gent
lium apud ipſam exiſtit, &c. Væ igit
illis, qui non in tempore deſiſtunt à ta
corruptione, aut non eam penitus ex
pellant à ſeſe, quum poſſint & debeant,
vanos ſuos habitus ipſi Verbo Dei præ
ferant. Chriſtus *Matt.* 18. omnes poti
vult ſuffocatos in profundiſſimo mari
quàm ut parvulorũ ulli offendiculo ſin
Quanta vero heic ſcandala committu
tur coridie innumera in ſcholis
converſationibus cunctis? Quæſo, cuj
os potius veritatem loquatur, & recti
de rebus cunctis & voluntate ſua poſ
atteſtari, quid ſit, quidque velit, an ill
qui Creator & Auctor eſt omnium r
rum, effectorque operis ſui? An op
productum, quodque ſe in extrema
præcipitavit cœcitatem? An non in
omnis homo mendax, & magis opini
nibus vanis carnis ſuæ peſſimæ quà
veritati addictus? Quid rectius? An d
ceat opus Opificem; an Opifex opu
quid velit effectum? Chriſtus ait, e
propterea veni, ut de Veritate teſter. I
cœlo, inquit Moſes, tibi Iehova audib
lem fecit vocem ſuam, ut te erudire
*Deut.* 4. *v.* 36. & 9. Attende tibi ipſi,
cuſtodi animam tuam valde, ne obliv
caris omnium Verborum, quæ vider u

ocul

culi tui, & ne excidant è corde tuo
mnibus diebus vitæ tuæ. *Sic & Deut.*
6. & 11. 18. Toto corde, inquit, hæc
vebis, & narrabis filiis tuis ac medita-
eris ſedens in domo tua, & ambulans
itinere, dormiens atque conſurgens;
ligabis ea quaſi ſignum in manu tua,
untque & movebuntur inter oculos
os, ſcribesque ea in limine & oſtiis
mus tuæ, &c. Tam accuratus eſt *Ie-*
*ova*, ut undique Verbi ſui directorium
omnibus vitæ actionibus & mentis
gitatis à nobis expetat. Multo igitur
agis ejus auctoritas firma erit in di-
iplinis & informatione quavis, quum
de ſapientiæ omnis fundamenta pe-
nda putamus, ut noſtris inſerviant Ha-
tibus. Quomodo à Deo felicitatem,
t quo corde eam ab ipſo expetere po-
rimus, ſi Rempubl. ipſam totam, aut
id in ea contra Dei ipſius expreſſiſſi-
um mandatum, voluntatem, ac conſi-
m inſtituamus, aut ſuſcipiamus? An
n potius Deus tandem hanc nequi-
m, tot malorum cumulo & bello hor-
ndo vindicet & puniat ſeverius?

. *Vnde vero tantus in Chriſtianiſmo ori-*
*ginaliter ſcaturit error informa-*
*tionis profanæ?*

NEmo adeo nequitiosè malus eſt, ut
puto, quin agnoſcat tandem, quod



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

divinæ lucis fax ac Veritas Verbi Dei ſemper præferenda, quum hac duce neque aberrent homines, neque inania & vana pro ſolidis amplectantur; Sed conſuetudo inveterata ita pertinaces cauſavit & ingeneravit animis opiniones perverſas, ut nolint videntes & prudentes mala, ab iis abſiſtere, quum ſtolidi putent, ſe inde libertati conſcientiæ quid præjudicare poſſe. Tanti perverſa opinio eſt paſſim vigoris, ut videns potius Diabolo vivere & cum illo obſtinatiſſimi perire, quàm ſapientiæ caræ ſuæ derogare quid velint. Deinde, neque vero, ait *Dan d. præf. Pol. Chr.* Verbi divini adjumento ad hanc vel aliam ſcientiam copioſe luculenterque complectendam, & deſcribendam Politicam ſcriptores carebunt, ſi modo ad illud intenderent: Sed homines etiam Chriſtianum nomen profitentes profanorũ auctorum libris litteriſque ab ineunte ætate inſtituti, in iiſque poſtea innutriti diutius & pertinacius, nihil ex ſacra ſcriptura ſumi, tradive poſſe crediderunt, quod ad eas artes pertineret, quas profani Philoſophi (ſuo profano modo & conceptu) tractaſſent. Ex quo evenit, ut & Ethicen, & Phyſicen, & Politicen ex Ariſtotelis Platonis, Taciti, Senecæ, Plutarchi, aliorumque ſimilium ſcriptorum monumentis diſcerent potius, quàm ex Dei Verbo, id eſt, Laſ-

is, & eas quidem ſatis putres, potius, iàm ipſum aquæ ſalutaris vivum fonm mallent conſectari. Inde tot in quas Philoſophiæ parte errores nati,quos iamnum hodiè mordicus Chriſtianæ, æ vocantur ſcilicet,ſcholæ,nihilomis tuentur,ac retinent. Tantum abeſt, od perverſos ſuos corrigere ſtudeant nitos errores. Tanta eſt paſſim pervix obſtinacia. Inde tot inter Philoſoiam & veram Theologiam contenones ortæ; quas omnes facilè evitant homines, ſi ex uno Verbo Dei ſaere, non ex humanis commentis didiſſent, ac nunc etiam diſcerent, &c. quæ enim falſæ ementitæque ſcienæ, obſtinatæ Opinionis, & falſæ dorinæ utilitas? Itaque,quantum quidem tui,ait benè,ſingulas Philoſophiæ pars ad Verbum divinum ſemper revovi, velut ad veriſſimam omnis veritas, atque omnium rerum (de quibus ill Verbum agit)normam:contra quod, quid extet ſcriptum, iſtud & falſum, blaſphemum, & execrandum judico, quocunque tandem fuerit traditum, & re quacunque affirmatum. Eſt enim vina ſcriptura non tantum πιςῶν, rem, quæ credi; ſed etiam πρακτῶν,quæ i debent Regula certiſſima, & immo. Quare, ut quæ ſit optima civitatis gendæ ratio intelligatur, Politicæ ientiæ præceptio, recteque guber-

nandæ civitatis ratio vera, ex ipſo De
Verbo, quantum fieri poteſt ducenda
Hactenus ille, nec à ſcopo vero long
aberrat, modo attendiſſet ritè, quantum
inter falſam & veram Philoſophiam
interſit.

4. *Daturnè igitur vera alia, & alia falſa Philoſophia?*

QUamvis ſint, qui Philoſophiam aliam Sanam, aliam Veſanam, ſiv Paganam & Chriſtianam ſive Verbalem & Realem facere velint mitiori diſtin ctione; tamen rectius alia Falſa & alia Vera dicitur. Etenim in omnium rerum uſu & actionibus cunctis appa ret, quantum interſit inter verum & fa ſum. Imo, an non ipſe cultus Dei aliu eſt verus, alius falſus & Idololatricus, d quo toties paſſim in Propheticis ſcripti & ipſe Chriſtus Iehova conqueritur, & propterea tam acriter punit ac con demnat mundum?

Sic etiam inde Chriſtianiſmus eſt fa ſus, hypocriticuſve alius, & verus alius Multo igitur magis Philoſophia tale pa titur oppoſitionis diſcrimen, quum to ex tot opinionibus ſibi pariat Opiniſta & Habitualiſtas externæ litteræ, ut, qu quis loquacior & impudentior in lingua citate, eo majores ſecum trahat applau ſus vulgi eruditi. Spectatores ita fuimu

ant

ante 30 annos, quum denuo Verbum Dei ex importuno judicandi modo ſupprimeretur, & falſæ illi Philoſophiæ gentili ejuſmodi adſcriberetur triumphus, quod nihil in ſacris & aliis cognoſci poſſet Facultatibus, ut vocant, niſi diſcens ejus Philoſophiæ abſolviſſet curſum, & benè ſe ejus ſtudiis informaſſet. Ac ne, in vanum laboraſſe ſe pro tanta victoria, dici poſſent illius gloriæ captatores avari, ipſique in victoriæ talis ſubſiſterent Auctoritate perpetua firmius, hoc curarunt ſedulo, ut ſtatuto publico Auctoritatis publicæ confirmaretur talis opinionis durioris ſententia, cui etiam hoc inſertum quod nemo ad officium aliquod facilè admitti deberet, niſi talium opinionum habitu ſe plene induiſſet. Proinde hoc plenis ſemper audiebatur clamoribus; *Doctiſſimi Domini, quod ſi ſis bonus Metaphyſicus, bonus Logicus, & bonus Philoſophus, poſſis uno intuitu facile percipere, quæcunque ſacra Scriptura proponit; poſſis facile & Medicus & Iuriſconſultus evadere.* Quamvis horrenda ſint, quod profanæ Philoſophiæ & paganæ attribuatur ita temere officium Spiritus ſancti proprium, de quo Chriſtus id aperte affirmat, *Ioh.* 14 & 16. 13. quod ille nos in omnem ducat veritatem & omnia perſcrutetur ſolus, etiam profunditatem Deitatis. 1.*Cor.*2.10. tamen tanto cum applauſu à vanis & cœcis hominibus, &

inprimis à ſtudioſa juventute arrepta ſunt, ut nemo non exinde hujus opinionis prævaricationi ſe traderet. Vnde inſolentius quoque quivis ex falſo ſapientiæ tumore erigere criſtas, proh dolor, ſtuduit, ut nihil æque curatum fuerit in eruditionis cultura, quàm quod omnes in Verbo Dei & cunctis facultatibus ſic profaniſſime philoſophari attentius & logomachias acerbiſſimas pertinacius exercere laborarint.

Sed eventus docuit jam, quod calamitatum cumulus ex tanta inſolentia fit enatus, ut neque dum ceſſet ibi Iehovæ juſta vindicta. Sic pœnas ſentimus graves, nec tamen ex cauſis veris meliora addiſcere cupimus ſtulti. Deus nos percutit, nec tamen ſentimus ait Propheta, An parvum æſtimatis eſſe, ſi quis Spiritui Dei ſuum detractet honorem, & habitui profano adſcribat?

Meminiſſe heîc egregie oportet, quid Chriſtus de blaſphemia & contemptu Spiritus ſancti inculcet *Matt.* 12. *v.* 31 *&* 32. *Luc.* 12. *v.* 10. & quàm grave ſit delictum quod illi, qui quidpiam contra Spiritum ſanctum loquatur, neque in hac neque in futura id remittatur vita. Verba ſunt certè efficaciſſimi ponderis. Nonne propter hanc Spiritus ſancti reſpuitionem, & neglectum officium ejuſdem mundus diluvio tunc abſorptus fuit, quum in tantum concitaſſent iram

Dei?

Dei? *Gen. 6. v. 3.4. &c.* Nonne etiam eadem jam conſecuti ſumus tempora, quum quiſque tam pertinaciter eidem Spiritui reſiſtat, & ex protervia ſua ſibi uſque adeo alte ſapientem in omni carnis ſtudio & voluptate jactitare pergat, nedum quod ad humilitatem & reſipicentiam in ſeria pœnitentia reverti exoptet? Quotus quiſque eſt, qui ſecum ruminet ſaltem id, & dicat, quid tandem ago? aut quorſum pergo ferociâ neâ contra Dei Spiritum? Quando repueraſcere intendam, ſimplicitati puerili me ſancte tradendo? Imo ignominiæ ſibi omnes hoc putant loco haberi, quum Politicam id non ſapiat carnalem, ſi quis meliori cedat vitæ, in ſanctitatem ſe penitus recipiens. Sanctitas adeo habetur ludibrio & riſui: Ac nihilominus quiſque in tanta blaſphemia bonum ſe jactitat Chriſtianum, vitæque æternæ hæredem, licet luxuriem mundi & ejus crudelitatem fortiter amet & toto corde amplectatur. Hoc adeo efficit libertas carnalis, quæ licentiæ peccandi undique omnes recludit portas, & tamen audit ſimul libertas conſcientiæ, quæ merito armis, ſtragibus, atque furore quovis uſque ad internecionem defendenda ſit. En ejuſmodi veſaniam & rabiem concitare audet Philoſophia illa pagana; ita hucusque ratiocinationes ſuas admodum ſubtiles & phantaſticas

in tyrannidem temerariam extruſit. E
fectus itaque docet, qualis ſit ille ang
lus, qui lucem tenebricoſam hanc h
minibus objecit.

5. *An non ſtatuta ſive leges publicæ, a*
*Decreta recte & juste poſſunt formari*
*& confingi pro Philoſophia illa exco-*
*lenda, ut eo melius Verbum Dei*
*per eam intelligatur, aut*
*illuſtretur?*

VErbum Dei per ſe & ex ſe lumen ſi
eſt, & ſuæ lucis vigorem in ſeſe ſ
tis continet. Sed hoc ſemper illi falſ
Philoſopiæ & ethnicæ ſectatores callic
pro confirmatione ſui regni & imper
egerunt, ut id per ſuperiorum auctor
tatem obtinerent, ne quis ad lucis tal
cognitionem admitteretur, niſi per eth
nicismi culturam. Quid vero heîc aliu
ſit, quàm ut non tantum vera ſupprima
tur Philoſophia, ſed etiam Verbo D
ſuus eripiatur ſplendor in conſcienti
mortalium? Hodie ingens jactatur pa
ſim querela de libertate conſcientia
quod ea violentiis variis ſit præclu
hominibus. An vero hoc non eſt vi
inferre conſcientiis, & libertate ſua ea
vera privare? Nonne etiam iſto mod
ipſum Verbum Dei injuria ſingulari, af
ficitur, quod non liberum patere de
beat piis, niſi per talia ſtatuta human

& præ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

t præſcriptiones ? Gravis certe eſt D. auli reprehenſio in Petrum, quod ille thnicos coactione quaſi aliqua retraheret ad vitam Iudaicam, ceu verba ejus int : Si tu, quum ſis Iudæus, gentiliter ivis, ac non Iudaice, quur gentes cogis udaizare? *Gal.* 2. *v.* 14. Increpationem crem ejuſmodi propterea maxime inſtituit D. Paulus, quum ſtatuat, quod talis oactionis modus Veritati Euangelii ion congruat, uti ipſe loquitur, quum ibertas vera per Chriſtum unicuique fieli adjiciatur, & ex cognitione ſit veitatis. *Ioh.* 8. *v.* 32. *Gal.* 4. 31. *&* 5. 13. *Rom.* 6. 18. *&* 8. *v.* 2. 21. *&* 1. *Pet.* 1. 18. *&* 2. 16. 2. *Pet.* 2. 19. Quod ſi D. Paul. talia hodie præſens cerneret ſtatuta, multo ſane graviori culpatione vaularent ab eodem illi talium ſtatutorum ormatores. Etenim undique diſcipulos uos non tantum ad Verbum Dei deducit ; ſed etiam orat pro cunctis, ut ex Spiritu Dei accipiant ſapientiam, inquiens.

Non deſino gratias agere pro vobis, mentionem faciens in precibus meis; ut Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater lle gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & revelationis ἀποκαλύψεως, per agnitionem ipſius, illuminatis oculis mentis veſtræ, ut ſciatis, quæ ſit ſpes illa vocationis ipſius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipſius in ſanctis, &c. *Epheſ.* 1. *verſ.*

*verſ.* 16. 17. 18. Quæſo, cuinam revelationem & veram ſapientiam attribuit nunc Philoſophiæ paganæ: cui depredationem & deceptionem adeo ſollicita adhortatione adſcribit? *Coloſ* 2. *v.* 8. An non inde potius eſt, quod veritas in injuſtitia apud Ethnicos detineatur, quo minus veram Dei cognitionem queant attingere? *Rom.* 1. 18. quum ita filii iræ natura maneant, qui ſic carnis & rationis ſuæ voluntatem explent. *Eph.* 2. 3. Imo Chriſtus ipſe ad ſe omnes invitat & venire jubet, ut ex ſe & ſuo ore atque exemplo addiſcant omnia. *Matth.* 11. Velut & Pater ex cœlis id jubet unicè ut eum audiamus *Luc.* 9. 35 *Matt.* 3. 17. An non igitur magna hæc eſt inverſio præcepti divini, ſi quis tale ſtatutum inſtituat? Si propterea ſtatutum quoddam eſſet formandum; hoc certe rectius foret, quod præcipiat ad voluntatem Iehovæ, ut perpetui ſint ante omnia adoleſcentes & Chriſtiani juvenes in Verbo Dei, & hoc unice prius curent, quam mundanam ſapientiam, ne quid remoræ pariant ſuæ ſaluti in hac & futura vita, Ethniciſmus enim quomodo rite poſſit inſervire Chriſti Verbo, & ei lucem afferre? Idem eſt, ac ſi ex tenebris lucem accendere adoptaremus; quum tamen ſic liberum ſit Verbum Dei, ut in univerſam terram exeat regula ejus *Pſalm.* 19. *verſ.* 4.

6. An

*5. An non igitur Philoſophia inſervit Theologiæ, aut Verbo Dei, & eidem famulitium in ſubordinatione præſtat ſua?*

MAgnum fuit toties de hac quæſtione certamen hoc ſeculo inter Ratiocinistas aliquot vehementiores & ſynceriores Verbi divini cultores ſive Christianos ſanctiores. Verum; quum ipſe D. Paulus illam carnalem quæ inanitate sua, utpote quæ maxime logomachiis & nurilibus quæſtionibus in litterarum potius, quàm terminis realibus, gaudet, ad verbi cœleſtis & Spiritus Sancti cõmercium nolit admittere; Sed ſedulo ab ea cavendum eſſe moneat. *Coll.* 2. *v.* 8. *&* 9. ne ab ea defraudentur veri Christiani, & in errores infinitos abripiantur, non poteſt alii, quàm veræ Philoſophiæ & ſpirituali illi quid loci heîc concedi. Ea etenim ſola pro dono Spiritus Sancti habetur, quum altera ſaltem ex aſtrali Spiritu ſuas litterales logomachias aut ſophiſmata & ratiocinationes mutuetur, quibus adeo carni in ſua ſapientia inani & vana abblandiatur: unde facile Sermo Dei falſari poteſt 2. *Cor.* 4. *verſ.* 2. E contra vero Spiritus Dei eſt, qui unicum ſe veræ Eccleſiæ ſuæ doctorem exhibet, ut Christus ipſe *Ioh.* 16. ait, quod ſolus ſit, qui nos in veritatẽ omnem ducat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ducat. Proinde rectè dicit *D. Pau*
*2. Cor. 4. v. 3. 4. 5. Quod ſi κεκαλυμμέ-*
*νον τὸ Εὐαγγέλιον tectum aut obſcuratum*
*eſt Euangelium noſtrum; iis, qui pereunt*
*tectum eſt; in quibus Deus huius ſeculi ex-*
*cæcavit mentes, nempe in infidelibus, ne ir-*
*radiet illos lumen Euangelii gloriæ Chriſti*
*qui eſt imago Dei.* Non enim nos ipſo
prædicamus; Sed Chriſtum Ieſum Do-
minum: nos autē ſervos veſtros propte
Ieſum. Quoniam Deus, qui dixit, ut
tenebris lux ſplendeſceret, is eſt, qu
ſplenduit in cordibus noſtris, ad præ-
bendum lumen cognitionis gloriæ Dei
in facie Ieſu Chriſti, &c. Ex quibus ma-
nifeſte patet, quàm facilè hominū men-
tes poſſint occœcari ita, ut iis prorſu
obſcuratum maneat Verbum Dei, quod
lumen cognitionis & ſplendorem ex
Deo non accipiant, in quo ſe ſervum ta-
men ſuis D. Paul. confitetur Corinthii
& Chriſtianis. *Tantum diſcrimen ſempe*
*manet inter veram Spiritualem & falſam*
*ſive hypocriticam & litteralem terminiſti-*
*cam ſapientiam*, ut, quum iſta ne quiden
poſſit appropinquare ad radios lucis cœ-
leſtis, nec queat linguam Spiritus De
abſque falſa interpretationis inverſion
percipere, nedum quod ſe ad ſervitiu
ejus inſinuandum accommodare valeat
Quanta enim ſit differentia in lingua r
tè heîc applicanda & ejus vero intelle-
ctu, id nemo rectius ſacro illo Philo-
ſoph

pho docet cujus *in lib. de trip. vit. c.* 5.
rba admodum notabilia ſunt, ubi de
ra natura Trinitatis in Deo cogno-
ſcendo agit: *Licet nos heîc* (ait) *minus lin-
gam habeamus congruam,* ut myſteria iſta
xtra linguæ noſtræ ſermonem effera-
us & in conceptum quendam rediga-
us; tamen, ceu puer, balbutimus de
atre ſua. Mater enim ea mentem no-
ſtam ſibi ſuſcepit, & animus in ejus ſi-
um ſe deponit, unde quaſi in luce ma-
tem noſtram ſpectamus, & lallamus ita
c domo matris noſtræ, ejuſque cibo.
licet eam non calleamus linguam; at-
men in mente eam intelligimus, Cauſa
ro, quod eam non obtineamus lin-
gam, inde eſt, quum nos ſecundum ex-
num hominem planè vir alienus in
tris noſtræ veræ ædibus ſimus. Nam-
ce *externus homo, non capax, eſt ejus.*
binde etiam prorſus caret ea verna-
ca lingua; ſed ſaltem loquitur linguâ
erni hominis in mente, qui uſque ad
trem ſuam penetrat. Ideoque omni-
s illis heîc, qui non ex Deo renati
ſit, muti erimus. *Namque ſecundum ex-
num hominem quidem in hoc vivimus
mundo; at ſecundum internum in Deo.* Pro-
prea mens animi loquitur de regno
cli; & *Spiritus externus, qui ex Principio
lus mundi procreatus eſt, loquitur de hoc
mundo. Internus vero, ex Deo renatus ho-
m. loquitur de interno mundo,* Quum ita-

que

que ex utroque ſimus nati, proinde
utraque lingua profamur. Atque ſic
utraque lingua intelligemus, in qua ali
quis hoc conviciis afficiet; ſed alii m
ximè amabunt. Quiſque enim Spiri
ſua ſibi ſumit. Quum autem nos cum a
ma noſtra in alieno habitemus hoſpi
in hoc mundo; & tamen certiſſimi n
ſcamus, quod nobis ſit hinc migrandu
atque vel ad Deum in cœlos, aut in inf
num ad Diabolum; nec tamen quidqua
commercii cum Diabolo expetamu
inde ritè agimus, ut regnum cœlor
quæramus, animumque noſtrum cu
tota mente eidem inſinuando deſtin
mus. Namq; in nos conſequimur ge
meam ſplendidam coronam pro coro
hujus mundi, quam nobis cum pecca
impoſuit diabolus, ut in ſuperbia, pr
priis viribus, inque hypocriſi in h
mundo nos extolleremus: Inde abon
nabimus eam, & loquemur de coro
matris noſtræ in patria noſtra. Ejus
ſufficientem intelligentiam, ſi modo n
recte agnoſcamus, obtinemus, atque
in anima & corpore deprehendim
tum quoque in forma & ſpecie corp
ris, principaliter in animo. Verum S
ritus hujus mundi ſemetipſum haut n
vit, niſi aliud in eo fulgeat lumen,
quo animus ſe adſpicere & agnoſce
diſcat.

Namque Spiritus ex Deo procreat

c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

qu:x Deo progreditur in divina men-
te,e repandit animo intellectum &
agtionem, ut homo in vinculo hujus
mndi ſemetipſum cognoſcere queat;
attnen nobilitatis ſuæ decus ipſe non
vict ; ſed in Ternarium ſanctum in
nidum Angelicum introſpicit , & ma-
gn deſiderio in hoc laborat , inde in
iſſua hæret lucta inquietudinis. Ete-
ni à duobus trahitur, nempe à Spiritu
D. & à Diabolo ( qui ſe ſpiritui mundi
adiſcuit) in cujus vinculis etiam juxta
exrnum peccati hominem captus hæ-
re & centrum ipſius omnino in Cruce
poum eſt, atque in hoc mundo ſimilis
ſtilanci, ubi mox una pars alteram
podere exuperat in contrariis vicibus,
at ſaltem in hac miſeriarum valle nos
ue & anxietates torquent. Quum igi-
u Deus tam prope adſtet nobis, imo in
os ipſe habitet & ipſus ſit ; propterea
u quæremus in nobis, atque ſi inve-
ni eundem cupiamus, neceſſe eſt, ut ex
omundo nos reflectamus, & tanquam
nfiens puer fiamus, qui ſolummodo ex
me dependet ſua, ut ita in Deo rege-
nemur recens renovati in mente &
nno; aliàs ipſum cernere minus pote-
ris, veluti Chriſtus ipſe nos docet,
ud tunc lux ipſius in nobis ſplendeat:
dis certe omnino ex ratione noſtra
tli exeundum eſt, nec reſpiciendum
d ypocriticas artes hujus mundi ( in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

humana ſapientia , quæ planè nihil f
ciunt & conducunt ad lumen hoc ; ſ
potius errores & remoras nobis pa
unt undique.

Hæc indicamus lectori, ut noſcat,qu
legat , &c. Sic decet nos loqui de n
ſtræ infantiæ regeneratione in De
Namque noſtra origo in Cruce eſt. N
in Cruce creati ſumus ſecundum anim
exiſtentiam;ex inde quoq; corpus Cr
cem repræſentat, atque Centrum, ta
quam cor, in medio Crucis inſitum ex
ſtit,& una cum Adamo ex imagine Cr
cis prodierunt in ſerpentis imagine
Aſt Virginis filius nos denuò in Cru
regeneravit ad cœleſtem imaginē. Ide
que hoc prædicabimus ſemper nec tac
bimus unquam in hoc,quod cernimus
in fundamento agnoſcimus. Namq
Crucis genitura, tenet Centrum in Te
nario Sancto. Rectè verò hoc percip
te, in Sancto Ternario numero,non v
rò in Majeſtate ipſa,quæ abſque ſubſta
tia conſtat, ſed in differentia Trinita
ubi Deitas vocatur Pater, Filius & S
ritus Sanctus;ubi Duo Principia ſe ab
vicem ſeparant, Sanctum nempe,& I
ſcibile, ibi fulgur Crucis evibratione
edit , & in Cruce generatur Cor D
atque ſimili modo ſe habet , ceu Cor
corpore, vel ſicut Verbum Dei Patris
ſuo Centro, atque ita aliud Centrum
ſeſe intus conficit ſibi, uſque ad luce

æterr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

æternæ libertatis Patris.Propterea quo-
que ille eſt Cor Dei:quia virtus Majeſta-
tis in eo eſt, & largitur Majeſtati, ſplen-
dorem, robur & gloriam. Ex hoc Ver-
bo eloquitur Pater Spiritum ſuum, qui
egreditur ex Verbo in Manſuetudinem
Verbi, & ſecum producit ſplendorem
Majeſtatis. Manſuetudo enim originem
ſumit unà cum fulgure, qui ſeparationis
terminus eſt duorum Principiorum,&c.
Rectè certè hoc ita pronunciamus,quod
Filius ſit Patris Verbum,quod enuncian-
do proferat Pater.

Sed heîc profunda animi ſpeculatio
quærit; Quorſum vero hoc effert Ver-
bum? Ecce Verbum iſtud eſt Cor,& ex
eſſentiis Patris reſonat, quod Cor in
ore Patris enunciat,ac in ore ita conci-
pit Spiritus Sanctus Patris in ſuo Cen-
tro,nec non ita progreditur ex Patre &
Filio in exiſtentiam,tanquam Virginem
ſapientiæ Dei in Ternario ſancto. Hoc
pronunciatum eſt imago Sancti Terna-
rii & Virgo quæpiam, ſed adhuc abſque
ſubſtantia, ſed imago Dei. In Virgine
hac repandit Spiritus Sanctus admiran-
da Magnalia Dei Patris,quæ occultis ejus
ſigillis inſunt, &c. In paucis his verbis
ſumma continentur quidem myſteria,&
ipſa Dei eſſentia cum modo creationis
& Univerſitate tota rerum creatarum;
unde fit, quod quælibet res Creata
Trinitatem in ſeſe repræſentet in ſua



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

natura, ex quo D. Paul. *Rom.* 1. 19. 20. ait, quod Deitas in rebus cunctis perſpiciatur, ſi ritè obſerventur, nec in injuſtitia detineantur : Sed hæc ſuo loco rectius reſervantur : Saltem heîc ſufficiunt nobis eouſque, ut inde conſtet, quod ſi veræ Philoſophiæ, quam Auctor iſte Virginem Sophiam undique appellat, applicatio ad Verbum Dei in ſimplicitate fidei & amoris puri erga Deum debita fiat, quod ubique ſtatim nobis radii divini ſplendor in Verbo Dei affulgeat adeo, ut etiam inde in rebus creatis Dei Trinitas nobis ſtatim & maximè in cognitione noſtri ſecundum internum hominem pateſcat; quod certè falſa & carnalis illa Philoſophia ne quidem in minimis præſtare poteſt, quàm nec vocem, nec linguam, nec ſenſum Spiritus Dei in Babylonica ſua lingua apprehendere poſſit; imò nec quidem capax ſit ejus. 1. *Cor.* 2. 14. Unde etiam D. Paul. Timotheum ſuum adhortatur, ut in ſanis Doctrinæ verbis maneat 2. *Tim.* 1. 13. & fugiat diſceptationes falsò nominatæ ſcientiæ. 1. *Tim.* 6. 20. Patet igitur, quod carnalis, falſa, & profana Philoſophia nulli alii niſi carnali & profanæ Theologiæ inſerviat; at veræ Veræ tantum.

7. Qui

### 7. *Quid verò eſt vera Philoſophia, & quid Virgo Sophia, quæ ita heic vocatur?*

NIſi homines propriarum virium & ſui ipſius in ratione cœca tam obſtinati eſſent & perverſi amatores, ut inde uſque adeo in cœcitate ſua captivi tenerentur, ſed ex voluntate ſua egrediendo ſe ſubmitterent ſaltem humiliter Spiritui Sancto, id eſt, ſuam exuerent ſuperbiam ſtultam, facilè rectiora & ſanctiora ſapere poſſent. Convertat ſe quiſque ad Salomonem Regem, ipſius veræ ſapientiæ filium ſummum; is ſatis promptè hanc expediet quæſtionem, quum non adeò longè abſit à nobis; imò cuivis ſeſe offerat ultrò. Ita ait quoque *Syracides* 1. *v.* 17. ῥίζα σοφίας ἐςὶ, Radix ſapientiæ eſt, Timere Dominum, & rami ipſius longævitas, *& verſ.* 1. πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίȣ. Omnis ſapientia à Domino manat, & apud ipſum eſt perpetuo, *verſ.* 23. Ne reſpuas Timorem Domini; & ne accedas ad illum corde duplici: Sed nec ſimula pietatem oratione ſpecioſa, &c. Hic eſt primus introitus ad veram ſapientiam: qui hoc non obſervat, ille ſemetipſum ab ea excludit; quamvis prope ſit cuivis, ut ait Salomon *Proverb.* 1. *v.* 20. *&c.* Vociferatur in foro ſapientia, vicatim vocem edens apud frequentio-

res turbas: Clamat in portarum ingreſſibus per urbem, ſic verba faciens: Quouſque imperiti amabitis imperitiam, & ſcurræ ſcurrilitatis erunt cupidi? & ſtulti ſcientiam oderint? Convertite vos ad caſtigationem meam, quæ vos afflabo Spiritu meo, vobis mea dicta demonſtrans. Quandoquidem clamantem me reſpuitis, &c. Imperitos ſua occidet perverſitas, ſtultosque ſua perdet felicitas. At qui me audiet, is tutus aget, quietus à pavore mali. Sic & omnes, inter mortales, alloquitur ſevere Politicos & regentes, *lib. Sap.6. verſ.12.* Concupiſcite ergo ſermones meos, & optate eos, ut erudiamini. Pulchra enim eſt ſapientia, & nunquam marceſcit, quæ facilè ſe conſpici ſinit ab his, qui diligunt eam, imò invenitur ab his, qui quærunt eam. Imò præoccupat cupientes, ut prænoſcatur. Qui libenter eam appetit, non magno indiget labore; illam antè fores ſuas expectantem invenit. Namque eam appetere, illud eſt nil aliud, quàm conſummatio intelligentiæ. Et qui vigilaverit propter eam, citiſſimè ſecurus erit: quoniam ſe dignos ipſa circuit quærens, & in viis apparet illis hilariter: Ac in omni meditatione occurrit ſuis. Initium enim illius veriſſima diſciplinæ concupiſcentia, &c. Quibus admonitionibus tandem ſubnectit explicationem gratioſiſſimam, *quidnam*

*illa*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*ũ ſit, & unde deſcendat?* v.24.dicens:
Quid autem τί δὲ ἐςὶ ἡ σοφία, ſit Sa-
entia,& quomodo orta ſit, annuncia-
vobis, & non abſcondam vobis my-
ria. Sed ejus cognitionem à prima
igine inveſtigabo, palamque faciam,
que veritatem præteribo. Neq; vero
m invidiâ tabidis verſabor, utpote
ium ſint expertes ſapientiæ. Sapien-
m autem multitudo, ſalus eſt humani
eneris: Et prudens rex eſt populi fir-
amentum. Quapropter verbis meis
udimini, & proderit vobis,&c.
Nemo certè rectius quid de Sapientia
ra uſq; ab origine conſcripſit & pro-
lit,quàm Salomon iſte. Utinam vero
bis omnes ipſius nobis ſuperſtites eſ-
nt libri,omnia plenius conſtarent. Sed
cit invidia Diaboli, & hominum car-
alium nimia inſolentia & ſecuritas,
uod nobis perierint: unde Diabolus
iam nobis ſyderalem & logomachicam
bſtituit,quod ita perficere non potuiſ-
t, ſi Salomonis ſaltem radii in his per-
anſiſſent integri.Sed non dubito,quin
d Ægyptios pervenerint, qui ad-
odum talia ſcripta in ſecreto occul-
runt, ne abuſus ejus detrimento eſſet
luti omnium. Sicuti Ioſephus Patriar-
ha omnem ſapientiæ theſaurum ad eos
etulit, ut David *Pſal.*105. *verſ* 22. de
ſo teſtatur. Quod informarit Princi-
es in animæ ſuæ nutu, & ſenes ibi do-

-cuerit ſapientiam. Quod in noſtra Pſ-modia ita expreſſimus *ad verſ. 22.*

*Vt ipſius ille Dynastas*
*Componeret nutu ſuo. ſeneſque*
*In Sophiæ veræ ductu conſingeret ejus.*

Hinc factum, ut ſchola veræ Magiæ ſiv ſapientiæ nuſquam rectius & diutiu quàm apud Ægyptios floruerit. Sicu etiam eo tempore, quo Moſes natus eſt floruit Atlas aſtrologus, Promethei Phyſici frater ac maternus avus Majori Mercurii, cujus nepos fuit Mercuriu Triſmegiſtus à Græcis ter maximus ſi nuncupatus, quod in Philoſophia ſive Magia vera eſſet maximus, & ſacerdos maximus, & rex maximus, quum alias à ſui popularibus diceretur Theut. Mos enin fuit Ægyptiis (uti Plato ſcribit,) ut ex Philoſophorum numero ſacerdotes, & ex hoc cœtu demum Regem eligerent Vide Heurnium in antiquit. Phil. Chalda & Indic.

Iſte Triſmegiſtus ſive Theut libros ad divinarum rerum cognitionem pertinentes quam plurimos ſcripſit, in quibus tam arcana myſteria, tam ſtupenda oracula derecta fuerunt, ut non ceu Philoſophus, ſed etiam ſæpius velut Propheta locutus fuerit. Etenim ruinam priſcæ religionis, adventum Chriſti, futurum judicium, reſurrectionem ſeculi, mutationes imperiorum, migrationes hominum, &c. prævidit, & clarè de illis

cuncta

cuncta teſtatus eſt; Unde D. Auguſt. dubitavit, an ex peritia Syderum, aut revelatione Dæmonum (ceu ille putavit, ignarus ſapientiæ Ægyptiacæ) talia & tam ſtupenda protulerit. Sed ſi ſaltem reſpexiſſet ad ea, quæ Salomon in ſuis libris de hac ſapientia prædicavit, non potuiſſet tam importunum de tam ſublimi Philoſopho vero ferre judicium, ex cujus ſchola etiam ipſe prodiit.

*Sic Salom. habet Sap. 1. verſ. 7.* Orbis terrarum plenus eſt Spiritu Dei, & qui hujus vocem novit, undique eſt. *Cap. 7. verſ. 21.* Ego novi omnia, quæ abſcondita & arcana ſunt. Quippe Sophia, quæ omnium artium magiſtra eſt, me docet omnia. In ea etenim eſt Spiritus, qui intelligens eſt, ſanctus, unus, &c. omnipotens, omnia comtemplans, & omnes mentis puros tenueſque Spiritus obiens. Nam quovis motu mobilior Sapientia hæc omnia præ puritate penetrat, obitque. Eſt enim illa divinæ potentiæ halitus, & ſincera Omnipotentis gloriæ effluentia, quo ſit, ut nihil in eam cadat polluti. Quippe eſt illa lucis æternæ ſplendor, & intaminatum actionis Dei ſpeculum, & imago conſtans bonitatis ejus. Ac, quum ſit una, omnia poteſt; &, in ſemetipſa permanens, omnia renovat: & perpetim in ſanctas animas ſe effundit, Deique amicos & Prophetas efficit. Nihil enim amat Deus, niſi ſa-

pientiæ hujus contubernalem, &c. *ca*
8. 3. Ea generoſitatis eſt glorioſæ, De
convictu utens, & omnium adamat
Domino. Eſt enim ſecretus conſilariu
in ſcientiaDei,& ejuſdem operum præ
ſes. &c. *verſ*. 8. Si quis multarum re
rum peritiam expetat, hæc & antiqu
novit, & futura monſtrat. Illa obſcuro
rum verborum nervos intelligit, & no
vit ænigmata ſolvere. Monſtra & prodi
gia præſoſcit,ac temporum, tempeſta
tumque eventus in horis, &c.

Hæc & talis quum ſit vera ſapienti
ſive Sophia Dei,omnia quoque ſuis ami
cis & cultoribus communicat: Sed no
niſi piam & caſtam ingreditur animam
per preces multas. Ideo, ait *Salom. d.*
*cap.* 7. *v.* 7. rogabam, & mihi dabatu
prudentia: Clamabam, & veniebat mih
Spiritus ſapientiæ; quam ego ſceptris &
ſoliis antepono: Atque divitias, ſi cun
ea conferantur, nihili facio; neque pre
cioſas gemmas cum ea comparandas du
co, &c. Inde etiam eſt, quod Salomon
ſapientiſſimus mortalium fuerit,& ſimul
ditiſſimus, ceu ipſe confitetur, quod
omnes divitias cum ea nactus ſit. *d. c.* 7.
*v.* 11. Cum ea, inquit,mihi cuncta ſimul
bona, & ejus operâ immenſæ divitiæ
obtigêre; quibus omnibus delectatus,
quod horum auctor eſſet ſapientia, &c.
Proinde non errant qui ipſi Tincturam
univerſalem, ſive Lapidem benedictum
Philoſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

hiloſophorum adſcribunt, quem alii ſam Salamandram dicere ſolent. Quod tiam noſtri ſeculi ſummus & ſacer ille hiloſophus de eo & Sapientiæ hujus ficacia affirmat in *d. l. de tri. vit. c. 9.* jus verba ſic ſe habent:

Omnes nos, quotquot Chriſtum ritè noſcimus, eundem quoque induimus, corporis ejus membra ſumus omnes, c. Quod ſi igitur regimen noſtræ conſeramus vitæ, in ea ingentem deprendimus luctam, quàm Diabolus adſide cum anima agitat, ſicut etiam Spiriti hujus mundi cum eadem anima ſemp colluctatur. Namque in Spiritu huj mundi eſt quoque ſcientia quædam, n divina quidem intelligentia; Sed eſt ſentia matrici & naturæ centro implantata. Etenim mundus iſte ante creanem in æterna ſapientia, tanquam invibilis figura ab æternitate extitit: atq hæc jam in eum finem, tanquam oprium Principium creata eſt, ut omi ſua mirabilia & opera in ſubſtana producat, atque poſt hæc tempora na iterum compareat figura. Hinc naturalis eſt colluctatio in eo cum mine. Nulla etenim creatura mundi abilia in lucem edere & producere cè valet, quàm homo. Proinde etiam pitus hujus mundi in tantum deſideer anhelavit hominem, eundemque ntum ſibi attraxit, ut in eo ſua mi-

rabilia

rabilia exerceret, & homo exinde om-
nes artes & linguas in ipſo producere
eliceretque ſimul ex terra metalloru
Spiritum & cor eorum, nempe nobile
illum lapidem Philoſophorum, qui
tempore uſque Salomonis à paucis i
ventus eſt; attamen jam in fine mur
longè luculentior reperietur; quod n
certi ita cognovimus. Nam qui noſt
ſcripta rectè intelligit de Centro Nat
ræ, deque ejus compulſione uſque ad n
merum Ternarium in Cruce, & uſque
ſplendorem Majeſtatis, ille in Metallis
cile eum reperturus eſt; non eſt ad
res difficilis; Modò verum addiſcat i
greſſum, nec procul à fine aberit; de q
tamen heîc nobis nihil indicandum
quùm id Magis ipſis competat, qui m
gicè prognati ſunt: nos tantum de Nat
ræ fundamento loquimur, & de Spiri
hujus mundi, & oſtendimus vobis ho
quod Spiritus hujus mundi cum tali i
clinatione creatus ſit, ut habeat natu
lem ejuſmodi voluntatem, ſe cum om
bus arcanis detegendi & manifeſtan
Quemadmodum quoque jam ante oc
los eſt omnium, quid ille ædificaverit
quomodo ſibi regnum cum regimine
terris erexerit?

Aſpicite ſaltem curſum humanum
ſupremo uſque ad infimum. Hanc tot
ordinis diſpoſitionem ſic Spiritus hu
mundi exædificavit, & Deus permiſſ

n

em ſuam ipſi conceſſit. Namque Deus aut eſt diſturbator, ſed potius conſervaor illius, quod ejus poteſtas erigit; atq; ro ſua cenſet ordinatione. Quippe nil producitur, quod non in æternitate xtitiſſet. Sed neceſſum eſt, ut hæc ritè ntelligatis. Infernus & ira eſt abyſſus, ſua ſubmiſcet mirabilia; veluti id certis, ut, ubi bonus ager ſit, ac licet ſaor bonum ſeminet ſemen, tamen ſpinæ, epres & cardui ſimul ſuccreſcunt. Veti & ipſe Chriſtus talem parabolam obis in ſatore exhibet, quod diabolus izaniam ſemini ſubmiſceat. Quemadodum idem ſe in animo hominis exe-; ita quoque in Spiritu mundi ſeſe res bet.

Sciendum eſt heîc cuique, quod omis Zizania mala ex vepribus & carduis, tc non ex ſerpentibus atque bufonils, & feris malis, vermibuſque origiim ſuam ex acri matrice obtineat. empore enim creationis bona mixta alis prodiêre; unumquodque juxta ſum genus & proprietatem. In omnis rebus bonum & malum continetur, cum regnum iræ totaliter in univerſn ſe ſubmiſcuerit. Ideoque fructus tnus & malus erat, quam ob cauſam hibitio Adamo imponebatur, ne ille qdquam eorum comederet. Hæc vob conſideranda propino in fructibus rræ, quomodo videlicet omne malũ &

bonum

bonum mixtum ſit in ſe invicem, & u numquodq; ſuam teneat utilitatem, tan malum quàm bonum. Omnia in mira bili Dei operatione adſunt, & ſubor dinata ſunt ſingula ad inſerviendum Sp ritui mundi: quod unum perdit, illud a terum iterum ſanat: atque hoc iterun mirabile eſt.

Porrò videmus Myſterium illud Ma gnum in arboribus, quamvis hæ etian diſcriminatim & mixtim habeantur, ni hilominus tamẽ in iis Paradiſiacam ſpe ciem agnoſcimus. Namque illæ fructu ſuos in brachiis ſuis geſtant, & fructu aliud quid eſt, quàm ipſa arbor. Arbo amara eſt, fructus verò dulcis. Inde ho detegimus vobis, quod adhuc hodiè Pa radiſiacas habeamus arbores, niſi male dictio iis inhæreret. Paradiſus inde ſ ſubduxit ex iis adeò, ut fructus inde om nis talem præbeat nobis eſum, velut erat pomum, in quo mortem ſibi come debat Eva. Namque ſic ſe regnum ira in horto Eden ſubmiſcebat, quod talen progenerabat arborem, quæ ejuſmod fructum edebat, veluti adhuc hodiè om nes edunt arbores, de quibus edimus Verum hoc manet heîc conſiderandum quod homini fructus ſuus non creſcat niſi prius plantet, ceu in omnibus id vi dere eſt arboribus in lignis & culmis Inde homo non apperit terrenam eſſen tiam, niſi herba ſit admodum benigna

ſe

ſed ſemper expetit ſecundam genituram ex terra productam, uti in frumentis. Sic & fructus arborum ſecundam procreationem denotant in concoctione terræ. Ex quibus noſtri generis præſtantiam cognoſcimus. Verùm ante lapſum Paradiſus per omnes arbores evireſcentiam ſuam exeruit, perque fructus omnes, quos Deus homini creârat. Quum verò terra maledictioni ſubmitteretur, tunc confeſtim maledictio omnibus ſe inſinuabat, & bona malis apertius ſubmiſcebantur, & in ſingulis mors atque putrefactio ſe oſtendebat, quæ antea ſaltem in ea erat arbore, quæ bona & mala dicebatur. Ideoque in omnibus fructibus mortem comedendo nobis conciliamus, & Spiritus mali atque boni in nobis imperium tenet.

Regnat in nobis Spiritus hujus mundi, & ſimul diabolus cum Spiritu iræ; unde & quiſque ſua in homine exercet mirabilia. Ingens eſt colluctatio ob hominis imaginem. Unumquodque regnum eam appetit ſibi. Infernus ex jure naturæ eam ſibi adſcribit, quum ex ejus radice prodeat: Spiritus verò mundi eam ſibi attribuit, quum vitam & victum porrigat eidem. At regnum Dei ait, mihi debetur; namque cor meum ipſi concredidi, & regeneratione recuperavi eam mihi, &c. Ita ingens colluctatio ſemper viget in homine, quod etiam actio-

nibus

nibus ipſe exprimit ſuis, quum appetitus ejus præcipuè in tribus conſiſtat rebus. Atque hæc tria determinant regna, quæ ipſum gubernant. In quod igitur jam incidat, aut cui ſe conſecret, in eo jacet victus. Namque ſi *primò* appetat potentiam, honores & glorias, ut ſibi in iis utilitatem inveniat; idem agit, quod qui diaboli expetit venenũ, cui ſic militat. *Deinde* ſi divitias quærat, ut pecunias multas & argentum poſſideat, quæ luxuriæ ejus inſerviant, in eo ſequitur ductum Spiritus mundani, &c. *Tertiò* etiam expetit regnum cœli; id optat & anhelat quidem, ſed valdè impotenter, quum ſemper in dubitationibus ſepultus jaceat ob peccata ſua, &c. Devovet ſe quidem precibus, &c. Sed duo priora Regna potentiori ductu eum obruunt, & carceribus ſuis ita mancipant, ut pluri mæ animæ ſe in deſperationem ſæpius præcipitent, &c. Sed heîc fortiter in Deo reſiſtendum eſt tentationibus, & ſedulo precibus invigilandum, ut victores mali evadamus. *Verum precatio quavis ſanctum & ardens cor requirit, ne nomine Dei turpiter abutaris.* Namque precari nihil aliud eſt, quàm cum Deo colloqui atque ſi heîc exaudiri cupias, neceſſe eſt ut ex domo peccati concedas ſanctus in domum Dei, &c.

Quum hæc fundamenta Sapientiæ veræ & ejus originem patefaciant, & quo-
modo

odo ad eam perveniatur, monſtrent, ıulo fuſius, ex dicto Auctore referen- ı fuerunt.

8. *Vnde autem hæc ſapientia Dei Virgo dicitur?*

Icet Salomon Rex *lib. Sap. cap. 8. v. 2.* indicet, ſe tanto amore ejus captum ːiſſe, ut Sponſam ducere ſtuduerit; ta- ıen ubique manet eſtque virgo, quod ıtea dictus luculenter idem Philoſo- ıus ſacer in *d. l. cap. 5.* explicat; cujus ˈrba iterum producemus, quum egre- ıam illuſtrationem huic quæſtioni ad- ɑt.

Sapientia Dei, *ait*, eſt certè virgo, non ıılier quædam, ſed modeſtia & puritas ıa abſque macula ulla, & ſe velut ima- ꞡ Dei habet, quum ſit effigies Trinita- ı; nihil gignit quidem, attamen in ipſa ıi miranda magnalia continentur, quæ ſiritus Dei excipit, & Verbum Patris ır acrem Matricem ceu per Fiat pro- ɛat, atque admiranda ſapientia revera ı abſque numero. Spiritus ſanctus in ɛ effigies Angelorum excepit, velut ɛam maginem hominis, quos Verbum ıat in creatione produxit. Ipſa ſecre- ṫrum in conſilio Dei magna eſt conſer- vːrix atq; in Primum Principium tan- ɑam in Iram Patris egreditur, & reſi- ɡat miranda in ſecretis ſigillis aut ſpe-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ciebus Naturæ cum acredine, atque à nihilo comprehenditur. Namque ipſa eſt imago abſque ſubſtantia generationis. Per eandem Spiritus Sanctus Tertium Principium excepit, quod Verbum Fiat ex ambabus Matricibus Eſſentiæ corporale creavit, cui ſubſtantiæ etiam terminum in centro ſeptem ſpecierum præfixit, ut tunc in Æthera ſuum recedant cum omnibus corporalibus eſſentiis. Sed tamen utraque Matrix in eſſentia ſua coram Virgine Sophiâ ſub conſpectu Trinitatis in æterna figura ad repræſentationem mirabilium factorum Dei ejusque gloriæ perſiſtent. Ideoque, vos Philoſophi, circumſpicite ritè, ut agnoſcatis, quomodo Iehova in 6. diebus hunc mundum crearit. Namque opus cujusq; diei eſt creatura Spiritus unius quod in Ternario ſancto agnovimus.

Iſthæc Sapientia Dei, quæ revera eſt ornatus & imago Trinitatis, eſt in propria ſua figura effigies æternitatis, adſimilata Angelis & hominibus, atq; originem ſuam ſumit ex Centro in Cruce veluti flos germinans ex Spiritu Dei. Quippe ipſa eſt Spiritus Sancti exiſtentia, quam Spiritus Dei in ſubſtantificatione ſua fovet, ut quaſi veſtimentum repræſentet quoddam, in quo ipſe ſemet retegendo revelat: aliàs ipſius ſpecies non agnoſceretur; quia ipſa Spiritum Sanctum corporalitate exprimit, quum

tame

amen per ſe nullatenus corporalis quæ-
am & comprehenſibilis exiſtentia ſit,
elut nos homines; nihilominus tamen
ſſentialis & viſibilis habeatur. Namque
omines nos de Spiritu Iehovæ in æter-
um nihil amplius pervidebimus, quàm
plendorem Majeſtatis ejus; atque glo-
ioſam ejus potentiam in nobis ſenti-
ıus. Namque ex ea vitam noſtram hau-
mus, & illa nos ducit. Aſt hanc Virgi-
em agnoſcimus in omni cœleſti ima-
ine, præſertim quando omnibus fructi-
us corporeitatẽ adhibet: non quidem
pſa eſt corporeitas fructuum; ſed or-
atus & formoſitas, quæ in illis apparet.
orporeitas enim ex eſſentia prodit,
uæ non eſt ipſe Spiritus, ſed ſaltem im-
otentia quædam reſpectu Spiritus Dei
enſenda, in quo Trinitas habitat. Atq;
æc talis eſſentia eſt Elementum Dei,
æterna Natura, quia vitam in ſe con-
net, abſque tamen intelligentia. In
uo ita viget, ut ſit quaſi perpetuum ger-
inans, in quo ingentia Mirabilia Dei
ontinentur juxta omnes eſſentias in
finitum. Namque unaquæque ſpecies
ſſentiarum, ſuum edit fructum, quæ per
uctationem rotæ ſummos ornatus &
res ſuas accipit, ſed tamen cum exu-
rantia ſua expirat iterum vel tranſit.
uia omnia heîc ſe habent in eo, velut
uctatio quædam adſidua, ubi unum-
odque mox ſuperat & potens eſt, mox



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

iterum evincitur, dum aliud alterius
ſentiam promovet & edit. Eſt ſanè
ſus ſanctiſſimus, fructus Angelorū ede
in conſummatione voluntatis pro v
cujuſlibet.

Verùm heîc iterum indigeremus l
gua Angelica (quum non poſſint ju
conceptū mentis humanæ omnia æte
nitatis mirabilia exprimi.) Etenim a
mus hominis (ceu cupidus ſciendi) ſe
per quærit ubi & quomodo. Quod ſi
cutio ſit quædam de amplitudine abſq
complexu ſpacii & numeri, tunc anim
ſemper ſibi rem quandam corporale
fingit aut concipit. Quando mihi ſerm
eſt de Virgine Sapientia Dei, non ce
intelligo quid in loco determinatu
veluti idem de Trinitate cenſendum e
ſed intelligo ipſam profunditatem D
tatis abſque fine ullo & numero.
unaquæque divina creatura, veluti ſu
Angeli & Animæ hominum, exprimu
& continent in ſe Virginem Sapienti
Dei, ſimili modo ceu imaginem quand
in lumine vitæ: intellige hoc in eſſen
Spiritus, in quo Trinitas eſt intus in ſ
habitans. Namq; Ternarium Numeru
concipimus nobiſcum in imagine ta
quam in Virgine Sapientia; ſed intelli
hoc ita, quod extra perſonam noſtr
ſaltem Majeſtatem Dei divinam cern
mus. *Etenim Creatura nulla concipit T*
*narium Numerum in oculari aſpectu:*

*ṡiritus animæ, qui in divino ſubſiſtit Cen-
ṁ, aliquo modo id percipit; nec tamen ſatis
ṗnè & perfectè, quum ex una ſaltem ſpe-
ė Naturæ conſtet, & tamen ex ſe omnes
ṡcies naturæ edere poſſit, &c.*

Sic etiam *cap.* 13. *d. lib. de* eadem Vir-
ġne Sophia hæc habet: Quod ſi quis di-
ċt, Chriſtum cibare animas ſpiritu abſ-
ụe corpore; id nequaquam eſſe poteſt.
ṅenim Spiritus Sanctus per ſe non ſin-
ġlare ſibi proprium conſtituit Princi-
ṗum; ſed æterna Dei eſſentia, in qua Spi-
ṙtus Dei habitat, & ibi progreditur in
ḟrma tot millium infinitarum Eſſen-
trum: Atque illud per egreſſum expri-
ṁt Virginem puriſſimæ Caſtitatis, velut
æternam ſapientiam, in quâ omnia mi-
ṙbilia hujus mundi ab æterno uſq; præ-
via ſunt. Hoc verò, ut rectè percipiatis
&fideliter, ita ſe habet. Illam eſſentiam,
iqua Virgo illa Dei ſubſiſtit, Adam in
ſcontinebat: quia Spiritus hujus mun-
ċin ea ipſi erat inditus & inſpiratus: At
Eentiæ erant Paradiſiacæ, & per Ele-
ṁntum evireſcebant, quod complecte-
ḃur Eſſentiam eam, atq; eandem Eſſen-
ṫ excipiebat Spiritus mundi in Adam,
en in ſuam redigens poteſtatem. A
pncipio autem Cœleſtis Eſſentia in A-
ċno omnem ſola obtinebat poteſta-
tẹ; ſed quum ille primus homo poſteà
ſeetrò cum imaginatione appetitus ſui
i externũ hoc terrenum converteret,

incidebat in terrenam eſſentiam, &
Spiritus mundi poteſtati mancipat,
amittendo dona Spiritus Dei in cœli
eſſentia & lumine Majeſtatis: Atq; h:
eſt (proh dolor!) quod noſtra cœles
Eſſentia perdita ſit,& in terrenam ab
rit corporeitatem. Ideoque coactus
Deus, ut cum cœleſti eſſentia in nos
fieret homo. Unde ſic Deus in cœli
Virgine & terrena homo factus eſt,
que de novo ita animæ noſtræ cœleſt
eſſentiam induendo ſuperinduxit, ve
ſuum cœleſte corpus, quum terren
noſtrum interea corruptioni & pu
factioni deſtinetur: at cœleſte cor
perſiſtit in æternum, &c.

Atque hoc eſt, quur etiam in Chri
& nobis Sapientia hæc dicatur, e
adeo ſynceros animos in pietate ſua
flammat, ut nemo non in vitæ ſoc
perpetuam hanc ſibi adoptet, velut *S*
*mon rex lib. Sap. cap.*8.*verſ.*8. etiam
eam anxiè in vero amore adopta
quum in rerum natura non major p
dentiæ artifex detur ipſâ, omnia
nans, & libentiſſimè homini adſiſte
modo ipſe ejus opem in integritate
abſque cordis adulteratione fideli
expetat.

9. Qu

*9. Quare autem ita libenter & quomodo hæc Sophia Virgo homini tam facilè cuivis adſiſtit?*

CAuſas certè id habet inſignes & my-
ſticas, non omnibus, imò & vix pau-
s obvias, quũ in ipſa creatione hominis
teant. Sed hoc quoque nemo rectius,
iſi dictus Philoſophus explicabit, cujus
erba *in d. lib. cap.* 11. ſic habentur; acri
lhortatione hæc inculcans.

Ecce, ait, ó occœcata mea Ratio; am-
os heîc aperito oculos, nec monocula
adſpicito, velut conſuetudo tua huc
que per tam diuturnum fuit tempus, in
ımanitatis occultatione. Audi ſaltem
uid Moyſes dicat, quomodo Iehova in
ſe conſiderarit creationem ſuæ imagi-
s, quæ effigiem ipſius in gubernatione
nnium creaturarum externarum re-
rret. Atque ſic Adamum ex limo ter-
e condidit. Sic quoque hominem in
ortum Eden collocabat ſtatim, quem
cerat, ut hunc conderet atque ritè
nſervaret. Paradiſus enim in eo erat.
uæſo, num hinc percipis hominis my-
erium? Sub ipſa creatione ille in Para-
ſo fuit; quia creatus eſt in Paradiſo.
enim evireſcebat hæc per terram, &
hujus Paradiſi limo, cui cœleſtis qua-
latis profluxus inerat, corpus Adami
eabatur; quia hoc optimè intentioni



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

divinæ voluntatis congruebat. Inde ille ſe repræſentare debebat Dominum terræ univerſæ, ut imperatorem in omnia terrena ageret, ac omnium rerum in terra retegeret mirabilia. Alias enim ſtatim in primordio corpus Angelicum ipſi attribuiſſet; Sed comprehenſibilis ſubſtantia corporeitatis nõ ita cum mirabilibus ſuis detegi potuiſſet. Ideoque Iehova illi tangibile & comprehenſibile corpus applicavit; non verò in tanta tenebricoſa condenſatione & animali cõſtricta duritie, veluti jam ſumus; ſed planè erat Paradiſiacum: Quod tibi ita intelligendum eſt. Æterna illa Virgo ſapientiæ divinæ aderat in Paradiſo tanquam figura expedita, in qua omnia mirabilia Dei cognoſcebantur; atque hæc in ſua Figura erat imago in ſemetipſa, abſque tamen ſubſtantia, ſimilis tunc homini: Atque in ea Virgine creabat Deus terræ matricem, ut eſſet viſibilis, ſenſibilis & cõprehenſibilis imago in eſſentia tali, in qua cœlum, terra, ſtellæ & elementa quaſi in microcoſmo eſſentialiter concurrerent. Unde ſic omne, quodcunque ubique viget & vivit huic imagini perfectè inerat. Matrix terræ nequaquam ipſum ſubjugare poterat, multo minus externa Elementa; quia gradu longè nobiliori ea cuncta exuperabat. Ille incorruptibilem eſſentiam cum Virgine ſapientia in ſeſe acceperat; non

quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quidem Virgo in imaginem eam transponebatur; ſed Matrix terræ Paradiſiacæ in Virginalem imaginem imprimebatur. Virgo enim iſta æterna eſt increata, & ingenita. Illa eſt Iehovæ Sapientia, & imago Deitatis in Ternario Sancto, juxta Numerum Ternarium omniaque mirabilia æterna Centri æterni, æternæ Naturæ; atque tandem in Majeſtate in mirabilibus Iehovæ agnoſcitur. Namque ipſa eſt, quæ in lucem, abſcondita in profunditate Deitatis producta ſiſtit.

Ecce chariſſimi homines, ita cernitis, quid propriè in natura ſitis veſtra. Iam verò Moyſes ait ulterius: Atque Iehova inſpirabat illi vivum halitum ſive ſpiraculum in nares ejus, in tunc homo fiebat vivida anima, &c. Fundamentum in hoc latet, &c. Quid verò vos docti heîc intelligitis? Num ſaltem aëra ſubintelligitis? Non certè is eſt Spiraculum Dei. Aëra enim ipſi per nares inſpiravit, ut ait Moyſes. At halitus Iehovæ non certè per exteriora inſpiratur. Namque Iehova ipſus eſt ipſa plenitudo omnium rerum, atque jam ibi adeſt, dum externum ſaltem advenit.

Ut vero jam ad iſtud verè & fundamentaliter perveniatis, & in veritate ritè heîc intellectum ſolidum percipiatis, id recognoſcite, quod ſuperius dictum eſt, quemadmodum Iehova viſibilem ſubſtantiam ſuæ imaginis deſiderarit

rit ſecum; & quomodo imago Virginis Sapientiæ, in qua mirabilia effigiata erant cuncta, eam cauſarit, ut ita una imaginatio conceperit alteram, licet Iehova abſque ſubſtantia & appetitu tal ſit. Etenim appetitus ejus mera eſt Majeſtas & Libertas. Aſt Centrum Naturæ in Cruce mirabiliū Dei deſiderium concepit tale, ut anhelaret imaginem, quæ in Virgine Sapientia conſpiciebatur, ubi Spiritus Dei inde progreditur in Sapientiam, ut Sapientia Eſſentiales ſubſtantias cauſet. Ecce ita erat inſpiratio Iehovæ: Spiritus Dei ſuper aquas ſeſe librabat, & alis ventorum volando incumbebat, ceu loquitur Scriptura; Ille Spiritum hujus mundi in regimine ſuo cum Verbo Fiat conceptum tenebat, & eum Adamo inſpirabat per nares. Iamque ab externo Spiritus aëra ipſi inſpirabat, ac ſemet ipſum ab intimo expirabat in Centrum cordis. Etenim non in externo habitat; ſed in ipſo Centro Naturæ, & ſic ex interno ex Deitate ipſa in externum progreditur, atq; ita recludit retegendo imaginem ſui, videlicet juxta Centrum Naturæ. Iam anteà dictum eſt, quomodo ſe rota externæ Naturæ intus in ima involvat uſque ad Solem, & ulterius per ignem in libertatem Dei, ubi & ſuam ſubſiſtentiam conſervat, & inde internus appetitus æterni Centri cum Spiritu Dei ſe refundit in cor Solis,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quod magnam vitam & ignem exprimit. qui lapides & terram eliquat, in quo æterna Tinctura intimè in Novenario Numero agnoſcitur.

Ita quoque percipite inſpirationem externi regiminis, quod Spiritus hujus mundi perficit, qui uſque ad Solem pertingit; inde homini ab externo inſpirabatur, tanquam vita externa: Et è contrà internum regimen ex interno igne in 8 numero ex interno in Cor expirabatur. Hoc enim ex æterno erat igne, qui ad Crucē in 9 Numero penetrat, juxta propriam Tincturam ſuam, quæ ad Ternarium Numerum ſe extendit, tanquam ad æternam libertatem. Exinde homo vivida fiebat anima. Namq; anima uno gradu profundior Sole exurgit, ex æterno igne, qui in æterna voluntate urit, quæ voluntas denotat cor Iehovæ ad progenerandum; & ſplendorem Majeſtatis in mirabilia exaltandum.

*Nota.*

„ Atque ſic nos rectè percipite: Spiritus Iehovæ Sanctus vividam animā ex Centro æternæ Naturæ in Cruce exſuſcitavit, tanquam proprium ſuum Centrum; non ex Ternario Numero; ſed ex æterna Natura, ex igne Centri Naturæ, in quinta ſpecie Centri, ubi duo ſeſe ab invicem ſeparant regna,

regna, nempe Iehovæ amor & Ira NB. „
Ibi Spiritus Dei Animam exſuſcitavit, „
& ex interno hoc in externi Spiritus „
Tincturam, in ſanguinem cordis per „
ſemetipſum introduxit. *Atque talem* „
*eſſentiam anima vere conſtituit, quum filia Dei ſit. Proinde voluntas ejus ſemper in voluntatem Dei ad denarium numerum in obedientia plena directa eſſe debet, quum ſic verè Angelum bonum repræſentet, ac in Deo vivat vere, comedatque de Verbo Dei, de potentia Dei, atque ex vita ejuſdem nutriatur. Nec ſe in Spiritum hujus mundi convertere debet in ignem progenerati effluxus; ſed in ignem Trinitatis & Ternarium Sanctum.*

Ideoque jam intelligis, ô homo, quid ſis, & quid ante lapſum fueris. Quippe tuum Dominium ſe in Solem & ſtellas extendebat: omnia erant in tua poteſtate, nec ignis, aër, & aqua unà cum terra te ſubjugare poterant: nullus externus ignis urere te valebat: Aqua te nulla ſubmergebat: Aër nullus te ſuffocabat. Omne, quodcunque vivebat, te metuebat. Tu proprio cibo in paradiſiaco fructu veſcebare, quo vitam externam ſuſtentabas. Vita autem interna animæ nutriebatur in Verbo Domini. Inde ſic in æternum abſq; dolore & ſenſu ullius morbi vixiſſes ſemper hilaris in mero gaudio & diliciis puris, atque præterea abſq; labore & indigentia ulla. Animus tuus

uus erat inſtar pueri, qui in mirabili-us Parentis ſui ludus ſuos ſimpliciter :xercet. Nulla agnitio voluntatis malæ e unquam offendiſſet: nec ſenſiſſes uſ-iam avaritiam ullam, ſuperbiam, invi-iam, ullamvè iracundiam,&c. Sed om-ia erant tibi in amoris ſancti luſu pa-ata & prompta. Ut verò profundius oc nobis inculcet, ita pergit: Iehova nim creabat hominem tota Cruce in ranio cerebri, quod Ternarium deno-it Numerum. Ipſe erat mas & fœmina mul,neque hoc ita intellectum,ſed Vir-o planè pura in caſtitate, & in ſe con-nebat Spiritum Tincturalem ignis, & piritum Tincturalem Veneris in ſeſe, ıde per puritatem ſuam unicè ardebat :hovam; ille poterat Virginaliter pa-:re ex voluntate ſuæ Eſſentiæ, abſque nſu doloris, & abſq; diſruptione ulla, uſmodi hominem,qualis ipſe erat. Et-ıim omnia tria Centra in ſeſe obtine-ıt; veluti nec Centrum Æternæ Natu-e diſrumpebatur, quum Spiritus Dei ›ſius animam in Cruce concipiebat, & ı Virginem Sapientiam introducebat: cuti nec Spiritus hujus mundi diſrup-onem edebat, quum Spiritus Dei ho-ini Spiritum hujus mundi inſpiraret, ıquam vitam externam: Sic nec ipſe ſruptionem paſſus eſſet ullam. Quia ıbebat corpus tale Paradiſiacum, ut ›ſſet pertranſire arbores & lapides.

Unde

Unde potuiſſet ſatis in voluntate Iehovæ perſiſtere ac permanere; quoniam illum ſecum magna in mirabilia produxerat. Nobilis ille Lapis Philoſophorum ſive Tinctura Univerſalis tàm facilè ipſi erat inveniundus, tanquam quivis lapis muralis: unde vitam externam auro, margaritis & gemmis precioſiſſimis potuiſſet exornare; & hæc omnia in propriam ſuam lætitiam, & in mirabilia facta gloriæ Dei. Nunquam indiguiſſet animali veſtitu. Namque purus incedebat, veſtitus cœleſti Tinctura. Non habebat ejuſmodi membra, quorum pudore afficeretur, quemadmodum lapſus ejus id demonſtrat.

Lapſus autem ejus erat talis. Anima ipſius imaginatione ſua appetebat externum ignẽ progenerationis, nimirum Spiritum hujus mundi; & inde ſe à Deo avertebat, cupiebatque in propria qualitate vivere, atque in eo ſeſe exerere Dominum. Voluntas ipſius egrediebatur prorſus ex Voluntate Dei, & incidebat in extremam Dei inobedientiam; appetebatq; terrenos fructus terrenæ eſſentiæ comedere. Unde cauſabat, ut Iehova arborem tentationis produceret, ut cerneret, quid imago ejus factura eſſet: hinc ipſi inhibitio impoſita erat, ne tangeret arborem eam. Verum appetitus ejus perſiſtebat in anhelatione terrenæ eſſentiæ pro bono & malo tentando.

q Diabolus ipſi adjumento erat, donec Aam evinceretur, & prorſus ex voluntæ Iehovæ ſui egrederetur : in quo dnum captivus ita ducebatur à Spiritmundi. Tunc funditus actum erat: Iago cœleſtis transformabatur confeſtu in terrenam ; & anima in igne iræ Di captiva detinebatur, quum non cœleem Tincturam & lucem Majeſtatis dinæ poſſideret , nec amplius poſſet cnedere de Verbo Domini . Inde qque è veſtigio Spiritus hujus mundi cpus planè terrenum ipſi efficiebat: Padiſus enim retrò cedebat in ſeſe,& nbilis illa Virgo Sapientiæ ſola relinqbatur , &c. Miſerrimus certè lapſthominis.

*Adam* (*ait dict. lib. cap.* 5. *cir. fin.*) expebat ſimilis eſſe Deo in ſuo regimine Jxta tria Principia , & ſerpens etiam pſuadebet hoc Hevæ , quod ſi ex hoc frtu terræ quid comederet , ſtatim eſt cognitura bonum & malum. Proh dor, pius quàm mali ſatis, in calamitatemiſeriaque & egeſtate ſumma, imò inorte 4 Elementorum; Quùm 4 Elemnta ita confringantur , inde quoque deructio humani corporis exorta eſt, fict & animæ æterna mors : quippe ex ærnitate deſumpta erat, unde ſe ex fiiaone divinæ Majeſtatis ſe præcipitaia in æternam & immortalem miſeria. Hinc etenim (ait idem ibid. c. 8. circa

circa fin.) Iehova occludebat cœlum
anima, ut non poſſet amplius Majeſtatis
ipſius lucem attingere, nec cognitione
ulla aſſequi. Namque cœlum (inquit.
5.) quod diſtinctionē inter Dei regnu,
& regnum hujus mundi determinat ſt
Firmamentum cum omnibus ſpecie s
corporeitatis, & eſt obvelatio in noſtris
oculis. quum ex lapſu nunc oculos
mamentales habeamus, ut non amplius
ad regnum Dei viſu poſſimus pertin-
re, dum Adam ex puro æterno Elem-
to in 4 ejus progenerata Elementan
corporeitatem corruptibilem ingre-
retur, tanquam in mortem præſente

Eheu? (*ait. cap.* 8.) quanta tunc
lapſu tali miſeria & calamitas ineff-
lis exoriebatur. Quippe an non ſit li-
gè miſerrimum, æternam Creatum
agere in alieno Principio; in alio
Centro? Namque vitæ veræ Centru
ipſis occludebatur in 7 ſigillis, & il n
æterna morte captivi trahebantur: n
poterant amplius ullam ſpeciem væ
ſuæ in Centro movere. Iacebant in-
ferno velut oſſa mortificata: Draco-
fernalis fauce medio devorare eos ca-
batur. Quippe in domo perdita me-
riarum obruti jacebant; nemo erat, qui
opem præſtare poterat, neque Anges,
neque Princeps thronorum, neque la
creatura; nec animæ Centrum pot
adjumentum præſtare ullum. Ignis em

ſar

ſictæ lucis ipſis erat extinctus. Spiri-
t mundi abſorpſerat eos. Atque ſi ma-
tx hujus mundi confracta eſſet, uti fu-
t um eſt, anima ipſa quoque in mortis
ærnæ tenebris abſorpta fuiſſet.

Hinc igitur jam omne conſilium expi-
r at: formoſiſſima ea Creatura regno
iernali deſtinata erat & convicta, ut
ja diabolus triumphatorem ageret; niſi
ceſte corpus quoddam accederet ex
pro illo Elemento, ceu Adami prius fu-
er, & animam humanam in ſe adſume-
re & hominem ex morte per Crucē in
Ementum purum Eſſentiæ divinæ co-
ra Deo in Ternarium ſanctum redu-
cet. *cap. 5.*

inc jam in tota Deitate non aliud
er conſilium, quod reſtaret, niſi Ver-
bu illud Æternum & Cor ipſum Ieho-
vaieret Homo, & in 3 Principium pro-
ftionis deſcendendo ingrederetur in
huanam carnem & ſanguinem, atque
ficumanam animam in ſeſe adſumeret,
aci morte ad miſeram accederet ani-
ma, eriperetque morti ſuam poteſta-
cet, qua animam captivam ducebat; ac
inl confringeret inferno dirum ſuum
iceum, qui miſeræ animæ infixus hæ-
elt; demumque educeret miſerrimam
aniam ex morte & inferno in ſemet-
pi.

k quibus nunc igitur vos cognoſci-
tis quomodo *novus Homo ex Deo natus*

in inferno mortem confregerit, & ani
mæ humanæ iterum Centrum ſuum re
cluſerit & 7 Sigilla Centri Naturæ re
cluſerit, ut anima ita ſui potens rurſu
ſit facta. Etenim ille incendebat iterun
ignem divinum in anima, ut ex ign
proprio ſuo æternam Tincturam aſſequ
poſſet: Atq; ita reducebatur in primar
matrem in potentia lucis Majeſtatis, at
que vetus Adam pendebat in Cruce tan
quã maledictio in opprobrium & igno
miniam omnibus diabolis, &c. Crucif
xio hæc nihil aliud ſignat, quàm quo
anima orta ſit ex Cruce in Centro na
turæ ex Verbo Domini, ubi nomen Tri
nitatis exprimitur; Ibi Verbum Patr
ſe commovit, & humanitatem ingre
ſum eſt, atque in Cruce Æternæ & te
renæ Virginis factum eſt Homo, ac mo
tem in Cruce mortificavit, &c. Atq; in
æternus eſt triumphator, Dominus
Iudex, &c. Ac velut ipſe ſuum corpu
ex morte reduxit ſua virtute, terrenun
que abiecit à ſe Spiritum, ita quoque r
generatos omnes in virtute animæ lu
cœleſti & corpore redonatæ reſuſcit
tos beabit, rejecto Spiritu mundi, q
in ſuum tunc, latâ ſententiâ Chriſti, r
dibit æthera, cujus executor erit Spir
tus Dei, &c. Namque *quando Anima*
*Verbo & Spiritu Chriſti etiam in hoc tem*
*pore regeneratur, tunc ſimul prior ſubſta*
*tia, videlicet Animæ internum corpus, qu*

*Ani*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Adam in Paradiſo ex æterna Virgine Sapientiæ geſtabat, (in qua Adam homo creabatur,) regeneratur, & Chriſti induit carnem.* Iſtud Corpus novum, in quo regenerata habitat aut infixa hæret anima, impactum eſt veteri carni, & tamen eſt incomprehenſibile & immortale. Verùm homo vetus, ex Spiritu hujus mundi conceptus, corruptione conſumitur in hac terra, tranſitq; ad matricē ſuam, quæ in extremo die cogetur illum rurſus edere & ſiſtere quidem; ſed, ſententiâ Chriſti latâ, in ſuum abibit æthera, atque ſaltem velut figura quædam coram homine novo erit. Hominem enim in eadem figura omnia opera ejus, quæcunque in eo perfecit, ſequuntur. Ita quoque illis qui in hora extremi judicii vivunt, & ſuperſtites ſunt, vetus homo cum aboletione mundi in æthera concidit. Quippe omnium improborum corpora, in matrice ſua præſenter ſiſtentur, velut in Spiritu hujus mundi, atque animæ ſuam audient ſententiam tunc corpora illa tranſibunt cum matrice ſua, & tanquam figura permanebunt, in quâ opera cuncta ſequuntur eos uſque in infernum, perpetuò eoſdem torquentia, &c.

Ex his Philoſophi verbis jam conſtat ſatis, quur Sapientia hæc ubique tam fidelem nobis informatricem & comitem per quaſvis vitæ vias offerat, adeò,

ut ipſam quoque Salomon *Proverb.* 8. in via apertè ſtantem, & ad portas urbium obviam omnibus clamantem, & cunctos mortales ad ſeſe invitantem non temerè producat. Quum enim in ipſius Virginitate ad ejus imaginem creati ſimus, & Iehova à principio inſtituti ſui habuerit, jam olim ante oper ſua & ante ortum terræ, ut ibid. *v.* 22 *&* 23. pluribus de ſemetipſa teſtatur nec fuerit, qui rectius hoc Philoſoph explicarit in fundamentis, ipſum hei quoque loquentem introducere debui Sapientia hæc eſt, quæ amatores ſuo amat, & qui diligenter hanc caſteque quærunt, facilè eam inveniunt, per quai reges regnant, & Principes imperan *Proverb.* 8. *verſ.* 15. 16. 17. Unde fa cilè patet, quàm perpetuis inerrent te nebris, qui hanc veram ignorant, au malè contemnunt Sapientiam, ex qu fit, quod etiam minus rectè ſocietas c vilis in vita publica & privata rec conſtare poſſit, quum potius falſa, quà vera adametur Sapientia.

CA

## CAP. V. Præcogn.

# De Auctore vero Politicæ in Conſtitutione Reipubl. & ejus Auctoritate.

### 1. *An vero non potius vitæ ſpeculativæ, quàm practicæ talis ſapien.iæ inquiſitio competit?*

MIrum, quod homines tàm vanis ſe involvant tenebris, & ſemetipſos vana captivent plures diſtinctione: quùm vita hominis in hoc mundo non alii fini in prima ſtatim creatione deſtinata fuerit, quàm ut Iehovam in operibus & actionibus ſanctis eum glorificemus, uti expreſsè *D. Paul. ad Eph. 2. verſ.* 10. demonſtrat, dicens: Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ NB. ἔργοις ἀγαθοῖς, &c. Namque ipſius Opus ſumus, creati in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in iis incederemus. Ac ne quid de hoc dubitemus, ait etiam antè jacta fundamenta mundi nos ita electos, ut quoque finis ipſius electionis non ſit alius. *Epheſ.* 1. *verſ.* 4. Sicut elegit nos (Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti) in ipſo ante jacta mundi fundamenta, ut ſimus ſancti & inculpati, coram eo in Charitate.

Ideoque ipſa Præcepta Iehovæ in Moſe & Prophetis ubique in rebus agendis & faciendis, non ocio & deſidia aut nuda animi ſpeculatione, ſive Fide aliqua nudè ſpeculativa, conſiſtunt; ſed neceſſum eſt, ut fides ex factis aut operibus affulgeat uti rectè *D. Iacob ait cap.* 2. *v.* 18. Nam ſicut corpus, (*uti addit verſ.* 26. *cap.* 2.) abſque Spiritu mortuum eſt, ita & fides illa abſq; operibus, mortua eſt. Fides enim, ſi opera non habeat, mortua eſt per ſe *ibid. cap.* 2. *v.* 17. νεκρά ἐστὶ καθ' ἑαυτήν. Unde & *D. Paul. ad Gal.* 5. *v.* 6. πίστιν ἐνεργουμένην δι' ἀγάπης. Fidem per Charitatem efficacem dicit veram, ne ſit mortua; quum peccatis debeamus eſſe mortui, ac vivi Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom.* 6. *verſ.* 11. velut præſertim hoc Chriſtiano ubique agendum eſt, ut in vera vita vividus deprehendatur, quod tunc ritè fit, ſi Spiritu actiones corporis mortificet, *Rom.* 8. *verſ.* 13. neque ſiſtat membra ſua arma injuſtitiæ peccato *Rom.* 6. 13. Imo Chriſtus ipſe vult ubique ut omnes actiones noſtræ ex puro & ſancto amore in Deum & proximum profluere atque dirigi debeant, velut etiam inde extremi judicii ſententia in omne genus hominum ſumetur, ut quiſque ex factis ſuis aut præmium, aut pœnam ſit ablaturus æternam. *Matt.* 25. Proinde dicit *Salom. Sapient.* 6. *verſ.* 6. *&* 7. Ille

(Deus

Deus) vos horribiliter & celeriter in-
vadet: nam in ſuperiores & exaltatos
quoſque ſeveriſſimum exercebit judi-
cium. Etenim infimi venia digni ſunt.
At in potentes potenter animadvertet:
Nec enim perſonam reformidabit Do-
minus omnium, nec magnitudinem re-
verebitur: quippe quum idem & parvos
& magnos fecerit, & omnium æquè
curam gerat: Hinc itaque eſt, quod D.
Rex Salomon librum ſuum Sapientiæ
cum tam emphatico exordio ſtatim, in
ipſa allocutione, omnibus in terra Im-
perantibus, regibus, & Magiſtratibus,
nec minus ſubditis, auſpicatus ſit, & Po-
liticis omnibus, ac univerſo ſtatui ordi-
nive Politico hanc ſuam deſtinârit Sa-
pientiæ deſcriptionem. Amate Iuſti-
tiam, inquit, vos Rectores terræ, &c.
Ita quoque Inſtitutioni privatorum ma-
ximè librum ſuum Proverbiorum in-
ſcripſit, ut omni vitæ curſui inſerviat.
Ideoque ait *cap.* 1. *verſ.* 5. Qui ſapere
ſtudet, ille auſcultat & ſe corrigit: ac qui
intelligens eſt, ille conſuli ſibi ritè ſinit.
Et *cap.* 7. *verſ.* 1. 2. Fili mi, ait, con-
ſerva ſermonem meum, &c. Obſerva
præcepta mea; ſic vives, &c. Ea & di-
gitis alligata & in tabulis cordis adſcri-
pta habeto, &c.

2. *Itanè ex Libris Salomonis poteſt vera Politicæ conſtrui doctrina & addiſci à regentibus aut ſubditis?*

NOn ſaltem ex Salomonis libris; Sed etiam omnibus reliquis ſacræ Scripturæ teſtimoniis & hiſtoriis, ſive exemplis: maximè tamen ex ipſis monitorum informationibus. An non etenim ex ore veritatis potius, quàm ex dubiis gentium opinionibus; quid diſcendum eſt? Annon ex pietate magis quàm profanitate vana quid ſit petendum? Utrum melior; an vera aut falſa Sapientia? Namque jam ſatis explicatum eſt, quid vera & falſa ſit Philoſophia; unde orta utraque, & cujusnam utraque filia; ac quid ab unaquaque expectari queat: vel quænam carnis ſecuritatem creet, & quæ veram aperiat ſalutem. Quàm facilè autem ſit in quævis, imò & abſurdiſſima abire vitæ devia, & à voluntate Dei ſecedere, ſi non Verbum ejus adſiduè in adſiduo cultu obſervetur, ſed propriis ſe quis deſtinet voluntatis ſuæ viribus; id ubique cotidiè ante oculos eſt cuivis. & hæc præſentia maximè denotant tempora, in quibus uſque adeò occœcati ſunt redditi homines, ut neque amplius ullum inter honeſtum & turpe; inter vitia & peccata extrema, ac virtutes; inter libertatem carnalem

æ omnium ſcelerum & nequitiarum trocinium hodiè ampliſſimum tenet, que omne ſervitium peſſimæ perniei cuivis conſuit; & inter libertatem piritus, quæ æternam nobis parit ſalum & gratiam Iehovæ in Chriſto comrat, agnoſci queat. Imo tanta eſt perrſitas mortalium, ut in ipſis Iehovæ gris non ſentiant damna ſua, nec in iis orrigi aut ad pœnitentiam reduci paantur. Inde eſt, quod omnes ſub Potices prætextu ſua peſſima laſciviæ, luriæ, crudelitatisque crimina, in aperm producere non vereantur. Ita Chriianos ſe mentiuntur peſſimi in plus àm ethnica barbarie; nec tamen ethici barbari audire cupiunt. Politicum gere optabile eſt quidem nomen, at hriſtianum ſimul repræſentare facto dioſiſſimum. Proh! pudeat nos tam rpis pudoris!

3. *Unde verò talis barbaries in Politicâ exurgit vita & doctrina ejus?*

NOn certè aliunde, quam ex mera carnali ſecuritate in qua libertatem iſque ſuam ſibi conſtituit & deponit miſſimè defixam, pro opinionis liberæ antaſia. Hæc enim tantum Verbi Cœſtis mortalibus peperit contemptum, ſemper potiori in precio habeatur thniciſmus, & fideliori cum cura ex-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

colatur, quam ullum alicujus lectionis aliud ſtudium, quum omnem vitæ florentis ætatem cum ſumptibus profuſiſſimis ei, præ Verbi Cœleſtis; & mandatorum ac Imitationis Chriſti cognitione & cultu, conſecremus & ſacrificando mactemus. Verum, ſi ſaltem ad Exempla ſacra reſpiceremus, facilè nobis pateret, quanto pudore confunderemur.

*4. Quænam autem remedia heîc ſunt adſumenda, ut Politicæ doctrinæ inſtitutio corrigatur.*

REmedia ea ſunt duplicia, adeò ut vel ex ipſo Verbo Dei aperto & mandatis Iehovæ ſumantur, vel ex obliquo, ab exemplis petantur, ubi utraque ſe ſimul manifeſtant.

*5. Quæ igitur ſunt ea exempla utriusque conjunctim ſumpta in Politicis.*

SUnt quidem plura; ſed in primis cenſenda veniunt Moyſis, Ioſuæ, Gedeonis, Davidis, Salomonis, Hiskiæ, &c. Hi enim optimi & maximi fuerunt inter mortales Politici, quotquot in terris vixerunt aut regiminibus præfuerunt ſuis.

6. Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 6. *Quare optimi & maximi fuerunt hi Politici?*

NOn tantum propterea quod ab ipſo Iehova præpoſiti & electi fuerint populo ſuo; ſed etiam quod non tàm ex propriæ voluntatis & rationis inventis in regiminis adminiſtratione aut Politiæ inſtitutione quidpiam, quàm ex ipſo Verbo Dei & ejus præſcriptis ſumere & mutuari voluerint; quamvis etiam non ſine odio, ira, ſuperbia, atque aliis affectibus ſæpius quid ſubierint damni. Ideoque Moyſes ex ipſo ore Iehovæ, David cum filio Salomone ex ductu & dictamine Spiritus Sancti omnes officii & regiminis ſui partes accipere gaviſi ſunt; imò etiam hoc anxiè & unicè expetiverunt, ut non penitus ſæpius in vitæ talis veſtigiis & rebus confunderentur arduis; uti non ſolum tota ipſorum hiſtoria; ſed etiam ſcripta eorum id luculenter teſtantur, ac præcipuè Pſalmi Dav. multa talia firmiter docent, ac longè diviniora continent.

### 7. *Poſſitne ex locis aliquod inſignioribus Pſalmorũ præ reliquis id declarari, quod Verbum Dei unicè in Politicis reſpiciendum ſemper?*

REctè agis, quod de libro Pſalm. heîc maximè ſis ſollicitus, quùm paſſim ibi

ibi veri Chriſtiani, & potiſſimum ſolidi Politici regiſque exprimatur effigies. Ante omnia autem vel unicus ſaltem *Pſal.* 119. ſatis abundanter poſſit heîc id præſtare, quod deſideras, quum David Rex in eo nihil aliud agat, quàm ut perpetuò firmum vitæ curſum in Verbi cœleſtis tenore ſibi conſervare exoptet & petat. Etenim apertè teſtatur, quod conſilia, meditationes mentis, actiones ſingulæ & ipſa juſtitia in veritate ſua nuſpiam conſtare ritè queant, niſi normam eam in adſiduo amore & ad ſpectu teneat. Proinde quoque ἐπικαταράτους appellat, ἐκκλίνοντας ἀπὸ τῶν ἐντολῶν Θεοῦ; maledictos vocans eos, qui declinent à Mandatis Dei. *d. Pſ. verſ.* 21. Omnia enim præcepta Dei ſunt ipſa Veritas, *Pſ. eod. verſ.* 86. *&* 151. Ac Veritas ea ſolummodo perpetua eſt. *v.* 89. *&* 90. Eſtque Lucerna pedum noſtrorum, ac viæ veræ. *verſ.* 105. Namque ſic greſſus noſtri verè firmantur; nec dominationem in quempiam injuſtitia ſibi acquirit, *verſ.* 13. Inde ait David, eruditione mea omnes exupero Doctores; quia Teſtimonia tua meditationi mihi ſunt. Imò, ſenes evinco doctrina mea, quum Mandata tua obſervem, *verſ.* 99. *&* 100. Ita & omnes vitæ vias, quæ non in Verbo Dei prudentiæ ſanctæ curſum monſtrent, ad falſitatem & mendacia rejicit. Verbum tuum, inquit, me pruden-

:udentem reddit ; διὰ τȣ̃το ἐμίσησα
ᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας, propterea odi om-
em viam iniquitatis. *v.*104.
Tum quoque , Deus eſt juſtus vindex
mnis perverſitatis, ceu dicit : Conteris
mnes deviantes à juribus tuis; quia in-
uſta cogitatio eorum *verſ.* 118. Prop-
ereà directè omnia obſervo mandata
ua, omnemque vitam iniquam odio ha-
eo: imo propterea præcepta tua amavi
uper aurum & topazion. *verſ.* 127. *&*
28. Lex oris tui , ſuper millia auri &
rgenti, eſt mihi pondera. ( Qui hoc ex
nimo ritè loqui valet, ille certè verus
ſt Chriſtianus.) *verſ.* 72. Theſauri por-
io hæc mea eſt , quod legem tuam cu-
todiam. *verſ.* 57. Quàm dulcia faucibus
neis Eloquia tua, ultra mel in ore meo !
*verſ.* 103. Nam prope es tu, Domine,
ϗ πᾶσαι αἱ ὁδοί σȣ ἀλήθεια , & om-
es viæ tuæ ſunt Veritas. *verſ.* 151.
Verbum tuum, nihil niſi veritas eſt: Ius
mne Iuſtitiæ tuæ durat in æternum.
*verſ.* 161. Ideo mandaſti teſtimonia ju-
titiæ tuæ, & veritatem valdè. 139. Iu-
ſtitia tua, Iuſtitia æterna eſt, & Lex tua
mera veritas. 142. Æquitas teſtimonii
tui in æternum viget : erudi me , & vi-
vam. 144. Probitatem, ϗ παιδείαν, ϗ
γνῶσιν, & diſciplinam & cognitionem
doce me; quia mandatis tuis credo. 66.
Perpendo vias tuas , & converti pedes
meos in teſtimonia tua. *verſ.* 59. Prius-
quam

quam humiliarer, errabam; nunc ver
cuſtodio Eloquium tuum. *verſ.* 67. Iu
ſtificationes tuas doce me. *verſ.* 64. E
ne adimas ex ore meo ſermonem Veri
tatis adeò valdè; quia in judiciis tui
ſpem fixi. 43. Lege tua inſtrue me, Do
mine, via juſtitiarum tuarum, & exqui
ram eam per omne tempus. 33. Avert
oculos meos, ne videant diſciplinarum
vanitatem: Sed me refice in via tua. 37
viam in juſtitiæ amove à me, & lege tu
dignare me. Viam veritatis elegi; judi
cia tua non ſum oblitus, &c. *verſ.* 29
30. & 31. 32. Sic quoque *Pſalm.* 25
*verſ.* 4. 5. Saltem in viis & tramite a
veritate Verbi cœleſtis informari &
edoceri cupit, quum omnes actione
vitæ, ſic unicè Deo probatæ ſolid
conſtent.

8. *Itane ſolummodo ex Verbo Dei actionum omnium politicarum lux, vis, ordo, & norma petenda eſt?*

OMninò: Qui velit enim ſibi alia
præter hanc ſive ad dextram aut ſi
niſtram eligere vias ſtatim in impieta
tem, mendacia, nugas, peccata, errores
ſcelera, malitiam, vanitates, injuſtitias
iniquitates & tenebras ignorantiæ in
ſcitiæve incidet; quum reliqua nihil niſ
falſitatis contineant ſemitas. *Pſal.* 119
*verſ.* 104. Quare Rex Dei Sanctus non
tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ntum anxiè à Iehova ſuo id petit & ſiderat in hoc & aliis *Pſal.* maximè 125. ut erudiatur à Deo ipſo & conſertur in Verbo Dei ; ſed etiam hoc adndo adſeverat ſanctè, quod nemo junum in pueritia viam vitæ ſuæ puram nbulare queat, niſi eam ſecundum erbi tenorem ſtrictè terat. *Pſal.* 119. rſ. 9. Imò *verſ.* 96. hoc addit; quod deat, omni perfectioni adeſſe finem um; at Præceptum Dei durare in æternm. Sic etiam meritò ipſi Veram Saentiam unicè attribuit. *verſ.* 130. dins: Quod ſi verbum tuum reveletur, hilarat quemvis, & Sapientes reddit nplices. Tum quoque Salutem pacis ræ, Politicis piis talibus adjicit, iniens: Pax multa manet Legem tuam ligentes; neque unquam illis erit ofndiculum. 165. Veluti etiam ſtatim in cordio hujus *Pſal.* 119. eos appellat atos, qui integri, non more hypocrico, & corde duplici aut fucato, vivant nbulentque in Lege Iehovæ. Beati, t, qui teſtimonia ejus tenent, & toto rde eum quærunt. ὀ γὰρ οἱ ἐργαζόμε- ι τὴν ἀνομίαν, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύθησαν. *Non enim operantur iniquitam, qui in viis ejus ambulant. Et quis eſt, ui timet Dominum*; Illi commonſtrabit hova optimam viam. Anima ejus in ono habitabit, ac ſemen ejus poſſidet terram. *Pſalm.* 25. *verſ.* 12. & 13.

Tanti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Tanti eſt in pietatis veræ actionibus cunctis ac ſolido Iehovæ timore totum eidem & voluntati ejus juxta tenorem Verbi ſui ſe dedere, atque in Chriſti fideli imitatione obedientiam debitam Parenti præſtare ſummo.

## CAP. VI. Præcogn.

## De diſcrimine Politici, Chriſtiani, & Theologi.

1. *Sed anne David Rex hæc & talia magis uti vates ſeu Propheta Dei, quàm Politicus loquitur, & locutus eſt?*

SIc omnes ii, qui potius carni & petulantiæ ejus, quàm Chriſto vivid vivere geſtiunt, perpetuò varia quæ rere ſolent ſophiſticationis ſuæ effugi ut rimas diſtinctionum aliquas ſalter inveniant, quibus egregium ſe Verita fucum confeciſſe ſomniant. Verum, n quis in blanditiis carnalis ſuæ ration ſe decipiat procacius, hoc animadve tendum eſt cunctis; Quod David nc unum vitæ piæ actum, aut duplicis co dis ſtatum, per ſemitam vitæ ſuæ inte ligat; Sed curſum totum in ſingulis v ſtigiis actionum omnium complectatu ne uſpiam à Verbo Dei devius vide

poſſ

oſſit ; Namq: ſi ab hoc ſive Politicè ſive
heologicè aberres, apud Iehovam idem
ſt. Quiſquis enim, ait *D. Iacob. cap.* 2.
*verſ.* 10. totam legem ſervaverit ; impe-
erit autem in uno reus eſt omnium.
Ideoque petit ſic *David. Pſal. d. v.* 33.
Oſtende mihi, Iehova, viam jurium tuo-
um, ut ea conſervem uſque ad finem.
nimicus eſt Dei omnis, quiſquis duplici
orde ſe ſiſtere Deo ſtudet. *Pſal.* 5. *v.* 7.
uare omninò falſitate ſua vana laborat
llis diſtinctio, quà aliud politicè, aliud-
ue theologicè coràm facie Dei obfu-
are in facto cupias tuo, ceu Chri-
ianus.

Chriſti enim quod eſt, neſcit fucum
llum aut hypocriſin; ſed ex renato cor-
e omnia ſyncere edit. *Nec Chriſtianus*
*t, aut dari verus poterit, qui non ſit Spi-*
*tus ejus, ac qui non vivat in Spiritu*
*juſdem.*

An datur in his politicum aliquod re-
num verum, abſque Chriſtiano verè &
ealiter diſtinctum ? An non omnes
Iembra ſumus in Corpore illo Chriſti,
n quo Chriſtus caput eſt, quotquot verè
Chriſtiano nomine ſalutari gaudemus ?
*Epheſ.* 4. 15. 1. *Cor.* 12. Chriſtianum
oliticum agere velle, abſque Spiritu
ei & homine internè renato, idem eſt,
c ſi dicerem, aquam eſſe poſſe absque
umore aut humectatione, quum pro-
rium eſſe hominis verè Chriſtiani con-

H ſiſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſiſtat in regeneratione Spirituali, adeo, u
niſi quis ex aqua & Spiritu regeneratu
ſit, non poſſit introire regnum Dei, ut
ipſe Chriſtus *Ioh.* 3. *v.* 5. affirmat. Quo
genitum ex Carne, Caro eſt: quod ge
nitum ex Spiritu, Spiritus eſt. *verſ.* 6
Ideoque oportet nos renaſci. *verſ.* 5.
beatitudinem æternam appetamus. E
enim nõ ob hujus vitæ temporalis com
moditates in hunc mundum creati ſu
mus; ſed ut æternæ hæreditatis ſimu
beati poſſeſſores, & per hanc externa
vitam nobis ſempiternam cœleſtem i
Chriſti imitatione fideli & imagine n
va ejuſdem acquiramus. Miſera namqu
foret ea beatitudo, nec digna nomin
quæ propter externa hæc cœleſtẽ æte
nam amitteret ſibi. Ideoque hæc exte
na vita in regeneratis ſubordinata e
cœleſti, nec in ullo ab eadem ſepara
poteſt ac debet, ſive publicam ſive pr
vatam agas vitam in quocunque offic
& muneris genere externo. Primariu
hoc cuivis homini verè Chriſtiano e
debet, ut in Spiritu Dei vivat renatus,
homo ſit Spiritualis, ac ſic in Luce Chr
ſti verè ambulare ubique poſſit, ac re
qua mundana omnia tanquam paren
ſibi habeat.

Unde & Chriſtus ait, *Matt.* 6. *v.* 3
Quærite primum regnum Dei & juſ
tiam ejus, atque tunc omnia adjicien
vobis. In regno Dei itaque, ſive Spiri
re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

regeneratione & imitatione aut imagine Chriſti verè vivida etiam in hoc mundo vivendum eſt omni, qui velit verum agere Chriſtianum, ſive ſit Politicus ratione externi habitus & officii, ſive Mathematicus, ſive faber ærarius, lignarius, &c. ſive Iuriſconſult. aut quicunq; alius Habitualiſta, in quavis forma externa, &c. Sive dives, ſive pauper; ſive privatus, ſive publicus; Sive interpres S. Scripturæ, ſive Concionator, aut decantator ejuſdem, ſive mavelit Theologus dici aut doctor litteraturæ; in habitu tali magnificè præpollens; In quo gradu neceſſum erit, ut exemplarem quoque omnibus auditoribus ſe præbeat perſonam, nec ulla in parte crudelis, truculentus, aut iracundus, quod regni diabolici proprium eſt; ſed paſſim Charitatis piæ, & humilitatis ſanctæ in vera humanitate ac manſuetudine ſtudioſus maneat, nec temerè à præceptis Chriſti in dilectione proximi deviet. Alias enim ſive ad dextram aut ſiniſtram ab hac Veritatis cœleſtis & juſtitiæ ejus via declinet, non amplius in regno Chriſti, ſed juxta carnem in regno vivet Diaboli, licet ſummè ſit ſapiens, carni ſummus Doctor, ſummus interpres litteraturæ omnis, ac inde Theologus, aut Politicus appellari amet. Non etenim in regno Chriſti vivit, aut ejus beatitudine dignus venit, qui duplicem ſe ſatis com-

 modè,

modè, ( ut ſtultos tales ſæpius audias
agere poſſe Politicum autumat. Quo
verò duplicitatem arguit, id certè quo
que diviſionem admittit ſui. An non
igitur diviſi ſint tales & ſeparati reipſa
Christi regno, qui duplicitatem han
tam frequenter colunt? Imò an non ipſ
Chriſtus tales à ſe rejicit aperte, quum
ita ſuam definitivam interponat ſenten
tiam, quod nemo poſſit Dominis ſervir
duobus? *Matt. 6. v. 24.*

Velut enim conſcientia unum reſpic
Deum in Chriſto; ita quoq; homo unu
idemque, abſq; exitio ſui extremo, no
poteſt vitæ actiones aliter theologic
& aliter politicè (uti abſurda hodiè
fert communis locutio, & carnale pl
rium judicium) inſtituere, ac in biv
tali ſe gratum Iehovæ præſtare, ut ej
in oculis acceptus haberi queat. Q
non in Spiritu Dei vivit, ille Spiri
mundi ſe tradidit, & vivit carni. Ide
que à Spiritu uno omnes corporis pa
tes & membra regi debent, ait *D. Pa*
*1. Cor. 12.* Atque ſi Chriſtus via, Ve
tas, & vita eſt noſtra; in eo certè amb
landum, & ejus veſtigiis unicè inſiſte
dum nobis ubique manet, in quocunq
vivatur officio. Aliàs enim beatitu
politica eſſet cõtraria beatitudini the
logicæ, & homo Politicus nunqu
poſſet ad beatitudinẽ theologicam p
duci, eamque attingere; ſed ſemper
ead

adem miſerrimè ſeparatus excluſusque
naneret, id eſt, in regno Diaboli con-
emnatus perpetuò ſubſiſteret.

Politicus igitur, ſi membrum Chriſti
n Corpore ejus verè velit referre (mo-
ò ſe ex animo Chriſtianum ac non ficti-
iè ex hypocriſi profiteatur) paſſim in
uovis vitæ inſtituto Verbo Dei & præ-
eptis Chriſti tam obligatus & adſtri-
tus tenetur, quàm Theologus. Quiſque
nim Chriſtianus, ſit cujuscunque velit
rdinis aut loci, eo ipſo, quo Chriſtia-
ius eſſe cupit, ac eſt, Spiritualis eſſe de-
et. *Gal.6. verſ.3.* Quare nolite errare,
Deus non irridetur, ait D. Paul. Quæ
nim ſeminaverit homo, hæc etiam me-
et. Quoniam qui ſeminat in carne ſua,
e carne metet perniciem. Qui autē ſe-
ninat in Spiritù, de Spiritu metet vitam
eternam. *Gal. 6. 7.* Sic Chriſtus hoc
mnibus imponit ſuis, ut luceant in ope-
ibus bonis integrè, nō dimidiatè; quum
or integrum expetat ſibi: aliàs non
glorificatur in nobis Pater ejus cœleſtis.
*Matt. 5. v. 16.* Atque hinc eſt tandem,
quod David Rex ita anxiè petat, ut ex
gratia Dei & ope ejus ubique poſſit præ-
avere, quod in oculis Iehovæ iniquum
ppareat, ſivè politicè ſive theologicè id
perpetret, in quocunque officio. Quod
enim ſemel in ulla parte falſum aut in-
juſtum committitur, id nullo, in ullo
ſtatu vitæ, poteſt excuſari modo aut



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ritè exculparier, quemcunque ipſi colorem aut pallium affingas.

2. *Anne igitur nihil diſcriminis datur inter Christianum Politicum, & Theologum?*

EX jam dictis ſatis ſufficienterque apparet, quod ſanè res iſta non ſit abſq; juſto diſcrimine ſuo; & per ſe id quoque patet, modo ſimilitudo in membris Corporis Chriſti ritè cognoſcatur & abſque invidia debitè examinetur. Licet enim Spiritus ſit idem; diſtinctiones tamen donorum ſunt. 1. *Cor.* 12. *verſ.* 4. Et diſtinctiones donorum ſunt; ſed idem eſt Deus, efficiens ea omnia in omnibus. Unicuique verò datur declaratio Spiritus ad utilitatem. Nam huic quidem per Spiritum datur ſermo Sapientiæ; alii verò ſermo notitiæ per eundem Spiritum: Alii verò facultates Virtutum; alii verò prophetia; alii diſcretiones Spirituum; alteri verò genera linguarum; alii interpretatio linguarum πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἕν, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Hæc autem omnia efficit unus ille Spiritus, diſtribuens privatim illa ſingulis, ſicut vult. Omnis enim donatio bona & omne donum, πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα perfectum eſt ſupernè deſcendens à Patre luminum, &c. *Iac.* 1. 17. & *Epheſ.* 4. *verſ.* 12. & *verſ.* 7. Velut etiam

ex

ex ipſis donis cujusque ſtatim agnoſcimus ejus vocationem in munere ſuo, cui deſtinatus ſit. Ex quo D. Paul. dona & vocationem arctiſſimè inter ſeſe conjunxit, *Rom.* 11. *verſ.* 29. ut nequeant divelli, quum Dona & Vocatio Dei ejuſmodi ſint ἀμεταμέλητα, quæ in pœnitentiam illum pertrahere prorſus nequeant. Ideoque diſcrimen hoc maximè ſe exerit in perfectione donorum juxta gradus, *Bell. de Iach. Col. lib. 2. cap. 7.* & in ratione officii externi, ut docet *D. Paul.* 1. *Cor.* 12. 15. 16. Quoad enim Politicus Chriſtianum agit, in eo tam hominem Spiritualem, id eſt membrum in Corpore Chriſti vividum, quàm theologus determinat, licet hic externo quoque pro ædificatione Eccleſiæ præpolleat officio. Imò propterea Politicus Chriſtianus eſt, quod Spiritus Chriſti illum cum reliquis inhabitet. Quicunque enim Spiritum Chriſti non habet, non eſt ejus. *Rom.* 8. *v.* 9. Ac quotquot Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. *ibid. verſ.* 14. *Et quis eſt omnium, qui non filius Dei potius, quàm diaboli eſſe vel dici cupiat?*

Ideoque ex eo Spiritu quiſque actiones ſuas & doctrinam ubique integrè producere tenetur, ne ſibi pudori quid putet, quod in qualibet converſatione pietatem ſynceram exprimat. *Si enim vivimus Spiritu, Spiritu quoque incedamus.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*mus*, ait *Paul. Gal.* 5. 25. Velut etiam inde præcipit omnibus Galatenſibus & Chriſtianis ſuis paſſim, nemine excepto, ob muneris alicujus rationem, ut ambulent in Spiritu, quum ſic concupiſcentiam carnis evitare queant. *verſ.* 16. Nec membra putrida corpus Chriſti noſcat. Etenim, ait D. Paul. per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati ſumus, & Iudæi, & Græci; & ſervi & liberi; atq; omnes potati ſumus in unum Spiritum. 1. *Cor.* 12. 13. Namque corpus non eſt unum membrum, ſed multa. *ibid.* 14. Quis igitur à tàm amabili & cœleſti corpore, aut vita aut doctrina in Politicis ſe cupiat ſeparatum? In hoc certè tanquam in ſuo proprio centro & principio omnes cohærere debent, qui ſalutem Reipubl. ſuæ firmam & ſtabilem ſibi quærunt; quum reliqua omnia, quæ ſunt extra Chriſtum, meras tenebras & calamitates miſeras ſapiant, & in inconſtantia ſua ſemper fluctuent: at Dei populo tempus eſt, tanquam in perpetuum, ut ipſe Iehova ait *Pſal.* 81. *verſ.* 13. 14. 15. & 16. *Vide ſup. quæſt.* 11. *cap.* 3.

3. *Licetne Politico tam de Verbo Dei ubique agere, quam Theologo, &c?*

QUo Verbum Dei magis inter mortales exercetur, eò quoque ceu Solis radii

radii magis in omnem ſplendeſcit terram *Matt.* 10.27. Unde etiam *D. Paul. Coloſſ.* 3. *verſ.* 16. mandat, & optat, ut ſermo Chriſti πλουσίως inter nos habitet in copia ſumma. Velut etiam *David Pſal.* 1. beatum omnem vocat, qui nocte dieque loquatur de Verbo Dei; Illumque arbori fructiferæ adſimilat, cui perpetua adſit benedictio Dei in omnibus operibus. Verum ſunt Habitualiſtæ quidam, qui gloriam vanam & ventris ſaltem ſuſtentationem in Verbo quærunt, privati veritate, atque quæſtui habent pietatem. 1. *Tim.* 6.5. iis, ut ſoli auctoritate jurisdictionis ſuæ ſemper præfulgeant, odio fuit, ſi quis Politicorum mentionem Verbi Dei crebriorem faceret. Ideoque ſtatim clamabant, in alienam meſſem falcem mitti petulanter, quum tale officium non competat Politico, &c. Aſt facilis eſt reſponſio, quum verè Chriſtianis nō tantum mundana ſint parerga; ſed etiam quum jure univerſalis vocationis omnes credentes ſint Spirituales & SacerdotesDeo, *Apoc.* 1. *verſ.*6. *& cap.* 5. *verſ.* 10. gens ſancta, & populus proprietatis, propterea omninò quaſi ex jure hæreditario omnibus verè credentibus competit, ut virtutes Dei annuncient, 1.*Pet.* 2. *v.*9. ut adſidui ſint in Verbo Dei & ejus locutione nocte dieque. *Pſal.* 1. *verſ.*3. ut loquantur inter ſeſe Pſalmis, hymnis &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cantionibus Spiritualibus, &c. *Eph.* 5 *verſ.* 19 ut Verbum Dei abundanter habitet in cunctis, NB. Docendo & commonefaciendo ſeſe mutuò Pſalmis, &c *Colloſſ.* 3. *verſ.* 16. & 17. ut moneant inordinatos, conſolentur eos, qui puſilli ſunt animo, ſublevent infirmos, &c. 1 *Theſſ.* 5. *verſ.* 14. & *cap.* 4. *v.* 18. Inſignis eſt textus in *Ierem.* 31. *verſ.* 33. 34 quem omnes meminiſſe oportet. Nec tantum illis officium generalis vocationis in docendo & commonefaciendo competit; ſed etiam maximè iiſdem incumbit, ut vigilantes ſint obſervatores in omnem doctrinam & vitam moreſque proximi & membri cujuſvis in Eccleſia; ita tamen, ut omnia fiant in amore & charitate ſolida, ſi quem corripiant & redarguant, abſque invidia, odio, ira, calumniis & perſecutione clandeſtina aut aperta. *Matt.* 18. *verſ.* 15. Ipſe ait Chriſtus; ſi peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum. ſic *D. Paul.* 1. *Theſſ.* 5. *v.* 15. Videte ne quis malum pro malo cuipiam reddat: Sed beneficentiam ſemper ſectamini, tum inter vos mutuò, tùm erga omnes. Pacem colite inter vos. *ibid. verſ.* 13. Spiritum ne extinguite *ibid. v.* 19. Item, *Matt.* 24. *v.* 4. Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient ſub nomine meo, &c. Omnia explorate, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε; quod bonum eſt tenete. 1

*Theſſ.*

*beſſ.* 5. *verſ.* 21. Namque omnes vos ii lucis eſtis, ac filii diei: Non ſumus ɔctis, neque tenebrarum. Nempe igi- r *μὴ καθεύδωμεν*, ne dormiamus, ut liqui; ſed vigilemus & ſobrii ſimus; *id. v.* 5. 6. Item, *verſ.* 8. At nos, qui mus diei, ſobrii ſimus; induti thorace idei & *Charitatis*, & pro galea, ſpe ſa- tis. Item, ſermo veſter ſemper cum ratia ſit, ſale conditus, ut ſciatis, quo- odo oporteat vos unicuique reſpon- ere. *Coloſſ.*4. *verſ.*6. Ne quis adverſum ɔs rectoris partes ſibi ſumat, aut me- ım intervertat, in demiſſione animi & ıltu Angelorum, pedem inferens in ea, iæ non vidit, & temerè inflatus carnis iæ ſenſu. *Coll.* 2. *v.* 18. Filioli, nemo vos ducat. 1. *Ioan.* 3. 7. *Eph* 5. 6. Ideoque idete, ne quis ſit, qui vos deprædetur ɛr Philoſophiam, & inanem deceptio- em, ſecundum traditionem hominum; cundum elementa mundi, & non ſe- ındum Chriſtum. *ibid.* 2. *v.* 8. Iudicate ɔs quod aio, *κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι.* Et hriſtus ait; *Matt.* 7. *verſ.* 15. Cavete à ſeudoprophetis &c. Cavete Canes; ıvete malos operarios; cavete conci- onem. *Philip.* 3. *v.* 2. Et ne commer- ium habete, cum operibus illis infru- iferis tenebrarum; ſed potius etiam darguite. *Eph.* 5. *verſ.* 11. Inde etiam deò omnes Chriſtianos Epheſinorum omine ad armaturam Spiritualem con-

vocat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vocat, & eos his corroborari fortite[r] & ſanctè cupit: veluti ait: *Eph.6. v.10 11. & ſeqq. uſque 19.*

Quod reliquum eſt, fratres mei, corroborate vos per Dominum, & per forte ipſius robur. Induite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſu[s] inſidias diaboli, &c. Quare omnia facite, ait, abſque murmurationibus, ac diſceptationibus; ut ſitis irreprehenſi & ſynceri, Dei filii inculpati, in medio nationis pravæ ac perverſæ, inter quo[s] ſplendetis ſicuti luminaria in mundo, u[t] ſermonem vitæ conſervetis. *Phil. 2. 14 15. 1. Cor.* 14. per totum agitur, quomodo in conventibus publicis informationes publicæ exerceri ad invicem debeant; à quo modo admodum devii facti ſumus in Chriſtianiſmo, quod meritò pudeat omnes. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 11. Quapropter adhortamini alii alios & ædificate ſinguli ſingulos, &c. Deniq; omnes eſtote concordes, mutuo moleſtiarum ſenſu affecti, fraterna præditi charitate, ad intimam miſericordiam proni amici comitatis: non reddentes malum pro malo, aut convitium pro convicio ſed contrà benedicentes, ut qui ſciatis vos ad hoc vocatos eſſe, ut benedictionem hæreditario jure obtineatis. 1. *Pet.* 3. *v.* 8, 9. Eſtote igitur ſobrii & vigilantes ad orandum. Ante omnia autem charitatem alii in alios intenſam ha-

entes. Nam Charitas operiet multitu-
inem peccatorum, &c. Ut quiſq; do-
um accepit, ita alius in alium admini-
ret, ceu boni diſpenſatores variæ Dei
ratiæ. Si quis loquitur, loquatur ut
loquia Dei: Si quis miniſtrat, miniſtret
inquam ex viribus, quas ſuppeditat
Deus, ut in omnibus glorificetur Deus
er Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & im-
erium in ſecula ſeculorum. Amen.
*.Petr.* 4. *v.*7.8. 10 *&* 11.

Ita omnia, quæ faciunt in ædificatio-
em proximi & totius Corporis Chri-
ti, nuſpiam non ſunt cuivis vero Chri-
tiano etiam in Politica converſatione
eragenda, & pro uſu communi ſuſti-
ienda, quod ita firmiter approbat *Luth.*
*Tom.*2. *Ieu. fol.*244. dicens: hoc ita cer-
um eſt. Denuò, ut Chriſtianus quilibet
us & poteſtatem habeat, Verbum Dei
rædicandi non tantum, ſed etiam te-
eatur idem docere ſub pœna amiſſio-
is animæ, & favoris divini, &c. Sic
de facultate remiſſionis culparum vide.
*Matt.*18.*v.*35. *Matt.*6. *v.*14. *Matt.*5.
*v.*23.24 *&* 25. *Iacob.*5.16.

4. *Nonnè hinc ſacrum tollitur aut caſſatur prorſus Miniſterium Verbi; ſi cuivis Chriſtiano & Politico quoq; de Verbo Dei ubique agere licitum ſit?*

MAlignæ interpretationis proprium eſt, ut calumnioſiſſimè omnia ſub-
vertat,

vertat, præſertim ſi ad ſuum impenſi
ſe adſtringat commodum proprium. I
facilè avaritia & ambitio in maledice
tiam & ſuſpiciones quaſvis abripit mo
tales, ut non agnoſcas eoſdem eſſe. Pr
ſertim habitualiſtarũ hoc proprium e
ut nil niſi perverſum malitiæ extrem
exercere in bonos noſcant judiciun
Verum heîc omnino nihil præjudic
Miniſterio S. Verbi hoc, quod omn
credentes ſimul Sacerdotes vocentu
*Apoc.* 1. *v.*6. *&* 1. *Pet.*2: *v.*9. Eteni
Generalis vocatio omninò à ſe non ex
cludit, nec per naturam ſuam excluder
valet ſpecialem ſive ſpecificam; quùr
Genus inde ſuum eſſe habeat, quod con
tineat ſpecies; & corpus inde dicatu
corpus, quod per multa conſtituatur &
apta ſuæ compoſitionis membra. An ve
rò unum membrum conſtituere quea
corpus? *ait D. Paul.* Nonnè hoc abſur
dum foret?

Ideoque non niſi per meras calumnia
ejuſmodi captioſæ quæſtiones improbi
ut demonſtrent hac ſubverſione cuju
Spiritus filii ſint, confingunt & moven
Veluti idem in Phariſæis videre eſt
*Matt.*22.17. *Marc.* 12. 14 *& Luc.*20
*verſ.* 20, qui calumnioſiſſimè captioſan
hanc formabant quæſtionem, de cenſ
Cæſari dando. An licitum eſſet, au
non? Perverſus ſi quis ruinam techni
exquirat, ſimile quid facilè effingit

*Prom*

*Prout Spiritus ingenii aſtralis in malitiam inclinat, ſic ſua ſecum ſibi portenta creat, ſic loquitur, ſic ſentit, & omnia ſic judicat.* Qui Magiſtratui obſtrictus tenetur, fruſtrà talia quærat. Unde etiam Chriſtus hypocritarum illam gentē directè ad uſum monetæ ſuæ remittit. Quid quæſo igitur judicaret Chriſtus de tali Quæſtione? quâ quæritur; An Imperatori aut alii legitimo magiſtratui ſit parendum, vel non? An non reſponderet ritè & proprio eos refutaret exemplo, quod ipſe ſub Magiſtratu vixiſſet, & in terris ambulaſſet, ethnico & gentili? Nec tamen ethnicus ille magiſtratus tàm crudelis in eum fuit, quàm turba Phariſaica, & gens, quæ ſe Dei jactitabat populum, & nihilominus funditus ex terra deletum & morte deterrima Crucis ſublatum ipſum volebant; ſicuti id pertinaciſſimi in Dei Filio perfecerunt. Ita Phariſaicæ quæſtiones tales ut plurimum barbaram crudelitatem ſecum clandeſtinè important. Quamvis autem ſit notorium, & per ſe conſtet, quod fruſtrà heîc quæſtio talis formetur; attamen paucis ulterius pro confirmatione id erit expediendum, quod erat inceptum.

Et primo ex toto veteri Teſtamento ſatis abundè conſtat, quomodo Ordini ſacerdotali familiam totam Levi deſtinarit, & ad miniſterium ſacrum ſibi elegerit. *Exod.* 29. *verſ.* 44. *Levit.* 8. 18.

*Num.*

*Num.* 1. *v.*49.50. *&c.* ac quod officium ſanctitati vitæ eorum obtulerit. *Exod.* 30.7. *Levit.* 10. *v.*1.6, *&c.* & 21. 1. & 22.1. & 24.3. *Num.*3.10.& 4.5. & 10. 8. & 18. 1.7. *Deut.*20.3. & 21.5, *&c.* quibus & ipſeDeus pro hæreditate erat. *Num.* 18. 20. *Deut.* 18. 2. *Ioſ.*13. 14. Unde & eorum transgreſſio vitæ graviori pœnæ devovebatur. *Num.* 16. 1. *&c.* 1. *Sam.*2. 22. & 3. 13. & 1. *Reg.* 2.26. *Eſa.* 3. 11. *Ierem.* 2. 5. & 8.7. *Oſe.*4.6. *Malach.* 2. 1. & 8.1. Sic etiam ſuos Iehova miſit ad populum ſuum Prophetas extraordinariè,quoties cernebat ordinarios ſuos miniſtros deviaſſe à ſcopo veritatis,& Spiritum ſuum nequiter ſupprimi. Unde & ipſum ſtemma Levitarum præteribat prorſus,& ex genere paſtorum aliquos Spiritu prophetico donabat,ceu in Davide & Amos videre eſt, (*vide Am.* 7.) ut rubore confunderentur Ordinarii, quod in officio eſſent ita flaccidi, ſicut admodum gravi eſt querela toties de his in Propheti *Eſa. Hierem.& Heſek.* Deinde etiam ipſ Chriſtus de miſſione Miniſtrorum agit quod Pater mittat operarios in meſſem ac vineam. *Matt.*11.10. & 21. 34. 36 & 22.3.4. *Marc.*1.2.& 12.2.4.5. *Luc* 7.27. & 10. 2. quodque ipſe mittat diſcipulos & Sanctos ſuos. *Matt.* 13. 41 & 24.31. *Marc.*13.27. *Matt.*10.5.16 & 12.1. & 23.34. *Marc.*3.14.& 6.7

& 11

& 11. 1. & 14.13. *Luc.*9.2.52. & 10.
1.3. & 11.45. & 19.29.32. & 22.8.35.
*Ioan* 4.38 & 13.20. & 20.21. *Actor*.9.
17. & 22.21. & 26.17. & 1.*Cor*.1.17.
Inde tertio *D. Apoſt. Paul. ad Rom.* ait 10. *v.* 15. Quomodo prædicabunt, niſi miſſi fuerint? & 1. *Cor.* 12.29. de variis miniſtrorum donis agit, quæ miſſioni veræ teſtimonium expreſſum exhibeant, ita loquitur: Num omnes Apoſtoli? Num omnes Prophetæ? Num omnes Doctores? Num omnes interpretantur? Et 1. *Cor.*14. *ac Epheſ.* 4. *v.*12. ait: Deus dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, quoſdam Euangeliſtas, quoſdam Paſtores & Doctores in opus miniſterii ad conſummationē Sanctorum. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 12. Rogamus autem vos, fratres, ut agnoſcatis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & admonent vos. Sic etiam 1. *Pet.* 4. *verſ* 8. ait Apoſt. Si quis miniſtrat, miniſtret tanquam ex viribus, quas ſuppeditat Deus.

Duo autem ſunt maximè, quæ unumquemque in officio tali complent miniſtrum Eccleſiæ, Doctrina Verbi ſana, & vita in pietate omni exemplaris, veluti hæc egregiè *D. Paul. in Epiſt. ad Tim. et Tit.* deſcribit. Inprimis admodum notabilia ſunt. 2. *Tim.* 4. *verſ.* 2. *et ſeqq.* Prædica ſermonem illum: inſta tempeſtivè, intempeſtivè: argue, objurga, ex-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

hortare cum omni NB. lenitate & do
ctrina. Namque erit tempus, quum ſa
nam doctrinam non tolerabunt; Sed au
ribus prurientes, ipſi ſibi ſecundum ſua
illas cupiditates NB. coacervabunt Do
ctores: & à Veritate quidē aures aver
tent, ad fabulas vero divertent. At t
vigila in omnibus, perfer injurias, opu
perage Euangeliſtæ: Miniſterii tui ple
nam fidem facito,&c. Quomodo autem
hoc fiat, id ſuperius *cap.* 2. *verſ.* 14. i
poſuit: Suggere hæc illis (ut fidi ſin
obteſtans coram Domino, ne de Verb
pugnent, quod nullam adfert utilitatem
imò auditores ſubvertit. Stude teipſu
probatum ſiſtere Deo operarium, q
non erubeſcat, & qui Verbum Verit
tis rectè ſecet. Item *verſ.*22. Iuvenil
autem cupiditates fuge: ſed ſectare j
ſtitiam, fidem, charitatem, pacem cu
iis, qui invocant Dominum ex puro co
de. Stultas autem & ineruditas ill
quæſtiones rejice, ſciens illas gigne
pugnas. Servum autem Domini no
oportet pugnare, οὐ δεῖ μάχεσθαι; Se
placidum eſſe erga omnes πρὸς πάντα
aptum ad docendum, tolerantem malo
cum lenitate erudientem eos, qui co
trario animo ſunt affecti.

Egregia certè Idea heîc deſcribitu
in vero & Vivido Eccleſiæ miniſtr
quem non decet ullas aut verbis aut fa
cto concitare pugnas, ne ſolvatur vi

culu

culum pacis, quod in unitate Spiritus per Charitatem ubique conſervandum & tenendum eſt in toto Chriſti Corpore, uti monet *D. Paul Eph.* 4. *verſ.* 1. *et ſeqq.* Singula ejus membra compellans: Hortor itaque vos ego, vinctus in Domino, ut ambuletis ita, ut dignum eſt Vocatione, qua vocati eſtis cum omni ſubmiſſione, ac manſuetudine & animi lenitate, tolerantes vos invicem per charitatem; ſtudentes ſervare Unitatem Spiritus per vinculum pacis. Unum corpus & unus Spiritus, quemadmodum & vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una Fides, unum baptiſma, unus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Verùm unicuique noſtrûm data eſt gratia juxta menſuram donationis Chriſti, &c. in ædificationem Corporis Chriſti; donec perveniamus omnes in unitatem Fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenè adultæ Chriſti, &c. Igitur perversè improbus ſit, qui Miniſterium Verbi tollere velit. Sed manendum eſt in terminis, juxta *D. Paul.* 1. *Corinth.* 14.

CAP. VII. Præcogn.

## De fundamentali Conſtitutione Veræ Politicæ.

1. *An igitur fundamenta Politicæ veriora non rectius quàm ex S. Scriptura deſumi poſſunt?*

QUùm proprium hominis officium in eo unicè ſubſiſtat, ut ſe in omnibus vitæ actionibus, & potiſſimum in converſatione communi ad voluntatem Iehovæ conformet in ejus regno & regimine, neceſſum quoque eſt, ut id in Politica doctrina agnoſcat, quæ nullatenus rectius, ſi ſaltem veram, & non à Voluntate Dei deviam expetamus, poterit conſtitui, aut concipi, quam ex ore ejus, qui ipſum eſſe, vitam, & ſpiraculum ejus dedit.

2. *Poteſtne hæc ulterius probari ſententia?*

QUamvis ſint, quibus hæc ſententia nimis adverſa & dura videatur; atque eò ipſo ſatis luculenter oſtendant, cujus Spiritus filii ſint: tamen, ut eo mitiores ſe veritati adſuefacere diſcant ex ipſa naturæ evidentia declarationem

prom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

promptiorem talis carnaliter ſenſitivis depromemus. Etenim nemo ita planè atopos eſt, qui non vel ſenſu id dictitante percipiat, quod fons & origo lucis ſemper tenebris ſit præſtantior & amicabilior, quum ſint contrariè ſibi invicem oppoſita? An non Lux adventu ſuo & ſplendore ſtatim tenebras omnes tollit? Quis adoptaret magis vivere in tenebris, quàm in luce? Inde Rex David, ait: Penes te, Iehova, fons eſt vitæ vividæ; & in luce tua cernimus lucem. *Pſal.* 35. 10. Quare etiam omnem veræ vitæ viam in Iehovæ ſui benignitatem deponit, nec ab alio Doctore magis in tota vita ſua cupit erudiri, ceu dicit: Bonus & rectus eſt Iehova; idcirco docet peccatores viam. Facit, ut manſueti ex jure ejus incedant, & docet manſuetos viam ſuam. Omnes ſemitæ Iehovæ benignitas & fides ſunt, cuſtodientibus fœdus ejus & teſtimonia ejus. *Pſa.* 25. *v.* 8, 9. *et* 10. Si Doctorem & quis Ductorem in omni via Iehovam habere poſſit, quur non potius hunc, quàm hominis cœcam ſequamur rationem aut vanitatem Ethnicorum, qui Deum prorſus ignorant verum? *Gal.* 4. 8. An nos ille ſeducere queat, qui Auctor eſt ſui plaſmatis? An ille nos in tenebris rejiciat, qui ipſe lux eſt, & Lucem diviſit à tenebris? *Gen.* 1. *v.* 4. Qui animam ex ipſius Lucis principio produxit, an ille



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vitam ejus tenebricoſam expetat? Quur fœderis ſui Verbum nobis dedit & aperuit? Quur Spiritum ſuum dedit nobis, ut ille nos renovet in novo homine animi interni, *Eph.* 4. 23. & nos ducat in omnem veritatem? *Eph.* 1. 17. *Ioh.* 14. *et* 17. Sed anima miſera, quum ſe magis Spiritui mundi in ratione ſua, quàm Spiritui Dei deſtinet, in amoris ſui fœdas regeritur tenebras, & ita reflectitur obſtinatè, ut ſaltem cœcæ rationis vias pro ſemita & teſtimonio Iehovæ ſeligat. Proinde ſacer ille *Phil. in lib. de tripl. vit. c.* 17. omnes revocando à talibus erroribus mortales, ritè ſic inclamat.

Chariſſimi mei filii, quæſo, patiamini hoc, ut rectius informemini. Vita quidem hæc externa (in lapſu Adamico) Spiritui mundi hujus in ſuum conceſſit dominium, ut inde terrena appetamus, &c. attamen Anima, ceu ex lucis Principio cordi indita, non ita nudè in externa mole habitat ſaltem; ſed poterit reverti in Verbum & voluntatem Domini, ſi Spiritui Chriſti ſe ſubmittat potius. Dura eſt admodum animæ conditio, dum externa corporeitate captiva ducitur: Voluntas ejus in externum hoc egreſſa eſt, ubi continuo imprægnationem ejus concepit in externo regimine; atque ita externum illud regimen ſe animæ penitus inſinuavit, propter quod tamen Deus inhibitionem ſuam homini

impo-

mpoſuerat, ne ille terrenis ſe imaginatione ſua immiſceret, aut fructus & vires terrenas appeteret, velut neque iis ulla indigebat in parte, quum in Paradiſo viveret, & ibi Paradiſiaco veſceretur cibo, abſque ulla indigentia, neceſſitate & morte. Veluti Deus quodam modo in terris habitat, ac terra eum minus ſentit, nec eum comprehendit; ita quoque homo in terræ matrice potuiſſet habitare, & tamen animæ eſſentia manſiſſet in Deo, atque animæ voluntas, eidem cibum divinum attuliſſet. Verùm ſi jam ſit inverſus, anima ex Centro Naturæ nutrimentum ſumit aut cibatur, & externus Spiritus ex terra comedit. Quod ſi vero anima ſe convertat, & voluntate ſua in amorem Iehovæ regreſſum ſuum ſumat; tunc ex Verbo Iehovæ nutrimentum ſuum quærit & accipit, ut *Chriſt. ait Matt.* 6. Externum autem corpus comeſtionem ſui nutrimenti ſumit ex benedictione Dei terrena. Namque ubi anima eſt benedicta, tunc quoque Iehova benedicit corpori externo. Quippe Anima tunc induit cœleſte corpus intus, quod inhabitat Adamicum vetus; unde ejus cibus & potus benedictionem nanciſcitur, atque omne, quod talis homo ſuſcipit aut ſubit actione ſua, ac poſſidet, mirabili benedictione ipſi augetur adeo, ut nulla ratione id poſſit aſſequi. Sed in pietate eidem labores ſunt ſub-

eundi & opera quævis ſuſcipienda, quum propterea in hanc vitam externam ſit conſtitutus, ut mirabilia Dei ſuis artibus & operibus in lucem protrahat.

Omnes ſtatus politicæ vitæ ordinationem Iehovæ repræſentant : ceu unusquiſque mirabilia Dei operatur. Proinde ſi modo anima, juxta voluntatem Iehovæ, in ejus manum & amorem deponat, tunc protinus Corpus in Dei mirabili benedictione vivit, nec amplius Iehovæ diſplicet in quovis labore, quemcunque etiam pro cibo & victu acquirendo ſanctè ſuſcipit. Vita hæc igitur externa in tribus hæret regiminibus. Vnum ſtellæ & aſtrales influentiæ ſibi vendicant. Alterum eſt elementare in 4 partibus, velut in 4 Speciebus cum Igne, Aëre, Aqua, & Terra. Tertium eſt Iehovæ: quia Spiritus Dei incumbit aquis ſuper Capſula Matricis. Quicunque igitur hominum Iehovæ confidit firmiter cum Dav. ps. 31. nec cor ſuum penitus rationi concredit deditum, ille ſemper in quovis momento Spiritũ Dei creatorem habet ſibi & ſuis rebus. Ille in Verbo Fiat ſemper degit, & feliciter in eo operando laborat, quod ipſius animæ & corpori indefeſſam benedictionẽ adglutinat adeo, ut & foris & domi ubique in opere & munere ſit beatus. Quodcunq; ſic inde ſuſcipit, id Spiritus

Dei

Dei benedictione ſua adauget, omnia ipſi procurando. Et quomodo hæc ita non fiant, quum anima ipſius corpore interno induta ſit? Quomodo ille poterit externũ hoc deſerere corpus, quod mirabilia ejus detegere tenetur? In omnibus rebus beatus eſt, ſi modo id agat, quod non ex falſo corde profluat nec amorem Dei ac dilectionem proximi infeſtat. Ac ſi quis ſaltem lapides colligat, eoſque in mare projiciat, nec eo labore proximum offendat, ſed ſaltem victum in eodẽ ſibi ſincerè quærat, tunc rem itidem gratam Deo præſtat non aliter, ac ſi ſacram rem perficiat aliquis homo ſacer in cathedra. Namque quorſum Deus indigeat labore? Homo liberam habet voluntatem, ita ut in quovis opere ſe oblectare poſſit; quodcunque ipſi placuerit.

Omnia in mirabilibusDei repoſita ſunt quæcunque homo ſuſcipit. Paſtor Suum æquè ipſi gratus acceptuſque eſt, ac Doctor aliquis, ſi modo in terminis probitatis ſe contineat, & in voluntateDei recumbat fideliter. Simplex in eadem utilitate ipſi prodeſt, ac ſapiens. Namque ſapientia niſu utitur in regimine, & ſimplici opere ædificat ſuum opus. Omnes ejus ſunt operarii in mirabilibus ſuis. Quisque exercet ita vocationem ſuam, quà tempus vitæ tranſigat. Simili loco omnes habentur; nihilominus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

mus ſaltem Spiritus mundi dignitates ſuas in iis diſtribuit, juxta potentiam ſuã; veluti Spiritus Dei in cœlis: ubi non minus diſcriminatim officia habentur juxta donorum diſpenſationem Spiritus, quibus induta anima ex potentia divina. Sic etiam cuique ſua dignitas in cœlo & formoſitas cum ſplendore prælucens; ſed omnia in pari amore & charitate mutua. Quiſque Angelorum & Animarum exultat in alterius potentia & formoſitate. Veluti flores terræ ad invicem nihil ſibi invident, licet unus altero ſit jucundior odore & formoſior; ſed amabiliter inter ſeſe vigent, & alter alterius virtute afficitur: Ac quemadmodum Medicus varias inter ſe commiſcet herbas, ubi unaquæque ſuas vires medicamenti uſui communicat, ut ægroto proſint: Ita quoque omnes, quotquot ejus ingredimur voluntatem, Deo acceptiſſimi ſumus: omnes ejus agro inſiti ſumus. &c. Hactenus ille

Quod ſi igitur in agro Dei heic nobis eſt tranſigenda, quur ejus nos ſubtrahemus voluntati? Quur ſtulti in quavis actione ejus Verbi doctrinam & ductum jucundiſſimum repudiamus? Non certè adeo dura & prærupta calles hæc eſt Dei, ſicuti nobis fruſtra imaginamur, præſertim quum ipſe Iehova viæ ſuæ veſtigia monſtrare cotidiè cupiat. Si dubitas, iterum omnium Regentum opti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ptimum Davidem audi ſaltem, qualem
bi heic fingat quæſtionem, & quale re-
ponſum det. Pſal. 25. v. 12. Hæc
ſt ejus interrogatio univerſalis. Quiſ-
am ille eſt, qui verè Iehovam timet?
pſe Iehova (reſpondet) Doctor huic e-
it, monſtrando optimam viam. Sic u-
icè optima via eſt, quam Iehova do-
et in hac vita, non alia.

*Quomodo vero viam ſuam nos docet Iehova?*

PEr Spiritum ſuum Sanctum, quando
eum nobis mittendo donat, & ſuper
nos effundit, ut ipſe teſtatur toties. *Eſa.*
44. *v.*3. Spiritum meum in ſemen tuum
effundam, & benedictionem meam in
poſteros tuos. It. *Eſa.* 42. *v.* 2. Ipſi
dedi Spiritum meum: Ipſe jus inter
gentes diſperget. *Ezech.* 39 *v.* 29.
Namque ipſe Spiritum meum in domū
Iſraelis effudi, dicit Iehova dominus
It. *Ezech.* 36 *v.* 26, 27. Atque ego
vobis novum cor & novum Spiritum in
vobis dabo, & cor lapideum ex carne
veſtra tollam, reſtituamque vobis cor
carnis (cœleſtis). In vos deponam Spi-
ritum meum: ac tales ex vobis efficiam
homines, qui in præceptis meis ambu-
lent, Iuraque mea ſervent, & ea pera-
gant, It. *Ezech.* 11. *v.* 19, 20. At-
que vobis cor unanime dabo, & Spiri-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tum novum in vos deponam, & cor i
lud lapideũ ex corpore veſtro aufera
ac carneum cor reſtituam, ut in me
ambulent ſtatutis, ac Iura mea ſerven
eademque peragant. Atque ſic illi m
us erunt populus, Egoque ipſorum er
Deus. Illis autem qui ſecundum pr
prias cordis opiniones & abominatio
nes ambulant, in ſuum caput actione
refundam, ait Iehova Dominus *v.* 21
& 12. Ib. *Eſa.* 31. *v.* 33. 34. Ego præ
ceptum meum in cor eorum inprimam
& animo eorum inſcribam: ac ipſi e
runt populus meus, atq; Ego ero Deu
eorum. Sic etiam *Exod.* 28. *verſ.* 3. &
31. *v.* 3. Illi ſapientis cordis ſunt, quo
implevi Spiritu Sapientiæ &c. Verum
qui hoc Spiritu donari cupiunt, neceſ
ſe eſt, ut iidem cor lapideum, perti
nacisq; animi & proprii ſui amoris vo
luntatem ac opiniones exuant, & uni
cè Spiritus hujus voluntati ſeſe ſubmit
tant in plenum obſequium; alias Ieho
vam in nullo politico ſtatu habebunt
Deum.

4. *Quis autem eſt ille Spiritus, per quem Iehova voluntatem ſuam cordibus noſtris inſcribit?*

IN ſeculo hodiè tàm perverſo prorſus immerſi vivimus miſeri, in quo Spiritus Sanctus omninò fermè pro ludibrio habe-

ibetur. Imò in quo etiam ſunt, qui non
ntum corde toto eum repudient ac fa-
is negent; ſed quoque adeò blaſphemi
eum exurgant, ut penitus eundem ex
rbe expulſum aut exulatum cupiant,
uùm illi nullam in operationibus ſuis
elinquant efficaciam, ac propriis vano-
im habituum ſuorum viribus ac ratio-
is profanæ Libertati carnalitatique ſuæ
mnem adſcribant ſapientiam & forti-
idinem in rebus agendis. Unde tanta
nalignitas extremæ proterviæ paſſim
pud mortales cernitur, ut toties coti-
iè Iehovæ noſtri verba & querelam
cerrimam inſuſurrari mihi videar; uti
*Dominus Gen.* 6. *v.* 3. gemitus hos edit:
Homines nolunt amplius à Spiritu in-
ormari aut caſtigari meo: quia Caro
unt; id eſt carnali perverſitati, & diabo-
icæ vitæ ſe prorſus deſtinarunt; ut no-
int, nec poſſint in ulla reſipiſcere pœni-
entia cordis veri, atque ita ad me per
Spiritum meum in Chriſto & nova in-
erni hominis creatura reverti, ut pec-
cata maneant irremiſſibilia cuivis. *Matt.*
12. *verſ.* 31. *Ideoque pernicies noſtra nos
am ante fores expectat, nec erunt anni plu-
res moræ alicujus, qui non homines in mali-
tia tanta confundant cotidie, veluti toties
antehac id prænunciatum eſt, & ipſe furor
belli, in Turba magna concitatus, idem aper-
te demonſtrat, quod Deus in nobis Ethnicos
ſuos tam ferventer perſequatur, non Chri-
ſtianos.*

*ſtianos.* An non potius ethnici ſumus, quàm Chriſtiani? Negat quis hoc?

Sed ne ſis neſcius, ô homo, quis Spiritus ſit, quem Iehova tam paternè nobis communicatum ſemper cupit, & quo ſe nobis omni tempore ita promptum exhibet; noſcas hoc, non eum eſſe Spiritum Mundi, aut hujus Univerſi in aſtrali ſuo regimine: Sed juxta *Eſai.* 11. *v.* 2. 3. Spiritum Domini, qui eſt; Spiritus Sapientiæ & intelligentiæ: Spiritus Conſilii & fortitudinis: Spiritus cognitionis & timoris Domini, &c. Spiritus ex centro æternæ Naturæ omnia nobis proferens dona: Spiritus vividus Chriſti, quem nobis merito ſuo & itione ad Patrem promeritus eſt *Ioan.* 16. 7. 13. Spiritus veritatis. *Ioan.* 14. *v.* 17. qui nos inhabitare ſanctè cupit, & per quem docemur atque informamur ita, ut non tantum omnes Iehovam agnoſcamus, tàm parvuli quàm magni, velut Iehova ipſe dicit, *Ierem.* 31. *v.* 34. Sed etiam in Chriſto beatè vivamus undique, & planam incedamus viam. Unde David ita anxiè petit, ut ab hoc per terram ritè poſſit duci, & placitum facere Iehovæ *Pſal.* 143. Doce me facere placitum tuum, & Spiritu bono me deduc per terram planam. Per eundem quoque Spiritum Arcana Iehovæ piis pateſcunt, ut idem David id docet, *Pſal.* 25. *verſ* 14. Arcanum Iehovæ apud eos eſt, qui ipſum timent:

Et

Et Fœdus ſuum illis cognitum reddit. Unde etiam tàm intente ſemper animum & oculos ad Iehovam reflexos tenet: dicens: Oculi mei jugiter ad Iehovam reſpiciunt *Pſal.* 25. *v.* 15. & *Pſal.* 143: *v.* 8. Notum fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad Te tollo animum meum. Ita quiſque ſapiens & verè Chriſtianus non Spiritu Dei in hac vita expetet unquam ullibi vivere, in quacunq; converſatione externa, ac ut in ea veram ſemper teneat pietatis callem, Fœdus & teſtimonium Iehovæ in adſiduo conſervabit adſpectu, ne damnabilis fiat in vita ſua Politicus, & ex gratia Iehovæ ſemetipſum turpiter excludat.

*5. Sed quodnam Fœdus & teſtimonium Dei heic dicis, quod in omnibus vitæ politicæ et Chriſtianæ actionibus ſequi nos oportet?*

ILlud omne repoſitum eſt in Chriſto & ejus imitamine. Etenim per hunc Fœdus æternitatis, *Gen* 6.18. & 17.13. *Levit.* 24.8. & vitæ ſolidæ nacti ſumus: Unde quoque ejus Teſtimonio unicè allegati tenemur, ita, ut in ea conformitas totius vitæ noſtræ conſiſtere debeat. Atque certè hoc eſt, quod Iehova Pater cœlitus nobis tàm ſanctè imponit omnibus, quando ſic inclamat ſingulos: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi

benè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

benè placitum eſt: Hunc audite: *Matt.* 3. 17. & 17. 5. *Marc.* 9. *Luc.* 9. Ideoque Chriſtus etiam in voluntate Patris vixit unicè, & complevit omnia, ut in eadem nos ſecum ducere & Patri ſiſtere poſſit juſtos ſua juſtitia veſtitos, atque in ſe regeneratos, ceu apertè id teſtatur. *Iohan.* 5. *v.* 30. Non quæro voluntatem meam; ſed voluntatem ejus, qui miſit me, id eſt Patris: Veluti etiam Sapientes Iſraelitarum graviter in hoc culpat, & reprehendit, quod aliundè, quàm ex ipſo quærant Teſtimonium ſuum; dicens. *Ioh.* 5. *v.* 33. 34. &c. Vos miſiſtis ad Iohan. & is dedit Teſtimonium Veritati. Ego autem ab homine teſtimonium non capto: ſed hæc dico, ut vos ſervemini. Ille erat lucerna ardens & lucens: Vos autem voluiſtis pro momento ſaltem ad ejus exultare lucem. Aſt ego majus habeo teſtimonium, quàm Iohan. Opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut conſummatione perficiam; ipſa (inquam) opera, quæ ego facio, teſtantur de me, quod me miſerit Pater. Et Pater, qui miſit me, ipſe teſtatus eſt de Me, &c. At ſermonem ejus non habetis in vobis manentem: quia non creditis huic, quem ipſe miſit. Vos perquiritis ſcrutinio Scripturam: quia putatis, quod vitam æternam in ea habeatis: Atque ipſa eſt, quæ de me teſtatur, nec tamen ad Me pervenire cupitis ut vitam accipiatis. Non ego ab homi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

nibus honorem mihi quæro, &c. *verſ.* 42.

Ita longiſſimè à veritate ut aberrent, neceſſe eſt, qui ab invicem à ſeſe in vitæ cultura omni dependent, abſq; Chriſto, & teſtimonio ejus, quod de voluntate Patris ſui nobis revelavit, qui ipſi etiam omnem auctoritatem & poteſtatem propterea in omnem conceſſit ac tradidit carnem. *Ioh.* 17. *v.*2. Ex qua ſimul plenipotentia judicium extremum in omnes potentiſſimè cum juſtiſſima exercebit executione *Ioh.*5.*v.*27. Quapropter omnes paſſim homines, ſint cujuscunque velint, conditionis in Politica hac vita, ex factis & actionibus ſuis plenè judicabit tunc, ſi non fideliter in Veritatis ſuæ via ab ipſo præſcripta ambulaverint juxta Voluntatē Patris; quùm tamen in eo etiam omnis vis fundamentalis vitæ Politicæ repoſita ſit.

*5. In quonam igitur conſiſtit Veritatis ejus vis, & ambulatio viæ, quam omnibus tenendum ad voluntatem Patris præſcripſit Chriſtus?*

HAud opus eſt, ut in longis ambagibus nos diu heîc detineamus, aut in vanitatibus profanis nosmetipſos nimis anxiè captivos cœci ducamus. Si non ſtulti oculos ſtudio occludamus, obviam nobis fit ſtatim vis ea Veritatis jucun-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

diſſima & amabiliſſima, quæ ſe quatuor litteris continuo ad primum nobis adſpectum manifeſtat, ſatis clarè depicta quidem; ſed nihil magis expetit, ne ita in ſynceritate ſua nudè derelicta quæratur, quàm ut cordibus noſtris in vero & pio ardore poſſit aduniri & inſcribi. In ea enim adunitione fideli nobiſcum unicè omnia acquieſcunt, & tunc firmiſſimi muniminis, arcis, turris ac valli inſtar ubique nobis permanet; Imo & Pacem in Iuſtitia undique cum ſalute ſu[a] nobis ſociam conſtanter addit.

*7. Sed quodnam eſt illud 4. litterarum Vocabulum, quod in tanto compendio omnem vitæ Politicæ curſum comprehendit ſimpliciter?*

NIhil certè aliud eſt, quàm quod ipſ[e] Iehova in Verbo ſuo tàm ſedulò & ſanctis inculcat ſemper præceptis, & i[n] quo nos unicè ſemper conjunctiſſimo ad ſe per Filium pertrahere laborat, n[e] in ullum odium, invidiam, iram & ſimilia vitia incidamus; diciturque convenientiſſimè *Amor*, ſive *Charitas* aut Dilectio. Non verò eſt amor ille, quem omnes homines vulgariter ex Libidin[e] carnali, juxta prædominium Spiritu[s] mundani & affectuum, ſibi erga quod[vis] objectum concitare, & inde ſibi coadu[-] nitionem carnalem juxta faſcinata[m] cord[...]

cordis pravitatem appetere ſolent. Ceu
ſunt qui cum in furorem quoque aut ra-
biem variis cantilenis,pro pruritu veſa-
no irritando, pelliciunt, quibus & ipſo-
rum Poëtarum figmenta & ſcripta ve-
nenata abundare legimus. Sed apage
hinc cum tali impuritate cordis carna-
lis. Heîc diviniorem & puriorem quæ-
rimus, quem *Paul. Tim.* 1. *v.* 5. ἀγάπην
dicit, & σύνδεσμον vinculum pacis
*Eph.* 4. 3. ac τὸ τέλος τῆς παραγγελίας
facit, ἐκ καθαρᾶς καρδίας: quod ſit finis
mandati & *Charitas ex puro corde, ac con-
ſcientia bona, & fide non ficta.* Charitas
enim iſta (ait 1. *Cor.* 13. 4.) iram cohi-
bet, benigna eſt, non invidet: non agit
perperam; nec inflatur: Non agit inde-
corè; nec quærit, quæ ſua ſunt, οὐ ζητεῖ
τὰ ἑαυτῆς: non exacerbatur; Non cogi-
tat malum: Non gaudet injuſtitia, gratu-
latur autem Veritati: Omnia ſuffert;
omnia credit, omnia ſperat, omnia to-
lerat; nec unquam deſinit, &c. Amor
iſte tanto fervore & ardore puro &
ſincero in Deum fertur, ut Verbum ejus
ac Nomen omni auro puro & argento
præferat. *Pſal.* 119. Chriſto & Spiritui
ejus totum ſe committit, nec quid ſui
cauſa primariò reſpicit; ſed in Deo &
vita integra proximi acquieſcit peni-
tus. Ideoque etiam Fide & ſpe major
prædicatur à *D. Paul.* 1. *Cor.* 13. *v.* 13.
velut quoque dicit: *Quod ſi linguis homi-*

*num loquar, & angelorum, Charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens:* Et ſi habeam prophetiam, ac noverim myſteria omnia, omnemque ſcientiam; & ſi habeam omnem Fidem, adeò, ut montes dimoveam *Charitatem autem non habeam, nihil ſum.* Et ſi inſumam alendis egenis omnes facultates meas, ac ſi tradã corpus meum ut comburar; Charitatem autem non habeam, nulli uſui ſum, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. 1. *Cor.* 13. 1.2.3. Ita in pio & integro Cordis amore erga Deum & homines omnia continentur, quo in unitate Spiritus convenimus, quum ſit Vinculum non tantum Pacis *Eph.* 4. *verſ.* 3 ſed etiam perfectionis. *Coll.* 3. 14. Non tantum eſt τεκμήριον & vera nota vitæ æternæ 1. *Ioh.* 3. 14. Sed etiam ipſe Deus eſt ἀγάπη ac Charitas. 1. *Ioh.* 4. *v.* 8. Unde nec ille Deum noſcere poteſt, qui non eſt ἀγαπῶν, id eſt, in dilectione vivit. ibid. nec verum electionis poſſidet fundamentum. *Eph.* 3. *v.* 17. *Ioh.* 13. 34 & 15. 10. Quid igitur tanti amoris Charitatis dulcedine majus, quum unde in Pace tali ſe oblectare geſtiat, ad qualem Deus ipſe nos vocavit. 1. *Corint.* 7. *verſ.* 15.

8.

8. *An verò non Amor iſte & Charitas Chriſtiana potius ad Ethicam quàm Politicam pertinet?*

AMoris veri & Charitatis proprium eſt, non ut in ſe acquieſcat, quùm amore ſui nihil magis Idololatriæ propinquius, ex quo totius mundi corruptela in converſatione communi exoritur: Sed ut ex ſe progrediatur quidem, non tamen ſe extendat ad aliud quod objectum, quàm Deum & proximum. Aliàs enim amoris vanitas varia eſt in mundo. Ideoque illud ſcitiſſimum eſt, quod Amor Dei tunc ingrediatur, quando amor creaturarum exit. Si quis enim mundum diligat, in eo non eſt Patris amor, dicitur, 1. *Ioh.* 2. quùm amor divinus inſtar Solis, imò ipſo Sole univerſalior ſit erga omnes homines æqualiter affectus, ac proinde extra culpam. *Charitas igitur Dei & proximi una eſt, & divelli nequeunt:* nec Charitas Dei manifeſtior fit magisque conſpicua, quàm per amorem proximi 1. *Ioh.* 4. & *Arnd. in Ver. Chr. lib.* 1. *cap.* 24. Quamvis autem Ethices doctrina, ut vulgariter & ſatis inquinatè traditur, vix aliudquid noſcat, quàm Amorem ſui & mundanum, ac quomodo in appetitu naturali ſit iſte cohibendus; tamen nec ſic ſatis quid ritè explicat, quâ ratione verum exerci-

tium in pietate vivida apud proximu inveniat. Veluti omnes ethicos nil aliud paſſim decantare audias, quàm ill profaniſſimum: Proximus ſum egom mihi; & Iterum hoc, *quod ordinata Cha-ritas incipiat à ſemetipſa; quo communi converſationi in vera Politia nihil mag contrarium eſt*; quùm nihil aliud quære in homine quem doceat, quàm ſem-ipſum amando; & lucrū ſuum ſibi co-ponendo. At contra Politica, quæ rè Verbo Dei nititur ita amorem in pub-cum prodire jubet, ut non ea quær, quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt proximi. *Cor.* 10. 14. & *Phil.* 2. 4. Etenim Ch-ritas non tantum nullo malo proximu afficit, *ut ait Paul. Rom.* 13. *verſ.* 10. il etiam adimpletio eſt Legis divinæ. ib. Imò Αγαπὴ & Charitas Chriſtiana, monitum Chriſti & præceptum ej, longè altius ſupra legis impletionem extendit; quando inquit: Sed vobis co, qui auditis; Diligite inimicos v-ſtros: benefacite iis, qui oderunt v: Benedicite iis, qui devovent vos, & p-camini pro iis, qui vobis ſunt infeſ. *Matth.* 5. 44. *Luc.* 6. 27. 28. Et pro vultis, ut faciant vobis homines, v etiam facite iis ſimiliter. Quod ſi en diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vo erit gratia? Nam & peccatores dilig eos, à quibus diliguntur, &c. *Luc.* 6. *Matt.* 4. 7. Eſtote igitur vos perfecti,

Pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

'ater veſter, qui in cœlis eſt, perfectus
:ſt: *Matt. ibid.* 48. Hæc ſanè Chriſtus
ion ſaltem Ethico cuipiam, ſed omnibus
imul mortalibus imponit, & maximè
jui vitam degunt Politicam in conver-
atione communi; velut etiam omnem
iuc tendere Scripturam dicit. *Matt.*
9.19. & 22.39.40. *Marc.* 12.31. *Luc.*
10.27. *Iac.* 2.8. *Levit.* 16.19.

Ac ne quis heîc ſibi ullam in officii ſui
illa profeſſione exceptionem confingat,
d propriam quemvis conſcientiam re-
undit, ut in hac ſe examinet, quid ſibi
ieri expetat, in qua regula & Legem &
'rophetas conſiſtere *ait. Matt.* 7. *v.* 12.
*Luc.* 6.31. En, habes heîc ſummam nor-
næ, methodi, compendii & epitomes
ujusvis doctrinæ, quæ in facti & cordis
ntegritate fundata eſt.

Iehova enim factores Verbi ſui, non
nutiles & vanos auditores, ſpeculatores,
uæſtionarios, diſputatores, cõmentato-
es, aut gloſſatores expetit. Aliàs enim
aut omnes, qui dicunt Domine, Do-
nine, introibunt regnum cœlorum; Sed
jui faciunt voluntatẽ Patris mei. *Matt.*
7.21. Si hoc ſciatis, beati eſtis, ſi facia-
is. *Ioh.* 13.17. Effectores eſtote Verbi,
ion auditores ſolum, falsè ratiocinando
lecipientes vosmetipſos, &c. *Iac.* 1.22.
23. Si verò quis heîc nolit ritè ſequi, in
:um meritò ſibi Politica coactionis ſpe-
ciem arrogat, quùm regiminis vis in eo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

conſiſtat, ut eum compellet, qui
Amore vero nil peragere velit, &c.

## CAP. VIII. Præcog.

## De facilitate in addiſcend
## Vera Politica.

*1. An non nalis Politicæ praxis noſtra exuperat vires?*

DUra quidem ſatis, & fortè nin rigida videtur illis, qui carnis bertati aut potius ſervituti ſe ſtrenuè dedicarunt, ut Spiritui huj mundi prædominio in affectibus pra nihil prorſus derogatum velint; ſed men non ita impoſſibilis eſt, ut facili te careat ſua, modò fundamentum, qu à Politicis aliis ita planè derelictum demus, paulo attentius obſervare ha gravemur. Etenim quid volenti po eſſe difficile, qui ſe non ſaltem pror imitationi Chriſti abnegaverit?

*2. Quodnam autem illud eſt praxeos Po ticæ fundamentum?*

UT ſapiens architectus ritè quærit ponit ædificationis ſuæ fundame tum; ita quoque Politices veræ ſtudioſ
mer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ierito de eo ſollicitus eſt. Verùm uni-
erſale fundamentum totius vitæ huma-
æ quodnam ſit, ſupra dictum eſt, & D.
aul. id luculenter docet 1. *Cor.* 3. 11. &
2. Nam fundamentum aliud nemo po-
ſt ponere, præter hoc, quod poſitum
t, quod eſt Ieſus Chriſtus. Quod ſi quis
perſtruit ſuper hoc, aurum, argentum,
pides precioſos, ligna, fœnum, ſtipu-
m, cujuſque opus manifeſtum fiet. Iſtud
nidem fundamentum ſemper immobile
anet omnibus, & qui in hoc radicati
on ſunt, quicquid ſtulti ædificabunt, id
renæ ſuperimponent, id difflabit fa-
lis ventus, uti ipſe monet *Chriſt. Matt.*
. 26. attamen particulariter cuivis ap-
icatum fundamentum eſt illud, quod in
haritate & Amore paulo antè monſtra-
mus; ex eo certè aureum ſibi conficiet
lificium vitæ. Atque quod duo hæc
ombinari facilè queant, ipſe Chriſtus
parte ſui omnes mortales ad ſe placi-
ſſimè invitando declarat, dicens *Matt.*
1. v. 30. Venite ad me omnes & diſci-
ex me, qui onerati eſtis, &c. quia ju-
m meum facilè eſt, & onus meum le-
. Sic etiam à parte noſtra Charitas
nnia nos facile docebit. Hæc enim eſt
haritas Dei, ut præcepta ejus obſerve-
us, & præcepta ejus non ſunt gravia.
. *Ioh.* 5. 3. Si gravia non ſunt præcepta
ei, & fundamentum non adeo à nobis
ngiuquum abeſt, ſed nobis inhæret



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

potius; quur quiſque igitur ſibi ipſi titum creat onus? Error ſanè eſt ſtultrum craſſus.

3. *Unde autem error iſte tantæ diffcutatis exurgit Politices ſtudioſis?*

EX cœco amore ſui & nimio mun
Qui enim Carnalitati ſuæ libert
concedunt furorem, illis omnia adve
ſunt, quæ ad veram in Chriſto pietate
conducant: Unde etiam iiſdem diffic
lima videntur & duriſſima, quæ amo
mundano & carni non inſerviunt.

4. *At quomodo ab eo errore revocantur homines?*

NOn profectò rectius, quàm ut am
rem profanum & vanum hunc mu
do & carni noſtræ eripiamus, ac in ſa
ctum convertamus, unicè & ſolumm
do Chriſtum, exemplumque ejus in ſa
cto imitamine reſpiciendo, & arden
corde fovendo. Quod ſi ſic carnalem a
petitum tecum mortificaveris, ut ait
Scriptura & Spiritui mundi penitus
ſubducere tentaveris; facilius nihil da
poteſt, quin ea lætus lubentiſſimè per
cias, quæ ad gloriam Chriſti, inque ej
regno ad veram conſervationem vit
omnis faciant, etiam juxta Politica
converſationem. Namque ante omni
hc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

hoc eſt ſemper unicè intendendum, ut amore tuo toto tecum verè Chriſto & Verbo ejus poſſis implantari, habeasque ejus ſermonem intus in te habitantem, 1. *Ioh*. 5. 38. Sic nihil quoque tibi erit difficile factu; ſed eris vir ſapiens ille qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. *Matt*. 7. *verſ*. 25. Alias nec noſces eum, nec ſpeciem illius videbis, 1. *Iohan*. 5. *verſ*. 37.

*5. Sed quomodo quis poterit Chriſto & Verbo ejus implantari?*

ID omnium optimè docet *D. Iohan. 1. Epiſt*. 1. *v*. 7. Quod ſi in luce ambulemus, ſicut ipſe Chriſtus eſt in luce, communionem habemus cum eo mutuam, &c. Si igitur velimus ipſi implantatos dici, neceſſum eſt, ut communionem cum eo habeamus. Communio autem talis non aliundè eſt, quàm ex coadunitione, quæ fit, ſi animus ritè conjungatur cum aliqua re, ita ut ejus vividam in ſeſe repræſentet ſpeciem, cui adſimilari cupit: atque ſic poteſt etiam dici, quod veram ejus rei habeat cognitionem.

Cognitio enim talis nihil aliud eſt, quam congruentia mentis cum objecto, quæ vividè id exprimere ſemper & ubique poſſit, ſi velit. Si etenim rem non poſſit exprimere aut in factum producere,

cere, cujus conceptum ſibi attribui cognitionem atque communionem eju nondum verè & vividè ſecum obtinet Ideoque *dicit Ioh.*1. *Ep.*1. *v.* 6. Si dixerimus, nos communionem habere cum Deo, & ambulamus in tenebris, mentimur, nec ſyncerè agimus. *Sic & cap.*2 *v.* 4. *ait:* Qui dicit, Novi eum, & mandata ejus non ſervat, mendax eſt, & in eo non eſt Veritas. Nemo enim aliquid verè cognoviſſe poteſt dici aut per veram cognitionem rei implantatus, niſi rem cognitam in vividâ exprimat Specie; alias mendacii reum convincit ſcientem. Ita quoque ſi vis Chriſto verè implantari, ejus ſpeciem exprimere facto teneris, aliàs manebit tibi hiſtorica talis cognitio, quam juxta litteram externam conceperis, Verbum mortuum, nec habebis Chriſtum & ejus ſermonem in te habitantem: Ceu *ipſe dicit. Matt.*7. *v.*27. 1.*Ioh*, 2. 5. 6. & 7. Qui ſervat ſermonem ejus, Verè in hoc Charitas Dei adimpleta eſt: Per hoc ſcimus, nos in ipſo eſſe. Qui dicit, ſe in illo habitare, debet, prout ille ambulavit, & ipſe ambulare. Et vetus eſt hoc mandatum, quod habuimus à principio. Atq; ita non tantum res eſt facilis, Politicam vitam omnem & ejus Doctrinam ad nutum Chriſti & ſermonē ejus conformare; ſed etiam ex Mandato hoc ejus undique ſeveriſſimo habemus.

CAP.

## CAP. IX. Præcogn.

# De Plenitudine & Perfectione Doctrinæ Politicæ.

1. *Num poteſt ita totius Politicæ conſtitutio, ex S. Scripturis plenè haberi?*

QUoad ea fundamenta, uti jam dictum eſt, omnino; quum perfectio S. Scripturæ id ſatis demonſtret. tenim nihil eſt in Verbo Dei neglectum, juxta fundamenta interna, quod d conſervationem vitæ hujus neceſſaiam, & promotionem ſolidam æternæ aciat. Veluti D. Paul. id expreſsè atteatur *Actor.* 20. 27. dicens: Non ſubterugi quidquam, quò minus vobis omne onſilium Dei annunciarem. Sic & *Pſal.* 9. 8. Lex Domini perfecta eſt, convertens animas: Teſtimonium Iehovæ fidee, ſapientiam præſtans parvulis. Item, . *Tim.* 3. *v.* 16. Utilis eſt ad docendum, d arguendum, ad corrigendum, ad eruliendum in Iuſtitia, ut perfectus ſit hono Dei, ad omne bonum inſtructus. tem, 1. *Ioh.* 4. *v.* 6. Ex hoc cognoſcimus Spiritum Veritatis & Spiritum erroris. *Pſal.* 119. 104. Verbum tuum me ſapientem reddit; inde omnes vias falſas odi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

odi. Ac Lucerna eſt pedibus meis & lumen ſemitis meis. Chriſtus ait, *Ioh.* 15. 15. Omnia quæ à Patre meo audivi, nota feci vobis. Inde Canon & regula eſt omnis divinæ veritatis. *Deut.* 4. 2. & 12. 32. *Eſa.* 8. 20. & 1. *Tim.* 6. 3. *Gal.* 6. 16. Deus Lux eſt, ait Ioh. & tenebræ non ſunt in eo, 1. *Ioh.* 1. *v.* 5. Ideoq; in tenebris ambulant, qui luce hac in Verbo ſuo non utuntur. Ibid. Sic & *Mich.* 6. *v.* 8. Dictum eſt tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Iehova à te expetat, videlicet Verbum ſervare Dei, & exercere Charitatem, & humilem te præbere coram Deo tuo. Sic nec ullibi ab eo deviandum eſt. Unde *Deut.* 5. 32. Cuſtodite & facite, ait Moiſes, quæ præcepit Dominus Iehova vobis: Non declinabitis neq; ad dextram, neque ad ſiniſtram. Ibid. 12. *verſ.* 32. *Proverb.* 30. 5. Sic etiam undique Prophetæ in Bibliis & viri Iehovæ tàm Reges, principesque cum conſiliariis ſuis, & univerſo ſenatu, quàm ſubditos in vitæ actionibus cunctis reprehendunt, corriguntque, ac hiſtoriæ varia producunt exempla vitiorum & virtutum, ut nuſpiam non ea ſint legenda per totam S. Scripturam, quæ ad vitam piam in converſatione mortalium faciant, unde plenam colligere queas doctrinam Politices. Imo ſummus Politicorum & Sapientiſſimus Rex Salomon in *Proverb.* *cap* 8. Sophian ſuam Iehovæ ad omnes

morta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ortales & præſertim Chriſtianos aut
otius verè renatos ita producit ut alli-
at, miro ad ſe quemvis clamore & in-
amatione , nec non invitatione ſupra
odum blandiſſima.

. *Quænam vero eſt ea blanda ad ſeſe invitatio Sapientiæ Salomonicæ , et quomodo ea ſeſe habet?*

VOs, ô viri præſtantes, inclamo, &c.
Audite, *inquit*, nam præſtantia elo- ,,
iar, &c. Intelligite , &c. Iuſti ſunt ,,
nnes ſermones oris mei, nihil eſt in ,,
is contortum aut perverſum, illi om- ,,
es ſunt obvii prudenti , & rectè iis ,,
ui conſequntur ſcientiam : Accipite ,,
ruditionem meam, ac non pecuniam ,,
: ſcientiam potius quam aurum ef- ,,
oſſum lectiſſimum. Nam melior eſt ,,
pientia carbunculis, & omnia oble- ,,
amenta non poſſunt æquari ei. Ego ,,
um ſapientia, cohæreo prudentiæ, & ,,
ientiam ſummæ ſolertiæ præſentem ,,
abeo, Reverentiam Iehovæ, odium ,,
ali : faſtum & elationem , viamque ,,
ali, denique os perverſitatibus dedi- ,,
m odi. Meum eſt conſilium, & quic- ,,
uid eſt, mea eſt prudentia, meum ro- ,,
ur. Per me reges regnant, & domi- ,,
atores decernunt juſtitiam. Per me ,,
rincipes gerunt principatum, & in- ,,
enui omnes judices terræ . Ego ,,

aman-

amantes mei amo, & ſtudioſè quærentes me inveniunt me. Divitiæ & honor penes me ſunt, ſubſtantia perdurans & juſtitia. Melior eſt fructus meus auro effoſſo, & quidem purgatiſſimo, & proventus meus argento lectiſſimo. Per iter juſtitiæ deduco, per medias ſemitas juris, efficiendo ut poſſideant, amantes mei id quod eſt, denique theſauros eorum impleo. Iehova poſſidebat me principio viæ ſuæ ante opera ſua, ante ullum tempus. Ante ſeculum inuncta fui, ante principium ante primordia terræ. Quum nullæ eſſent abyſſi, edita eram, quum nulli eſſent fontes graves aquis. Quum nondum factum eſſet ut montes demerſi incumberent terræ, ante colles edita eram. Adhuc non fecerat terram, aut rura: imò principium, pulveres orbis habitabilis. Quum aptaret cœlos, ibi eram, quum ſtatueret ambitum in ſuperficie abyſſi, Quum fortificaret ſuperiores nubes supernè, quum roboraret fontes abyſſi, Quum imponeret mari ſtatutum ſuum, & aquis, ne transgrediantur præſtitutum oris ipſius; quum ſtatueret fundamenta terræ. Cùm itaque ſim apud eum, educans, & ſim deliciæ quotidianæ lætificans coram eo omni tempore, lætificans in orbe habitabili terram eju, atque delitiis meis filios hominum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

hnc igitur filii auſcultate mihi: be- „
a enim ſunt qui vias meas obſervant. „
idite eruditionem & ſapite, & ne „
s abſtrahite. Beatus homo qui au- „
ultat mihi, ſedulò inſiſtendo foribus „
eis quotidie, obſervãdo poſtes oſtio- „
m meorum. Nam qui conſequitur „
e, cõſequitur vitam, ut provehit be- „
volentia à Iehova. At qui peccat in „
e, vim facit animæ ſuæ: omnes oſo- „
s mei amant mortem. „

Inſignis & plusquam illuſtris iſte lo-
s eſt, atque exquiſita ipſius Sapientiæ
vinæ invitatio, qua omnes ad ſe accer-
, quã meritò meminiſſe cotidiè opor-
t, qui veræ prudentiæ in Politicis ſunt
udioſi. Cui cor ſapit, ait idem *Salomon*
*p.* 10. *verſ.* 8. *Proverb.* is admittit præ-
pta; Cui verò labra deſipiunt, vapula-
t. Qui bona fide graditur, tutò gradi-
r: Qui verò perversè ſe gerit, depre-
endetur, &c. Ideoque hoc unicè agen-
um, ut ſanum huc adferas intellectum,
on eum, qui omnia in malignam abri-
at interpretationem. Sapientia hæc
Verbum Dei cuncta tibi ſuggerit,
uæ ad Politicum faciant inſtitutum
omnibus, ſi ſcopum ejus ritè at-
ndas.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 3. *Num igitur nuſpiam in Politicis à Verbo Dei deviandum eſt?*

SApientia hominis, extra S. Scripturam, ſtultitia & vanitas merito dicitur, quum non ad vitam, ſed mortem ducat, ſi reſpicias metam ejus. Omnis enim Sapientia, cognitio & eruditio, quam homo extra VerbumDei & ſine ejus ductu ſibi acquirit, non ad Deum, ſed ad mundum ducit, nec ex Deo, ceu vero Sapientiæ fonte manat; ſed alios ſibi fodit fontes in hominis cœca ratione, Spiritu mundi, & creaturis extra Deum. Me fontem, ait Iehova, vivum derelinquunt, & fodiunt ſibi hinc inde ciſternas, &c. *Ier.* 2. 13. Perverſæ imaginationes longè abſunt à Deo. *Sap.* 1. 3. Sic ex gentili illa Philoſophia, quam vulgo ſic venditant, quid boni inde exurgat, niſi perpetuæ anxietatum & diſputationũ in ſcrutiniis dubiis latebræ? Proïnde dicit *Salom. Sap.* 9. 6. Etiamſi quis perfectus ſit (in Sapientia vana) inter filios hominum, nihili tamen æſtimandus eſt, ſi ſit ſine illa Sapientia, quæ venit ex Deo. *Item, verſ.* 14. *&* 15. Mortalium cogitationes incertæ & fallaces ſunt, &c. *Pſal.* 49. *verſ.* 14. 15. Hæc ipſorum via (qua quiſque ſemetipſum in ſuo proprio quærit commodo & prudentia ſemper) mera ſtultitia eſt: Iacent in inferno velut oves,

oves, & ipſorum gloriatio perit. *v.* 20. Ideoq; ſequuntur parentes ſuos, & nunquam ad lucem perveniunt. *Bar.* 3. *v.* 11. 12. 13. Queî ſit Iſrael, quod inter eos computaris, qui deſcendunt in infernũ? NB. Hæc ſcil. cauſa eſt, quod dereliquiſti fontem Sapientiæ: Si permanſiſſes in viis Domini, perpetuo in Pace habitaſſes. Sic & *v.* 27. & 28. talia habet & ſimilia, &c.

*4. Num vero nihil in Politicis ſic deſideratur, quod ad ejus conſtitutionem hoc tempore faciat?*

QUod ad fundamenta interna attinet nihil deſiderari aliud debet aut poteſt: At quoad externos mores hominum, quum tanta ſit diſſimilitudo gentium & tam fervens undique libertatis carnalis ſtudium omnium, ut ubique homines ſemper in vitiis & criminibus ſuis luxurient, inde cujusvis conſtitutio Reipubl. internè quid particularius in mediis diſciplinarum adornandis requirit. Itaque diſtinguendum eſt heîc inter actiones hominum, & conſtitutiones mediorum externorum. Actiones imperantium & ſubditorum non ex alio fundamento, quàm amore vero elicienдæ ſunt nec edendæ, ſi ſaltem pietate niti velint. Conſtitutiones vero mediorum externorum pro ratione hominum &

 tempo-

temporum circumſtantias alias in diſciplina melius obtinenda admittunt. Tum etiam in Verbo Dei non omnium artificum inſtrumenta & modi quid conficiendi in qualibet arte determinantur; quum hæc ex induſtria artificis & ejus labore dependeant, ac ejus ingrediantur manuductionem, quam experientia ipſi dictitat cotidiana. Sic quilibet artifex ſui artificii inſtrumenta, & modum in iis ſe exercendi, ac inde artificium conficiendi ſuum, non ex S. Scriptura petit, ſed id pro ratione ſubjecti, loci, temporis, &c. ſibi comparat, inque regulas ſuæ artis deponit, ac in eo ſe exercet, ut *ſup. c.7. q.2.* id explicatum eſt quodammodo. At ſi ſcopum eum intendat, qui malus ſit, & Dei gloriæ adverſus, aut fundamentum internũ Dei relinquat, regni Chriſti filius aut membrum amplius eſſe nequit, quum Deum repudiet ſecum. Sic quoque Iſraelitæ repudiabant Iehovam, quum ab ipſius Reipub inſtitutione recederent, & fundamentum aliud in externis quærerent, ceu ipſe Iehova *ait* 1 *Sam.* 8. 8. & 12. 12. Tam facilè in his peccatur quidem; ſed ſi mediorum uſus in externis particularia plura exigat, nec pietati & dilectioni proximi repugnent, ab aliis quoque talia peti, & modis applicari ſuis poſſunt, ut inferius mox pluribus patebit.

CAP.

## CAP. X. Præcogn.

# De Adminiculatione aliorum in Politica Doctrina, quomodo & quouſque admittenda.

1. *Annè igitur præter S. Scripturam aut Verbum Dei alii quoque admittendi ſunt auctores Politici?*

Qui veri & pii ſunt doctores Politici ab hac inſtitutione non quidem ſunt excludendi, ſed ita tamẽ, ſi ea doceant & inculcent ſuis præceptis, quæ nihil à Sacra Scriptura dicant aut ponant alienum. Superius enim hoc ex Verbo Dei monuimus, quod ea ſint admittenda, ubique, quæ cum Verbo Dei conſentiant. Quippe huic quæ propiora ſunt, eadem quoq; veriora manent. Quæ autem vel parum ab hac via recedunt, ſtatim falſa inferunt axiomata, etiam Chriſtianiſmum non amplius ſapiunt. Quamvis plurimi ſint, qui de Politica conſtitutione integra conſcripſerint ſuperiori tempore ſyſtemata; tamen maxima cautio eſt adhibenda in talium lectione & cognitione, ne temerè ex inconſulto in Ethniciſmum à pietate juſta deviemus aut prolabamur,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quod ubique S. Scriptura ſedulo nobis inculcat. Et quur non potius ab ipſo Auctore vitæ & animæ noſtræ ea petamus, quæ nobis in doctrinis proſint & viam veræ vitæ ac ſalutis monſtrent, quàm ab iis, quos in tenebris ambulaſſe ſuis ſatis liquido conſtat? An non etiam omnis homo mendax toties in Sacra Scriptura proclamatur, ſi vel minimum à præceptis Iehovæ aberret? Quis rectius nos ducat, quàm qui Sapientiam æternam Patris ſui cœleſtis ex ſinu ejus nobis adduxit & revelavit? *Iohan.* 14. Novimus enim certi, quod ſola Veritas Iehovæ in æternum duret *Pſal.* 119. Quapropter optimo ille nobis præivit labore ſuo qui Triumphum Biblicum in talibus diſciplinis egregiè conſignavit, quùm abſque Verbo Dei nemo verè Sapiens, doctus, aut eruditè prudens dici queat. Si quid ſolidi in doctrina tali quæras, ad Verbum Dei in veritatis ſancto amore, ut te recipias undique, neceſſe eſt.

2. *An verò non quid doctrinæ Politicæ aut alii adjiciendum eſt, quod non expreſſè in Verbo Dei contineatur?*

SI Chriſtus fundamentũ ſolidum ſemper maneat, & omnia ex vera vividaque Charitate & amore, regulæ aut normæ indiſruptæ loco profluant, ut ædificatio juſta in omnibus rectius obſervetur,

r, pro honeſtatis & ſalutis externæ ra-
one facilè quid adjici poterit ſalubri-
tis, quod commodo ſit tempori, & di-
iplinæ neceſſariæ inſerviat. *Charitas*
nim ædificat, *ait D. Paul.* 2 *Cor.* 8 & 1.
*rinth.* 14. 12. Omnia ad ædificationem
ant. Item, ad *Phil.* 4. *v.* 4. 8. & 9. De
ætero fratres, quæcunque ſunt vera:
uæcunque pudica: quæcunque juſta:
uæcunque ſancta: quæcunque amabilia:
uæcunque bonæ famæ: Si qua virtus:
i qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, &c.
æc agite, &c. Ubi expreſsè D. Paul.
am libertatem ſuis diſcipulis concedit,
t ea facilè poſſint auctione grata ex-
endi, quæ ad diſciplinam faciant, ſi tales
reſpiciantur fideliter conditiones, quas
bi adiecit. Uti etiam ipſe Chriſtus *id
docet Matt.* 23. *v.* 3. quando non impro-
bat ea, quæ ex Moſis Cathedra ab ipſis
Phariſæis & Scribis ſive doctoribus pro
informatione mortalium docentur; Sed
ſedulam eorum præcipit obſervantiam,
modo non imitentur eorum facta, quùm
aliud docerent, aliiſque præſcriberent,
aliam vero in cõmuni vita praxin oſten-
tarent, dum humeris aliorum ſatis one-
roſa talia imponebant, quæ ipſi ne qui-
dem minimo digitulo tangere ſtudebãt
niſi quoad exterius ſpendorem pro au-
ctione auctoritatis præaltæ ipſis adjice-
ret: ceu hodiè id paſſim quoque in uſu
creberrimo eſt, ubi tãta carnalitatis pro-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cax ſecuritas in petulantia viget & f
vet. Memorabilia ſunt verba Chriſti
æterna applicatione noſtratibus &
bis digniſſima: In cathedra Moſis ſed
Scribæ & Phariſæi. Proinde omnia, q
dixerint vobis, ut obſervetis, obſerv
& facite: Sed ſecundum opera eoru
ne facite. NB. Dicunt enim & non
ciunt. Ligant enim onera gravia di
ciliaque portatu, & imponunt hume
hominum: digito autem ſuo nolunt
tingere. Omnia vero opera ſua faciu
ut ſpectentur ab hominibus,&c. Si i
poſitiones tales, quæ ex officio publi
Moſis proficiſcebantur ab iis, qui tam
intus pleni ambitionis, avaritiæ, rapi
& intemperantiæ erant, ædificationis
concordiæ publicæ causâ ſervandæ tu
fuerunt, ad juſſum Chriſti, qur nõ etia
ob honeſtatem externam in diſcipli
publica retinendam Magiſtratus boni
Politici Conſultores pii, pro nata reru
morum, diſſolutæ vitæ, proterviæqu
coercendæ occaſione, moderamina ju
vitiis & coercitiones ejusmodi mort
lium adjiciant in doctrina Politica &
regiminis arte?

An non id cotidiè in adſiduo uſu ha
beri cernimus à nauclero quovis? Sco
pum enim curſus ſui dum quidem obſer
vare tenetur, interim tamen tempeſtat
de ſubito exortâ, ne pereat in medii
undis, miris modis ſæpius ſuum flecter

ite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ir & retinacula cum velis dirigere
gitur, ut abſorbitionem fluctuum, ſco-
los & vertices, vertigines ventorum
uarumque & vadoſa loca cautiſſimè
itare queat, ac tandem metam naviga-
onis aſſequatur. Sæpius tamen interim
im in labore eſt, Iehovam in corde
rat, & in pietatis exercitio firmo om-
a prudenter dirigit. Proinde etiam *D.*
*ul.* 1. *Cor.* 10. *v.* 31. cotidiano victui
em applicans, undiq; gloriamDei præ-
ppoſitam loco regulæ vult, dicens: Sive
itur editis ſive bibitis, ſive quid faci-
s, omnia ad gloriam Dei facite. Sed
loria hæc in Charitate conſiſtit. Nam
haritas ex Deo eſt, *ait* 1. *Ioh.* 4. *verſ.* 7.
uisquis diligit, ex Deo natus eſt, & no-
it Deum. Imo *verſ.* 16. Deus eſt Cha-
itas: & qui manet in Charitate, in Deo
nanet, & Deus in eo. Inde, qui diligit
atrem ſuum, in luce manet, & offendi-
ulum non eſt in eo. 1. *Ioh* 2. *v.* 10. Ex
oc fonte promanare debent omnia,
liàs fixum & firmum permanet Chriſti
ffatum. *Matt.* 5. *v.* 20: Niſi abundave-
it veſtra Iuſtitia, plus quàm illa Scriba-
um & Phariſæorum, nequaquam ingre-
ietis regnum cœlorum. Quare multo
ninus temerè nos ethniciſmo immer-
ere & fœtidè commaculare debemus,
uum facilè faſcinent talia animos con-
irmatos, multo magis teneros: ubi Da-
vid Rex id ſuis exprobrat Iudæis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Pſal.* 106. *verſ.* 35. Commiſcebant ſe cum gentibus, & diſcebant opera ſive mores earum.

## CAP. XI. Præcogn.

## De Auctorum diſtinctione & ſelectione in Politicis.

1. *Quinam autem habentur Auctores Politici inter mortales potioris nominis?*

IN duplici aut potius triplici ſunt tales differentia. Aut enim, alii uſu, aut ſcriptis, aut uſu & ſcriptis ſimul in doctrina Politica prævalebant. Nã Principio, quum arbitria principum pro legibus eſſent ut ait Iuſtinus, propriam & peculiarem ſibi eam habuerunt, quum non tàm præceptis in formam artis redactis, quàm ipſis rebus gerendis expreſſerunt, qualis fuit extra Eccleſiam Sanctam Nimrodus, Ninus, &c. apud Græcos Pericles Epaminundas, Solon, Socrates, Licurgus, &c. apud Romanos Numa Pom pilius, Fabiu Maximus, Catones, Scipiones, Lœlius, &c. In Eccleſia Ioſeph *Pſal.* 105. *verſ.* 21. & 22. Daniel & alii plures. Qui vero uſum cum ſcriptis edebant, erat Moyſes, David, Salomõ, Nehemias, Eſdras, &c. in Eccleſia.

Inter

Inter Scriptores vero cõmuniter juxta excellentem gradum, palmam omnibus præripuit Plato, qui ob divinam ſingularis doctrinæ inventionem, ingeniique vim ſacratiorem merito divinus ab antiquitate celebratus fuit. Veluti & ideam Reipubl. triplici, imo & quadruplici modo, præ cunctis Ethnicis, perfectiorem concipere auſus fuit, quaſi ipſe in multis imitator Chriſtianiſmi ſyncerus fuiſſet. Etenim tanti (quod admiratione ſummâ dignum eſt) amoris & Charitatis fundamenta ubique ponit, ut nihil niſi amorem ſcire aut noviſſe & practicari in cunctis vitæ mortalis actionibus & politia ſua velit. Unde apparet, & ipſa quoque ejus ſcripta ſacratiora teſtantur, longè aliud quid divinioris conſtitutionis illũ ſapuiſſe, quàm propter malitiam hominum, (quàm exemplum Socratis innoxiè ob veritatis divinæ ſtudium indefeſſum è medio ſublati, ipſi ante oculos vigeret) depromere apertius auſus eſt. Etenim educatus in Schola ſilentiaria Myſteriorum & verioris Philoſophiæ Ægyptiorum, in qua Abrahami, Iacobi Ioſephi & Triſmegiſti inter ſecreta maximè florebat ſophiæ, longè diviniora & ſublimiora præ cunctis ſapiebat.

Sed perverſitas mortalium & Idololatria nequitioſa Ethnicorum ex diaboli inſtinctu non poterat lucis clarioris perferre ſplendorem. Ideoque fruſtrà

eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eum in Ideis purioris intelligentiæ ſu
Stagirenſis ille Ariſtot. Philoſophia ſ
terminali tam atrociter paſſim ex inv
dia oppugnat. Ideæ enim mentis div
næ, de quibus toties agit Plato divin
longè aliud quid intendunt, quàm Stag
renſis ille ſua animali id potuit aſſequ
locutione, quod rectius hodiè Chymi
noſtri & Magiæ Sacræ cultores, nec no
veræ Philoſophiæ ſtudioſi exprimer
noſcunt. Rempubl. autem exactiorem
quùm juxta normam amoris divini i
mortalium cœtu expeteret, eam quoqu
aliquot perfectionum gradibus adornar
voluit, ut clementius & verius judiciur
*Heiderus in Polit. ſua doctr.* de diverſ
conſtitutione talium Rerumpubl. ferat
quàm elementari illi philoſophiæ addi-
cti ſolent, qui ne quidem corticem re-
rum lambere noſcunt in aſtrali eruditio-
ne ſua. Moris enim (ait Heid.) eſt in om-
nibus diſciplinis, ut Ideæ quædam, &
perfectæ rerum formæ, ſpecies, effigies,
imagines & exemplaria, quæ non repe-
riuntur in rebus ſingularibus, ſed in plu-
ribus diſperſæ ſunt, & quaſi diſcerptæ,
colligantur in animis artificum, & ita
conjunctim deſcribantur, &c. Sed tan-
tum de Platone divino hac vice. Hunc
ſecuti ſunt Xenophon, Æſchines, velut
& Laërtius meminit, quod Ariſtoteles
aliquot Politicos conſcripſerit libros.
Quos ſecuti ſunt plures. Inter Latinos
primus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rimus fermè fuit Cicero; qui expreſsè e Republ. ſcripſit, cujus fragmenta ſalem ſuperſunt; Veſtigia quoque ejus reolent Iul. Cæſaris commentaria, quos lii non pauci exceperunt, quos inter ræcipui ſunt Plutarchus, Seneca, Valeius Maximus, Tacitus, &c. In propioibus autem ſeculis maximus ſe exeruit numerus talium ſcriptorum, qui potius nominis claritatem quam rei tàm eximiæ veritatem ſequi, exceptis paucis, ambireq; viſi ſunt. Inter quos ſunt tranſlatores, & interpretes, item commentatores & gloſſatores dogmatici ac Quæſtionarii varii. Nec tamen omnes plenè quid conceperunt; Sed multi ſaltem partem ſibi abſcindere ex tam diffuſa materia geſtierunt, prout gloriæ & commodi ſui ratio quemque ducere poſſet. Inter tranſlatores non ultimum ſibi vendicant locum, Argyropylus, Perconius, Turnebus, Lambinus, &c. velut & uberiorem interpretationem ſibi vendicarunt, Donatus Acciacolus, Lern. Aretinus, Thomas Aquinas, Petrus Victorius, Sepulveda; Montecatinus, Camerarius, Zwingerus, Giphanius, Caſus, &c. Inter ſcriptores autem, qui plenam Politices materiam pertractare ſtuduerunt præcipui habentur, Franciſcus Patricius, Io. Bodinus, Petr. Gregorius Tholoſanus, Thomas Morus, Lamb. Danæus, Iacob. Semancas Epiſ. Pacenſis, Herm. Kirchnerus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rus, Theoph. Golius, Barth. Keckermannus, Althuſius, Otto Caſmannus, Philip. Hoenonius, El. Setzerus, & qui ejus veſtigia ſequitur Arniſæus, Schonbornerus, Chriſtoph. Beſoldus, Wolfg. Heiderus, Michael Piccartus, Iacob. Bonnitius, Clemens Timplerus, Ioh. Crugerius Carolus Scribanus, Ioh. Roterus, Ioh. Gerhardus, Reinhard. Koningius, Ioachim, &c. Inter omnes tamen abſolutiſſimum opus conſcripſit Adamus Conzius, quod variis illuſtravit Stephanus, Henricus Volſtemius, Ioh. Avenarius, Iacob. Middendorpi, exemplis hiſtoricis. Sunt etiam præterea, qui de Politicis materiis particularia conſcripſerint opera, in vario genere, ceu ſunt tractatus de officio magiſtratus & Principis educatione, informatione, & doctrina, Eraſmi Roterodami, Conrad. Heresbachii, Hieronymi, Oſory, Vincentii Caſtellani, Iuſti Lipſii, Machiavelli, Marci Antonii, Naltæ, Fr. Patricii, Sebaſt. Foxii, Ioh. Ioviani Pontani, Franc. Petrarchæ, Phil. Beroaldi, Raphel. Volaterani, Iacob Wimphelingii, Ioh. Sturmii, Lelii Zechii, &c. De Iure eorum publico & Majeſtatico, ac Territoriali, Matthiæ Stephani, Henrici Boceri, Andreæ Kinchii, Richardi Dieteri, Thomæ Michaelis, Iohan. Nordermanni, Tob. Paurmei. Dan. Ottonis, Dom. Arumæi, Sixtini, And. Petr. Wolfrunii, Eriſidelii, Eberh. Wehii, Franc.

Roſelli,

Roſelli, Chr. Mingii, &c. De urbibus, Iohan. Boteri, Matthei Dreſſeri, quem imitatus eſt Petr. Bertius, Abrah. Suarii, &c. De Aulis & aulicis, Hippolit. de collibus, Balth. Caſtalionis, Henr. Petræi, Wilh. Inſulani, Eberh. à Weihe, qui ſe Durum de Paſcalo tum vocabat. De Tyrannis Stephani Iunii, &c. de Fœderibus: Waremundi ab Ereabergii, Sap. Gentilis, Dom. Arumæi, Gryphiandri, Remigii Feſchii, &c. de formis Rerump. & ſtatu earum Phil. Ioh. Treutleri, Ioh Iacob. Vintheri, Henr. Bruningii, &c. De Iure ſubditorū, Anonymi, Ioh. Henſleri, &c. De Lege Regia, & Capitulationibus, Thomæ Lanſii, Bernh. Reneccip, &c. De pace & bello Beſoldi, Hug Grotii, Henr Boceri, Pet. Syringii, Ioh. Henſleri, Alber. Gentilis, Eliæ Scroderi, &c. De Comitiis Dom. Arumæi, Bernhardi Bertrami, &c. De nobilitate, Ioſ. Noldeni, Petr. Fritrii, Sinibaldi Ubaldi, &c. De conſiliis, Conſiliariis, & Aſſeſſoribus Frid. Furii, Hippol. de Collibus, Georg. Windheri, Caſpari Panſæ, &c. De peregrinatione, D. Loyſii, &c. De legationibus, Franc. le Vayr, Octav. Magii, Scip. Gentil. Herm. Kerchneri, &c. Sic & de variis materiis diſputationes congeſſerunt: Alii Quæſtiones varias conſarcinant, ut Stephan. Iun. Avenar. Velſten. Machiav. Bozius, Clapmarius. Melch. Iun. Ioh. Gethard. &c. Alii Aphoriſmos

&

& Obſervationes colligunt Politicos ſine ordine; quod facit inſigni labore D. Chockier, Franciſ. Guicciardinus, Georg. Richterus, Iohan. Balencius, Michael. Piccartus, Iuſt. Reifenbergerus, &c. Denique ſunt etiam varii auctores, qui peculiariter ſingulis Rebuspl. Regnis & Imperiis ſuam propriam applicationem conſcripſerunt, velut Iohan. Roſinus de Rep. Rom. & D. Petr. Scriv. nuper auctores minores edidit ejus, Petrus Bembus de Republ. Venet. Caſpar. Contarenus, Ioh Cottovicus, &c. quorum comparationem explicavit Guerinus Piſo Soacius; De Republ. Helvet. Ioſias Simlerus, &c. De Regn. Gall. Bodin. & Ioh. Latius, De Polonia Mart. Cramerus. De Anglia varii inter quos Thomas Smitius compendium edidit; De Imperio Turcico Lonicerus, Levendavius, Nicolaus Honiger, Salomon Sweiggerus, &c. De Scotia, Iohan. Leſlaſus, de Moſcovia L. Bar. Herberſteinius, & M. Boxhornius, &c. De Imperio autem Rom. Germ. plurimi egerunt, uti Ioach. Chitenius, Schonborn, Ottonius, Koningius, Arumæus, Reinkingius & alii, qui pro dignitate ejus quoque ſplendiſſimè plurima conceperunt, ut impoſſibile ſit paucis talia comprehendere, & omnes enumerare auctores; quum eorum numerus cotidiè creſcat.

2. Quum

*2. Quum tot ſint varii auctores Politici qua methodo ſua conceperunt ſcripta & quo ordine ſunt cognoſcendi?*

NImis ampla eſt hæc quæſtio, & plurima continet, quæ alibi rectius explicantur, quum acre exigat judicium mentis. De methodo ſaltem hoc verum eſt, quod quiſq; propè ſui ſequatur conceptum & diſpoſitionem ingenii; licet in eo quàm plurimi conveniant, quod ex finis natura de mediis ſit diſpiciendum; attamen in fine non omnes conſentirent propriè ſic loquendo. Verò, quod interim ad cognitionem Doctrinæ Politices attinet, verum eſt, quod ſelectio quædam inter tot auctores ſit habenda, quùm nonnulli propius ad ſcopum veritatis colliment, qui Doctrinam hanc nonnihil arctius S. Scripturæ adſtringunt, dum Methodum quoq; commodam non averſantur. Accurate tamen (*ait Beſol. l.* 1 *pol. c.* 1. *n.*47.) diſcernendum eſſe autumo, inter Methodum Univerſalem, quâ tota diſciplina diſponitur, & inter particularem, quâ partes diſciplinæ ordinantur, & in quibus poteſt eſſe Syntheticus ordo: etiamſi diſciplinæ ſyſtema in ſe totum, ſuo principio ac fine, non niſi analyticè diſponatur. Quum igitur ipſa natura intentionis monſtret finem, ob quem quid ſuſcipiamus, mediorum quo-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

que ratio facilius inde haberi poterit, ut totius & maximè in Philebo id Di. Plato circa finem, libri inculcat.

*3. Quinam autem ſunt illi auctores Politici, qui proximè ad S. Script. accedent?*

PRout quiſque Spiritus aſtralis genio ducitur, ita quoque rem cum appetitu apprehendere aut concipere, judiciumque carnale de eadem ferre ſolet. At qui Spiritui Iehovæ vivere & Chriſto ſe dedere in humilitate renati rectius noſcunt, nil potius in precio habebunt, quam Verbum Iehovæ, & hinc ipſi facilè cenſere poterunt auctores; quum nemo ſit, qui non ſuis inhæreat erratorum affectibus. Attamen ſi ad priſcos reſpiciamus Sapientes, Plato eſt unicus, qui palmam in divinioribus, præripit reliquis; In præſenti autem tempore inter omnes ſunt hoc modo præcipuæ æſtimationis, Chriſtophori Beſoldi, & Clementis Timpleri Politica. Item, Caroli Scribanii Politico-Chriſtianus, Politicorum lib. 10. Contzenii, Danæique Polit. Chriſtiana, Heideri, Petri Cunæi, nec non Althuſii. Sed quum adhuc propius cum Sacra Scriptura faciat Iohan. Henric. Alſtedius in Politica ſua ſacra, prædicti omnes ad ejus tenorem referri poſſunt, velut eximia ejus intentio ex utra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

utraque præfatione apparet, cujus ſermo certè admodum memorabilis eſt, & benè notandus bonis omnibus Politicæ ſtudioſis venit.

### 4. *Quænam talia ſunt Verba Alſtedii notatione tali digna?*

IN præfatione 1. Triumphi Biblici Mentem ſuam ita paucis explicat: Duo mihi propoſui hoc in opere: unum, ut animum meum exuerem opinionibus Philoſophicis, quæ non poſſunt non adhæreſcere iis, qui vulgarium Philoſophorum ſcripta, ſepoſitis Scripturis Sacris, evolvunt, eaque ſibi proponunt canonum loco, &c. Satis mihi fuerit, ſi hoc aſſecutus fuero, ut Præceptores & diſcipuli tandem NB. aliquando intelligant, à Bibliis Sacris eſſe incipiendum, inque illis deſinendum, &c. In præf. 2. pag. penult. Ita enim fit, ut juventus ſibi reddat familiarem hunc ſacratiſſimum codicem (Bibliorum) & conjungat pietatem cum eruditione, & ab his certiſſimis initiis adſurgat ad apicem Philoſophiæ ſobriæ & ſolidæ, &c. Videlicet Veræ, non fucatæ in terminis vanis ludentis. Paucis his ſanè ingentem pudorem incutit omnibus, qui tam diu in ethnicis potius hærere ſtuduerunt tenebris, quam in medio die ſolem lucidum adſpicere Chriſtianitatis: An non

enim potius nobis competit, ut θεοδί-δακτοι ſimus, quam vani umbrarum & erronearum opinionū Sectatores? Chriſtiani diſcant, quæ Chriſti diſcipulos decent. Annon quoque timor Domini initium Sapientiæ? Unde verò iſte verè hauritur? An Spiritus Chriſti informari poſſit, à Spiritu mundi? Quur itaque adeò ſtulti & cœci hunc anteponimus perversè Spiritui Iehovæ, ut ille potius nobis ductorem & ducem ad Sapientiam veram agat? An non mera eſt inverſio? Quomodo cœcus ducat cœcum; nonnè ambo in foveam incident? Spiritus ethniciſmi num addat lucem Spiritui Iehovæ? Quænam hæc perverſitas! Ideo rectè dicit Alſtedius, cui ob hoc verbum ingentes habere ſoleo gratias, quod ex certiſſimis Sacræ Scripturæ initiis ad veram Sapientiam perveniatur, & à Bibliis Sacris ſit incipiendum, inque illis deſinendum; quod Iehova ter Sanctus in cunctis confirmet hominum cordibus, Amen. Qui oculos habet ad videndum, videat.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XII. Præcogn.

# De Natura vera Politices.

## *Quid ſit & quæ ejus diviſio ac partes in mediis conſtituendis.*

1. *Politica igitur vera quid eſt ?*

EST Prudentia, ſive doctrina civilis „ Prudentiæ, ex radiis divinæ Sa- „ pientiæ profluens, quæ monſtrat „ & docet quomodo rectè, pro firma & „ felici ſocietatis humanæ conſervatio- „ ne, in pietate ac vero timore Dei, „ Reſpublica ſive Politia conſtituenda & „ adminiſtranda ſit. „

2. *Quid heîc conſiderandum ?*

DEfinitum & Definitio.

3. *Quid in definito ?*

DUo, Nominis derivatio, & ejus ſignificatio. Sed quum de derivatione ſuperius in *Præfat. q.* 1. 2. *&* 3. *partim, & lib. ſu. c.* 1. *q.* 1. actum ſit, non opus eſt, ut heîc talia repetantur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 4. *Quid in ſignificatione obſervandum?*

QUod Politicæ vox γενικῶς ἢ εἰδικῶς, generatim aut ſpeciatim accipiatur. In genere apud Philoſophos præſertim Platonem, præ cunctis Græcis & profanis alias longè ſaniori Veritatis modo philoſophantem, propter excellentiam ſuam, quâ omnibus diſciplinis præeſt & manutentionem illis exhibet, vocatur πολιτικὴ πασῶν ἐπιστατικὴ omniũ diſciplinarum conſtitutiva, atque ita ſumitur pro toto ambitu diſciplinarum, quæ praxin intendunt certis regulis, ex natura quaſi natis. Unde & eidem Platoni in dialogo Politico eſt ἐπιστήμη, quæ actiones omnes hominis ritè gubernet: ac in lib. de Amore Scientiæ, juxta quam benè inhabitentur civitates, quæ cauſa eſt, quod & Civilis Scientia, imò & Sapientia dicitur. Sed εἰδικῶς ritè uſurpatur, pro ea doctrina, quæ homini prudentiam eam communicat duplicem, ut non tantum alios informare poſſit quomodo optimus ſocietatis cõmunis ſtatùs ſive Reſpublica ſit inſtituenda & coordinanda; Sed etiam Republ. jam facta & conſtituta in gubernatione, amplificatione & conſervatione adminiſtranda & ab omni vi legitimè protegenda ſit, &c. ut ita multitudo univerſa

popu-

populi & cohabitatio mutua ritè foveri queat, & eidem gradus perfectionis ali-ujus, quibus ex privatis publici fiant, addantur.

5. *Quid verò in Definitione conſiderandum?*

ITidem duo: Ejus videlicet conſtitutio naturæ, & reſolutio ejuſdem in contentis ſuis.

6. *Quid in Definitionis conſtitutione notandum?*

IN ea ſtatim primo intuitu occurrit Genus doctrinæ examinandum, quùm in eo tam mirè varient Auctores, ut alii ſcientiam, alii artem, alii cum Cicerone rationem aut modum gubernandi Rempubl. alii diſciplinam Practicam, alii doctrinam & habitum tantum, alii Prudentiæ actum vocitent. In quorum tamen numero, ad definiti hujus naturam quàm proximè accedunt, qui ejus proprium eſſe in Prudentia, aut doctrina prudentiæ, quùm Reſpublica nulla dari abſque ejus adſiſtentia queat, exprimunt; licet etiam artis vocabulum in Syſtematis talis conſtitutione, quo propriè ars refertur non iniquè heîc tolerari queat.

7. *In Reſolutione autem difinitionis quid examinandum eſt?*

DUo, videlicet Cauſæ & Effectus.

8. *Cauſæ quænam ſunt?*

IN duplici quum ſint differentia, ita quoque ordo earum obſervandus erit.

9. *Quomodo igitur diſtinguuntur?*

IN Externas & Internas. Externæ dicuntur Efficiens & Finis. Internæ, Materia & Forma.

10. *Quæ eſt cauſa Efficiens?*

EA nimirum, quæ primariam originem aperuit, ut inde effectus ille, quem Civitas exhibet, exurgere & naſci potuerit. Quum igitur Deus ipſe auctor ſit humani generis, abſolutè meritò ipſi originis ejus primas adſcribimus, quod ex nutu ipſius principaliter hæc dependeat. Secundus verò partes mutuus conſenſus mortalium in Politia prudenter conſtituenda juxta uſum publicum & communem ſibi vendicat, qui in his radiis divinæ ſapientiæ accommodat in omni diſpoſitione ſua, ſi legitimè procedere velit. Sicuti in Patriarchis Noacho,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cho, Abrahamo & Moſe iſtud videre eſt, quantâ curâ ubique nutum & dictamen Spiritus Sancti obſervare ubivis in publicis ſuis ſtuduerint, &c.

11. *Finis quis eſt ?*

IS iterum ſe duplicem heîc nobis offert, ut alius ſit Internus, & alius Externus, ſive, quod rectius dicitur alius Subordinatus aut propinquus, & alius Ultimus ſive remotus aut ultimatus.

12. *Quis eſt finis internè ſubordinatus ?*

ESt Reſpublica, quæ cum forma eatenus incidit, quatenus videlicet ei Inſtrumenti loco eſt, aut eidem Inſtrumentum exhibet, per quod bonus gubernandi modus in populo aut multitudine hominum poſſit obtineri, & civibus introduci, quùm Reſpubl. ſit illud Medium, ut per hoc Civitas in bona cohabitatione queat conſervari, & firma ac durabilis adminiſtratio illi imponi. Unde etiam quaſi animæ ſpiraculo adſimilatur rectius, per quod bona gubernatio ſuas exerat vires & virtutes per totum corpus politicum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

13. *Quis eſt finis externus ſive remotus?*

IS iterum vel primarius eſt, vel ſecundarius.

14. *Quis finis Primarius?*

QUem meritò etiam Ultimatum dicunt, quùm ille ſubordinationes rerum omnes ita recipiat, ut in eo terminum ſui illis figat, utpote propter quem omnia, quæ ſuſcipiuntur in actionibus & diſpoſitionibus cunctis, fiunt, & propterea Bonum Politicum, ſive felicitas ejus pia à nonnullis vocatur, quùm alii vitam in honeſtate tranquillam, propter publicum pietatis & virtutum ex ea dependentium exercitium, appellant. Aliàs etiam pia & felix Conſervatio Civitatis haud incongruè poteſt dici, quæ comites adſiſtentes immediatè ſecum ducit, Pacem internam, Verum Iehovæ timorem & cultum, dilectionem proximorum, animorumque tranquillitatem, ac honorem publicum in ſtatu Politico. Quia abſque his requiſitis honeſta & Maximè Chriſtiana vita, ne quidem fingi aut excogitari valebit.

15. *Quis*

15. *Quis eſt finis Secundarius?*

EST bonorum eorum, quæ ad vitæ externæ ſuſtentationem, ac corporis victum & amictum faciunt, & ipſa neceſſitas ſuſtentationis in Civili Societate requirit, procuratio & affluentia, ut ita in promptu ſit ad manus, quodcunque potius Civitatis ſuſtentaculum ſibi poſcit, quum aliàs nequiret durationem ullam ſuis exhibere civibus & gubernantibus. Inde Prudentes Politici ſemper loci qualitatem benè conſiderare prius ſoleant, quàm Reipubl. fundationem ſuſcipiant. Dicitur autem Secundarius, non propterea, quod citra corruptionem Civitatis abeſſe à Politia queat; ut alii inſcitè putant; Sed quod cura carnis, tanquam inferius & ignobilius quid, non potior haberi debeat, præ animæ cultura & ipſâ honeſtate in pietate radicata.

16. *Quas dicis definitionis cauſas internas?*

UT ex q. 9. patet, Materiam ſive objectum, quod alii etiam ſubjectum ex quo dicere ſolent, & Formam, quæ medium ſive modum conſtitutivum eſſentiæ ſuæ in Politico regimine largitur.

17. *Quæ-*

17. *Quænam igitur eſt Materia ex qua, ſive objectum Politicæ?*

EST populus, ſive multitudo hominum cohabitationem & legitimam ac publicam converſationem in pietate ambientium; quam alii Societatem humanam ſive civilem dicunt Non verò eſt Civitas ipſa, veluti multorum craſſus id fert error, qui objectum ab Effectu ſuo diſtinguere neſciunt, licet alias ſe ſatis acutos venditent. Quia illud objectum & materia propriè ab omnibus dicitur, in quod forma propriè operatur pro fine ſuo obtinendo; Veluti heîc patet, quod Reſpublica non alii objecto, quàm multitudini hominum & Societati communi introducatur.

18. *Forma autem Politicæ in quo conſiſtit?*

IN ipſo actu & eſſentia piè & benè conſtituendi & adminiſtrandi Rempublicam, in qua ipſi Reſpubl. inſtrumenti principalis loco eſt, per quod finis Ultimus in Societatis Civilis Converſatione obtinetur. Unde etiam factum, quod multi ipſamRempublicam pro forma hujus Doctrinæ habeant in Politicis. Ac licet non multum aberrent, tamen Reſpubl. eſt illud medium per quod

modus

modus benè ordinandi & adminiſtrandi populum habetur, ut ita quid diverſi interſit inter utrumque, nec ſemper quadret opinio eorum, qui volunt, quod finis internus & forma in practicis ſemper coincidant,& unum ſint. Proinde etiam errant, qui formam hujus Doctrinæ faciunt, Vitam civilem,aut modum benè in Civitate vivendi,aut rectè inſtituendi civilem vitam, aut quicquid ſit aliud. Longè autem abſurdiores ſunt, qui Civitatem ipſam nobis pro forma hujus obtrudere non verentur. Sed hæc de Cauſis definitionis ſufficiant; ſequitur nunc effectus.

19. *Effectus autem Politices quis eſt?*

NOn eſt unus, ſed duplex, aut Univerſalis aut Particularis maximè ſe in individuo exerens.

20. *Quis eſt Effectus Politices Univerſalis?*

ESt quod ex dictis jã cauſis coagmentatum in opere manifeſto relinquitur, & inde exurgit compactum; Veluti inde etiam talis coalitio per Rempubl. confecta & multitudini mortalium in Societate Civili introducta appellatur Civitas, Græcis πόλις eſt, quæ non inſcitè ſic ἀπὸ τοῦ πολεῖν poſſet denominari, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quod poſt multum coagmentationis m
tum & verſuram, in hanc congeſtione
commodam ſit redacta. Quando eni
Reſpublica Societati communi, aut p
pulo univerſo introducitur, tunc ſtati
inde exultat effectus hic, Civitas vid
licet, quam alii non benè juxta comm
nem opinionem objecti aut materi
loco habuerunt, ut ſupra jam di
ctum eſt.

21. *Quis Effectus eſt particularis Politices in individuis ſuis?*

UT hominem illum, qui hac doctrin
ſit informatus & in ea edoctus Politicum vocent. Sed magnus heîc quoque intercedit abuſus communis locutionis, quando inde alius Verus, & alius falſus exurgit Politicus, ex ambigua hujus vocis acceptione, quùm adeò latè extendatur ad omnes verſutos duplicitas, & malignos ſimulatores, ac hypocritas.

22. *Quem verò dicunt Verum Politicum?*

VEluti bonus Medicus ille rectè vocetur, qui optimè ſuam artem in omnibus exercere ſtudet; ita quoque in vera & propria ſignificatione ſua ille appellatur Politicus, qui in hac doctrina juxta

veræ

eræ pietatis Chriſtianæ regulam inſti-
ıtus, hinc prudentia pia ita pollet, ut
x integritate cordis nihil aliud quæ-
at, quàm ut dilectionem proximi in
mnibus & quavis converſatione ad Sa-
ıtis & pacis publicæ tranquillitatem
x optato dirigere queat. Veluti etiam
ecet bonum Politicum; ut ubique quo-
ue ſit ſolidus Chriſtianus, quùm ſtatim
nalus evadat Politicus ille qui hominē
uplicem & non ſolidum Chriſtianum
n corde geſtet; Ita inſeparabilem co-
nitem ſecum ſemper ducit Bonus Poli-
icus, quem optime poteris cognoſcere
n *Syrac. 39. verſ. 1. uſque ad 12, &c.*

### 23. *Quid verò eſt Politicus in lata ſignificatione?*

QUamvis propriè Politicus non poſ-
ſit dici alius, quàm jam deſcripſimus;
amen vulgus ita hoc vocabulum in ab-
ıſum protraxit, ut variis etiam nequitiis
quidem applicetur & vitiis hominum;
nihilominus aliquot gradus pro verſuti-
ırum pravitate dentur, velut ſi inquias,
Verſutus, Verſutior, Verſutiſſimus, quaſi
n hac arte alter præ altero nequitiam
ſuam in excellentiori gradu æſtimet. Sic
Caſ. in Propol. p. 11. primum facit po-
iticum in quo plus aliquantulum ſalis
ſit, quàm in aliquo de vulgo, nec ſit re-
rum imperitus. In ſecundo gradu habet,
qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

qui paulò ſunt nequiores & protervi-res adeò, ut ſe cum aſtutia quadam ali-rum ſeſe ingerere noſcant negotiis, de cunctis rebus in Civitate ſibi ſuma judicium, alioſque cenſoria virga nota noſcant. In peſſimorum numero hab Artifices ſimulationum, Adulatores, morum agyrtas qui variis ſophiſti tionibus ſuis incumbunt dolis, & imp denter ſunt mendaces. Sed quis noſ omnium referre vitia. Rectè ait Beſo *in Syn Pol.præc.n.45.* Minimè hoc egr gium nomen merentur ardeliones, omnium horarum homines eſſe volun & qui hodiè ea ſub larva latitantes, bem Chriſtianum onere gravant, omni que Imperia turbant, & tandem athe mum introducunt.

24. *Qualem autem Ethnici faciunt Po liticum, aut quomodo eum vocant?*

OMnium honeſtiſſimè eum Plato div nus deſcripſit, qui, quando bonu patriæ civem, & Politicum deſcribe voluit, eum καλὸν καὶ ἀγαθὸν appell vit, quem nos hodie pium, integro co de præditum, & conſcientiæ ac hon ſtati prudenter addictum, id eſt ve Chriſtianiſmi ſtudioſum appellare v leremus. Sed novem ubi ſunt? a Chriſtus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Nota.*

X his patet, quàm ineptè illi quærant, qui dubii in eo ſunt; An Politi-, propter amplitudinem rerum, rectè finiri queat?

## CAP. XIII. Præcogn.

## e Contrariis & Diviſione Politicæ.

1. *Quid, Definitione examinatâ, nunc ſequitur?*

VT oppoſita ejus & diviſionem Politices perluſtremus paucis.

2. *Quænam autem contraria habet Politica?*

Erquam multi ejus ſunt hoſtes & oppugnatores, quorum alii directè ei ponunt, alii per obliquum: alii in univerſum, alii pro parte. Inter eos, qui in iiverſum eidem contrariantur, eſt maimus hoſtis ἀταξία & confuſio, Libers carnalis, & omnes qui paritatem ſtaunt, Pacis turbatores, Diſcordia. Item alumnia, Mendacium, Sophiſtica prorvia, &c. Inter eos, qui pro parte reignant, ſunt primarii rebelles, ſuperbi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

refractarii, infideles, concordiam diſſi-
pantes, fallaces dupliciſtas linguæ &
cordis, &c. Ita quoque magna injuri-
hanc Doctrinam afficiunt, qui hodie Po-
litici nomen tàm latè extendunt, ut no-
mine hoc omnes dupliciſtas, & clande-
ſtinæ nequitiæ ſimulatores, ſubdolos
verſutos, & hypocritas includant, u
omnes fermè politici nunc vocentur a
prædicentur, qui ultimam hanc fæcem
mundi in meras præcipitant technas &
tyrannides, ac quemvis bonum defrau-
dant peſſimè.

3. *Quomodo autem dividitur Politica?*

IN duas partes, quas alii variè ſumunt,
ut faciant nunc Primariam nunc Con-
ſequentem. Primariam dicunt Funda-
tionem & conſervationem: Conſequen-
tem Amplificationem Reipubl. & ejus
Curationem. Alii tres, alii 4. partes fa-
ciunt, alii plures. Sed quùm nimis lon-
gè petita partim hæc ſint, & per ſe pa-
teat, quod, qui Conſtituat Rempubl. etiam
diſpoſitionem ejus & ordinationem po-
nat: Sic & qui Adminiſtrat, ejuſdem
quoque conſervationem & curam ex-
petat; inde etiam duas heîc ponemus
partes,

4. *Quæ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*4. Quænam eæ ſunt?*

COnſtitutio videlicet Reipubl. & Legitima ejus Adminiſtratio.

*5. Quid eſt Conſtitutio heîc Reipubl. in Politicâ?*

ESt anterior, ſive prima pars Syſtematis Politici, quæ & Conſtitutrix aut
onſtitutiva dicitur, ac docet, quomo-
o populus ſive Communitas Societatis
umanæ ſolidam ſuam, pro nutu Dei &
lici pietate perſonarū, rerum & actio-
um ad vitam civilem pertinentium,
ndationem, ordiniſque ſtatum in di-
oſitione juſta per Rempubl. tanquam
er legitimum Medium ſive inſtrumen-
um ſuum ſemet ipſam communicando,
quirat & accipiat.

*6. Conſtitutrix talis ſive hæc prior pars Syſtematis Politici in quibus conſiſtit?*

UTi ex definitione hujus partis apparet, Contenta ejus maximè in duo-
us conſiſtunt membris; in Scopo uni-
erſali ejus, nimirum Fine verè præno-
endo, & Medio, finem hunc legitimè
ntroducente, ritè cognoſcendo. Quùm
erò in Republica Medium hoc unicè



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

exprimatur, omninò hinc diſpiciendun
erit, quomodo ea Societati humanæ ſu
perimponi debeat ac queat, ex quo fa
cilè patebit, quod hæc duo, tanquam Ma
teria & Forma, toti huic tractationi lo
cum priorem ſint adſignatura.

### 7. *Quid eſt Adminiſtratio in Politica?*

Eſt altera ſive poſterior Pars Politic
doctrinæ, quæ alias & Adminiſtra
trix aut Adminiſtrativa dici poteſt, a
tradit modum ſive rationem benè re
gendi & conſervandi ſtatum Reipub
integrum, aut curandi eundem inturba
to rerum uſu.

### 8. *Adminiſtratio talis in quibus conſiſtit?*

ITidem in duobus maximè membri
uti ex ſupradicta deſcriptione appa
ret. Namque omnis gubernatio pia &
vera, juxta imitationem Iehovæ i
Chriſto & Spiritu ejus S. ſuſcepta, au
adornata, concernit ſtatum Reipubl. in
tegrum inconcuſſumque, aut turbatun
Si ſtatus ſit integer & inviolatus, ſemp
intendendus eſt Primarius ejus Scopu
conſervationis piæ pro vera & ſolid
Dei gloriâ ac proximi amore; aut Se
cundarius, qui præſervationem mali, au
amplificationem legitimam juſtamqu
ſubm

ubminiſtrat aliquam, ſed ut voluntati ehovæ uſpiam & Verbo ejus minus repugnet. Si verò concuſſus & malè affectus ſit ſtatus ejus, indiget curatione itidem legitima, aut declinatione & deterione plurium ingruentium malorum, pro recuperatione veræ ſalutis, & ſanitatis priſtinæ in Corpore Politico. Ex quibus totius Politicæ methodus compendioſa, & diſpoſitio cuivis facilè patere valet, quùm Corpus Politicum in Univerſitate ſua ſe aliter non habeat, quàm conſtitutio Corporis humani; quod ſi hoc ægritudine aut morbo aliquo corrumpatur, medicus ſuo officio ta utitur, ut in priorem ſanitatem rectè per medicamenta reſtituatur. Ita quoq; cura Corporis Politici in juſto ſuo proceſſu ubique teneri & obſervari debet. Certum eſt enim, quod alia ratio, citra acturam divinæ clementiæ, ullis modis aliis illi adhiberi non debeat: nec plus uno verum eſſe poteſt. Quùm itaque omnes, qui aliqua rerum intelligentia prævalent, in hoc inter ſeſe conſentiant, quod omne artificium veræ Politicæ in ea virtute cœlica lateat, nuſpiam ab ea veritate deviandum aut deflectendum erit, quùm Cynoſuræ inſtar ſeſe habeat in dilectione Dei & proximi.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 9. *An verò non opinionibus communibus in re aliqua dubia heîc innitendum eſt?*

VErum quidem eſt, quod obſtinata mortalium pervicacitas, multos ſecum trahat errores, & ſæpius opinionibus dubiis implicetur, præſertim quùm totus fermè mundus opinione potius regi, quàm Verbo Dei ſe ſubmittere debitè gaudeat: attamen qui docilitati veræ & piæ ſe adſtringere non verentur, memores erunt, quod Verbo Iehovæ nuſpiam ſua auctoritas ſit deroganda. Quapropter Amor ſui & amor mundi, tanquam peſſimi ſeductores totius generis humani, & maximi hoſtes boni publici in Societate civili, planè exuendi ſunt, & in ſua vanitate relinquendi, quum ex iiſdem omnium opinionum ubertim emergant ſcatebræ. Quod ſi hoc ritè obſervetur, & quiſque ante omnia, ſe dominum ac imperatorem affectuum Carnalium præſtare geſtiat, facilè etiam adminicula deciſionum ex S. Scriptura in dubiis admittet, quùm ea ſola abundè verè intelligentibus fundamenta ſolida, & cum voluntate Iehovæ congruentia largiatur. Etenim quod cum voluntate divina in actionibus humanis & Conſtitutionibus Politicis non conſentit aut conformatur, Iehovæ certè noſtro nuſpiam

ſpiam gratum eſſe poterit;ſed regno iræ deſtinatum manet. Ita penitus in cunctis ſemper vitæ actionibus ſive privatis aut publicis ad voluntatem Dei & obſequium ejus in ſancta puritate cordis & ſummiſſione humili revertendum eſt, ut in Ethica verè Chriſtiana ejuſmodi propriè declaranda veniunt.

10. *An non in his Ethicæ & Politicæ potiſſima conſiſtit Differentia?*

REctè hoc cenſes. Licet enim aliàs natura artium & doctrinarum ex ſubjecto,fine & mediis potiſſimum æſtimari, in ſuis diſtinctionibus ſoleat, velut Ethica unumquemque hominem juxta affectuum carnalium purgationem, pro honeſta vita per virtutis culturam in vera pietate commodè conſequenda, informat: attamen, quod à paucis notatum eſt, in hoc maximè vis differentiæ inter utramque doctrinam perſpicitur, quod Politica circa externam diſtributionem & diſpenſationem in publicis verſetur actionibus & communi vitæ converſatione: Ethica verò ad interiora quemque reflectere in ſeſe & ſuæ malitiæ, amorisque proprii purgationem aut extinctionem prius doceat, quàm inde poſſit aliquid boni in cœtum hominum protrudere. Etenim queînam valeat quis aquam puram & limpidam, ex



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

olla impuriſſimè maculata, & ſordibus omnigenis completa, effundere, niſi prius ſit alia infuſione intus & omni conaminis labore expurgata? Ita neceſſum eſt, ut Ethicæ veræ, non falſæ aut hypocriticæ gentium ac nudam ſuperficiem habituum ſaltem concernentis, expurgamentum accuratiſſimum ſemper ad internum hominem, in nimio Amore ſui & mundi planè occœcatum malitiaque omni infectum, præcedat, quam Politicum opus bene in externo homine ſuccedere poſſit. Atque hinc eſt, quod toties S. Scriptura tam ſeverè & ſtrenuè de mortificatione affectuum in veteri Adamo commonet, ut eò rectius novus homo in novam creaturam exſurgere & inde excreſcere queat.

11. *Itanè Ethices Doctrina antecedit Politicam, & prior eſt addiſcenda?*

NEmo ſanus id infiteri poterit quidem, uti ex ſimilitudine allata & ipſa neceſſitate hoc ſatis clarè patet; Sed Ethicam verè Chriſtianam dico, quam nemo adhuc rectè tetigit, aut explicavit, quùm tamen adeò ſit neceſſaria in Chriſtianiſmo litteratorum, ceu vita & eruditio ipſa. Nam quid prodeſt vivere ſi non piè & Sanctè Deo ad nutum voluntatis ſuæ in veris & haut fucatis, aut undè habitualibus vivatur virtutibus? Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Quid prodeſt eruditio omnis, ſi non ad ædificationem veram in dilectione proximi ſolida tanquam ad verum uſum vitæ dirigatur? Quid proſint igitur, & quorſum tendant vanæ illæ terminorum futiliũ ſpeculationes & diſputaces quæſtiones cum dialogiſmis ſuis, ut ait D. Paul. ſi vitæ correctio & Charitas erga proximum inde perdatur? Pudeat certè omnes, qui publicè aut privatim nutriunt ſe & nutriuntur in litteris (ut vocant) quod non magis iis ſtudiis & culturis animi verè piis & Chriſtianis addicent ætatem, unde morum & vitæ correctio in cunctis actionibus hominum peti, atque odium, invidia, ira, lis, rixæ, bellumque è contra conſopiri penituſq; tolli è medio queant; quàm vanitati impetuoſæ & ſuperbæ tam inſcitè incumbãt. Væ itaq; cunctis, qui dediſcenda potius in tanto docendi & diſcendi ardore excolunt, & in iis vitæ tempora tàm turpiter, imò ſæpius impiiſſimè conſumunt.

12. *Sed num ita rectè Politices doctrina in Conſtitutricem & Adminiſtratricem dividitur?*

QUamvis ſat multi jam olim, & noſtro etiam ſeculo de rebus Politicis ſcripſerint; tamen vix aliqui fuerunt, qui de vera ejus diſtributione ſolicitam ſuſce-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

perint curam. Unde tot confuſiones in tam variis cognoſcuntur tractatibus,ut nulli fermè vera conſtet methodus; ſed quiſque ſuæ opinionis & mentis ſequatur ductum, qui diſcentes mirè torqueat. Timplerus verò inter omnes accuratior methodi naturalis cenſor, rectè hanc doctrinam in συστατικὴν,& διοικητικὴν primus partitus eſt, quem meritò ſequimur, quùm ex natura, fine, & ſubjecto, ipſoq; medio genuino ſit dēprōpta,& integrum Syſtema in ſua ritè juxta diſpoſitionem convenientiſſimam,diſtribuat membra: Dum reliqui partim ex effectu in cauſas,partim ex ſubjecto recipiente, partim ex adjunctis aliisq; accidentibus, diſtributionem ſuam ſumpſerunt,& inde nunc tres, nunc plures libros aut partes aut capita confecerunt, ut ſupra oſtenſum eſt: Quod tamen pro ratione Doctrinæ in ſyſtema certum reductæ minus cōvenienter fit aut factum eſt, quùm quævis doctrina, ſyſtematicè conſiderata, non poſſit nec debeat ſuo ordine, quā in Syntheſi aut Analyſi conſiſtere volunt,privari: ſiquidem meliori diſcentis cognitioni inſervire debeat. Sed hanc diſtinctionem inde quoque juſtam dicunt,quod totius diſpoſitionis rationem ex ſcopo univerſali ſumat & in eundem reduci poſſit,modo ad ejus normam media undique rite in Republ. & vita civili univerſa dirigantur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XIV. Præcogn.

# De Scopo Univerſali Politicæ.

1. *Quis nam igitur eſt Scopus ille Univerſalis Politicæ, & vitæ civilis?*

LIcet is ex definitione ſuperius poſita in Finis explicatione aliquo modo ſit expreſſus; attamen, quùm Cynoſuræ ſe inſtar habeat, ut nuſpiam in ulla parte hujus doctrinæ ab eo ſit deflectendum, imò & ipſa media menſuram inde ſuam atque perfectionem accipiant, nec ex memoria diſcenti excidat, paulò accuratius iterum heîc in diſtinctione ſua inculcemus, ut eò firmius inhæreat auditorum aut legentium animis. Etenim, quod apicis & ſupremi ſigni loco ſe habet, ſæpius adſpiciendum eſt, præſertim quùm & ipſius Reipubl. finis cum eo incidere debeat, ubi mox patebit. Sed quùm ſubordinatos habeat quoque comites, non uniformis eſt.

2. *Quotuplex igitur eſt iſte Scopus Univerſalis?*

DUplex; alius ſupremus, omnia ſibi vindicans, ad quem ſingulæ directio-

rectiones tendere debent ; & alius ſubordinatus.

### 3. *Quiſnam eſt ille ſupremus?*

ISte, qui hoc unicè expetit, ut juxta voluntatem Iehovæ in ejus gloriam unicam verè converſatio hominum, in civilem conſuetudinem coeuntium, civiumvè pro multitudinis ſuæ ratione, in mutua amoris pii vividique, ac tranquilla felicitatis concordia aut conſociatione fida & fideli integrè conglutinari & conſervari queant. Si enim non juſtum adſit ubique Amoris vinculum, omnia corruendo concidunt, & in confuſionem turpiter abeunt ſuam.

### 4. *Quis eſt verò Scopus huic ſubordinatus?*

QUùm duplex iterum ille ſit, alius Principalis & alius minus Principalis, uti ſupra declaratum eſt, talis diſtinctio etiam heîc accuratè obſervanda manet.

### 5. *Quis eſt ſcopus Principalis hujus ſubordinationis?*

IS fundamentum partim internum partim externum concernit. Internum autem rurſus largitur vera & ſolida cordis

lis humani pietas, quæ veræ Religionis ive Verbi cœleſtis, Iuſtitiæque ex dilectione proximi haud fucatam inſtitutionem & propagationem complectitur.

Externum autem in honeſta & tranquilla pacis, civiumque vita conſiſtit.

6. *Quis verò minus principalis?*

QUi Principalem ipſum concomitatur aut in miniſterio ſuo eundem ſequitur adverſus injuriarum & invaſionum violentias, ut legitima defenſione adverſitates omnigenæ diverti & declinari per eundem queant. Pro cujus obtentione, bonorum externorum in vita civili ſufficientia eſt neceſſaria, quæ juxta diſpoſitionem loci & naturam ejus diſpici ritè & comparari debet, ſed non aliis, quàm legitimis mediis. In his igitur tota ſumma, vis, nervus, norma & forma totius conſtitutionis Politicæ conſiſtit, adeò, ut quicquid cum hoc ſcopo univerſali non directè conſentiat, aut ad eum collimet vel reducatur, id omne non veræ ſed falſæ Politicæ adſcribendum ſit. Etenim qui vel minimum ſcopum aliter transponendo conſtituerit, aut ſubduxerit, is ſtatim peccabit & impinget in ipſum fundamēti omnis principium & ejus vinculum. Sic qui ex minus principali Scopo ſibi univerſalem, aut principalem conficiet, & proprio commo-

commodo, aut carnis ſuæ voluptati & gloriæ, in avaritia, ambitione & deliciis, ſuum ſibi ventris conficiet, carniq; ſuæ talem adſtringet Deum; is non tantum in Iehovam Idololatriam perfidam committet, ceu olim Theophraſtus Idololatricam ita conſcripſit Theologiam, eximiè talia delineantem; Sed etiam Tyrannidem hac inverſione extremam in ſemetipſum & ſuos exercebit. Quare neceſſum eſt, ut in omni diſpoſitione Politica, omnium finium Scopus iſte ſemper fixus præfulgeat: Verbum ſc. & Voluntas Dei Iehovæ, & dilectio cordialis & pia Proximi, &c. Sed Præcognitis his abſolutis, quorum fundamentum in vera Verbi Dei Charitate ſive dilectione depoſitum manet, ut huc uſque deductum eſt. Nunc ad Inſtrumentum mediorum ſive Reipubl. ipſius conſtitutionem pro aſſequendo Scopo jam dicto eſt deveniendum; quod planè ſuccincto fiet modo, pro temporis ratione, donec pleniora ſequantur.

*Finis libri primi.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# LIBER SECUNDUS.

# POLITICÆ

## Primam ejus ſyſtematis partem Conſtitutricem continens & explicans.

### CAPUT I.

### De Republ. ſive Medio vero, & Inſtrum. quo finem & Scopum Civilis Societatis adſequimur; & de vera Reipubl. definitione, ejusque examine.

*1. Quid inhac anteriori Politices parte pertractatur?*

ID non tantum inſcriptio indicat, ſed etiam ex lib. 1. cap. 13. quæſt. 5. & 6. Definitione hujus Partis ipſa ſatis clarum eſt, quod Fine ac Scopo Politices univerſali rectè determinato, nunc ad Medium & Inſtrumentum verum ſit progrediendum, quo finem ipſum & ſuperius dictum aſſequi ritè poſſimus.

2. Me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

2. *Medium verò illud quodnam eſt?*

HOc ex Definitione univerſali Politices, velut apertè ſatis propoſitum & indicatum, conſtat, quod ſit Reſpubl. quæ nimirum ipſum eſſe introducit illud, ſine quo Societas Civilis prorſus nuſpiam ſibi verè ſubſiſtere & diu in ſoliditate firma cum rebus ſuis coacervari ac conſervari valet. Etenim quod in Ethica doctrina vera, eſt Virtus Chriſtiana, ſive virtus ea, cujus vivida informatrix exiſtit pietas Fidei Chriſtianæ; id quoque heîc in Politicis præſtat Reſpubl. ritè & legitimè univerſitati aut multitudini mutuo conſenſu conglutinatæ & compactæ introducta. Ideoque etiam, veluti in Ethica vera Virtus non ſaltem nudè & habitualiter, juxta ἕξιν externam, fucata, ſed in Cordis vividè renati pietate ſua firmiter radicata expetitur; ita etiam non adulteratam, aut coloratam, nec proprio commodo in avaritia aut ambitione nitentem aut tyrannicam Rempubl. ſed ex legitimis membris in corpus ſolidum piè conſtructam & compoſitam in Vera Politica quærimus.

3. *Quid igitur in Republ. ante omnia conſiderandum venit?*

DUo hæc; videlicet ejus natura, & diſtinctio in Specierum diviſione.

4. *Quo-*

*4. Quomodo ejus Natura explicatur?*

UT intelligamus quid ſit; quod ſit benè & verè definiendo; & quænam habeat oppoſita aut pugnantia.

*5. Quid igitur eſt Reſpublica?*

UT rectè definiatur ad normam Verbi Dei talis, nec alia erit, quàm in parte 2. Cap 6. & 9. de Rebuspubl. Hanſæis delineavimus. Eſt itaque apta & ſacra univerſi populi, ſive ſocietatis publicæ coadunitio in ſancta poteſtate, per quam imperantes & ſubditi mutuo amoris & dilectionis conſenſu ita in unum Corpus cum rebus ſuis ſolidè coaleſcunt, ut certum ſtatum firmitudinis ſalubris recipiant, & inde ſalutis beatitudiniſque causâ civitas, cum & in ſtatu ſuo Politica, reſultet.

*6. Danturnè aliæ quoque definitiones Reipublicæ?*

A variis variæ quidem confinguntur; ceu ſunt, qui affirmant, quod ſit, multarum familiarum rerumq; inter ſe communium ſummo civilis poteſtatis imperio moderata multitudo. Sive, quod ſit ordo civilis multarum Societatum ſive familiarum, conſiſtens in regimine



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſummæ poteſtatis per medios Magiſtratus ſecundum leges honeſtas: Alii aliter, inter quos *Timpler. cap.2. lib.1. Pol. Syſt.* hanc habet, quod Reſpubl. ſit Communitas hominum & rerum civilium magiſtratus Politici imperio ſubjecta, *&c. Vide Siman. de Repub. lib. 2. cap. 1. & 2.* plures referentem definitiones: *Sic & Danæ. lib. 1. cap. 2. Pol. Chriſt.* vult, quod ſit, Politia publicè ſancita, honeſtè vivendi agendique ratio, quam univerſus aliquis cœtus ſibi ex juſta cauſa delegerit, & bonis poſtea legibus ſanxerit: Ita *& Beſold. in Pol. lib. 1. cap. 1. n. 36. parag. 6.* dicit, quod ſit hominum plurium, ac rerum privatarum, tum inter ſe communium, ſumma cum poteſtate ac ratione gubernatio. *Kerchn. Diſp. 1. de Republ. th. 3.* breviſſimè eam contrahens, ait, quod ſit; Societas populi, legitimo civilis poteſtatis imperio coalita, &c. Sed quum hæ definitiones partim nimis confusè naturam Reipubl. proponant, partim non ritè proprium ejus genus exprimant, ſed inter ſeſe nimium in eo fluctuent ut adminicula legum pro principali cauſa habeant, partim effectum cum cauſa ſua, id eſt Rempubl. cum Civitate confundant, &, quod potiſſimum eſt, internum eſſe ejus, quod normæ conſtitutivæ loco in omni diſpoſitione Reipubl. ſanctè tenendum diximus, omiſerint; penituſque profani-

tati

iti magis, quam veræ pietati & dilectioni proximi deſtinarint; proinde ſu- radicto loco utrumque definiendi modum mutua collatione ita moderati ſumus, ut inde jam dictam definitionem confecerimus, quæ ſimul effectum liquidè demonſtraret, & Rempubl. Chriſtianam tanquam Veritati Verbi cœleſtis maximè congruentem, à profanitate dirimeret.

7. *Quid verò in hac definitione conſiderandum eſt?*

DEfinitum ipſum, & Definitionis reſolutio.

8. *Quid in Definito notandum?*

DUo iterum, videlicet ὀνοματολογία ſive nominis explicatio; atque ejuſdem ſignificatio, aut acceptio.

9. *Quomodo ſe habet Nominis hujus explicatio?*

ID maximè patet ex derivatione ejus Non enim eſt ſimplex, ſed Compoſitum, quum à Re & Publico quaſi populico ita dicatur, *uti Cic.* aliquoties habet, *in Or. pro Seſt.* Res communem utilitatem continentes, quas publicas appellamus 1. *de Inv.* Verſari in publicis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rebus. *lib.* 1. *epiſt.* 14. *ad Att.* Quid dicam in publica re? 1. *Off.* Nam & erudierunt multos, quo meliores cives in Rebus ſuis publicis eſſent, &c. Sic & in 1. *lib. frag. de Republ.* ait Reſpublica eſt res populi, quum benè ac juſtè geritur, &c. Appellatio autem Rei adeò latè heîc ſumitur, ut denotet res, perſonas & actiones *Thol. lib.* 1. *de Rep. p.* 1. Sic & Publicum, quod Græcis δημόσιον & ἔνδημον eſt, denotat id, quod ſit populi; unde *Cic.* 1. *de Inv. ait*; Publicum eſt, quod univerſa civitas de aliqua cauſa frequentat. Ac Feſtus Publica ſacra dicit, quæ publico ſumptu pro populo ſiunt; ut hinc Reſpublica ſit quaſi populica, ceu Res ad populum pertinens, vid. *Div. Aug. lib.* 2. *de Civit. Dei Cap.* 22. *Kirch. de Rep. d.* 1. *th.* 3. *l. c.* Licet *Buſius lib.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *de Rep.* à Re id eſt Imperio publico hoc nomen derivatum velit, quùm Rei ſignificatio tàm latè pateat, *juxta Dd. in leg.* 205. *ff de V. S.*

10. *Quot modis autem accipitur Reſpublica?*

MAgnus eſt nominis hujus uſus, in diverſa tamen ſignificatione, quod benè notandum venit, quùm æquivocatio tanta in eo lateat, ut nunc generaliter in lata ſignificatione, & nunc ſtrictè ac ſpeciatim ſumatur. Communiter enim omnibus

nibus imperiis, regnis & regiminibus una cum materia & ſubjecto ſimul ſumpto applicatur, ubicunq; regiminis quædam forma invenitur in cœtu conſociatorum hominum. Sic & Reſpubl. Chriſtiana vocatur, quæ omnia regna & populos fidei Chriſtianæ addictos determinat, quùm eodem modo univerſæ nationes huic nomini poſſint includi: ceu paſſim legitur Reſpubl. Germanorum, Gallorum, Polonorum, Hiſpanorum, Hungarorum, Turcarum, &c. Velut & generaliſſimè accipitur pro quovis ſtatu Politico, qui ad vitam Civilem in Societate humana ordinatus reperitur, ſive locū obtineat in urbe, ſive in provinciis ac regnis, quacunque in ſpecie aut modo Monarchico, Ariſtocratico, Democratico, aut mixto inveniatur. Strictè vero ac ſpecialiter nunc pro Civitate, ac effectu ipſo accipitur, ut *tit. C. de Iure Reip. &c.* nunc pro Civitatis communi ſalute & bono *l. 4. C. eod.* nunc pro gubernatione Polyarchiæ, oppoſita Monarchiæ: unde alii regimentale in Principatum & Rempubl. id eſt plurium gubernationem diſtinguunt. *Zechi. lib. 1. Pol. cap. 4.* Ex quibus facilè patet, quomodo vel in abſtracto pro forma nuda & adminiſtrationis modo Reſpubl. & vel in Concreto cum cœtu hominum conjuncto ſimul ſumatur, uti ſupra in Politiæ explicatione monitum eſt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*11. Quæ verò in Definitionis reſolutione animadvertenda veniunt?*

NEc minus duo: cauſæ videlicet ejus & Effectus, in ſtatu & Civitate ritè agnoſcenda.

*12. Cauſas Reipubl. quaſnam dicis?*

VElut id ex *cap.* 12. *lib.* 1. patet, in duplici ſunt ſemper differentia, quum aliæ externæ, aliæ internæ ex concurſu ſuo in rei conſtitutione alicujus dicantur.

## CAP. II. Præcog.

## De Cauſis externis Reipubl. Efficiente videl. & Fine.

*1. Quænam ſunt cauſæ externæ Reipublicæ?*

VTi in ſuperiori dicto loco Cap. 12. explicatum eſt idem, in duplici ſunt differentia, ut alia Efficiens, alia ſit Finalis; ubi Efficiens ſibi primum meritò vendicat locum.

2. *Effi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

2. *Efficiens quænam eſt igitur Reipublicæ?*

QVum ea quoque ſuas habeat ſubordinationes & gradus, ex quibus conſtituitur, duplex hæc iterum ſeſe exerit, ut alia ſit prima ſive primaria; alia Secunda aut ſecundaria; quæ ordine erunt heîc perluſtranda.

3. *Quæ eſt cauſa Efficiens primaria in ſuo ordine?*

PRimaria eſt, à qua Reſpubl. primario quidem in origine fundamentali dependet; Sed quùm ea partim in Vniverſitate ſua, & partim in conſtitutione proxima refulgeat, fit inde, ut non incongruè ab aliis in Vniverſalem & Particularem dividatur.

4. *Quænam eſt ergo Cauſa Vniverſalis Reipubl. in hoc ordine?*

UNiverſalis eſt, à quâ Reipubl. Origo univerſaliter & remotè exurgit: Atque hæc eſt Deus non tantum ut ſummus mundi Monarcha, ſed etiam ut Creatus hominis & auctor in ejus propagationis multitudine, velut ipſe Iehova hoc benedictionis ſanctæ & perpetuæ Verbum efficaciſſimum in Adamo &

Eva huic generi adiecit *Gen* 2. *verſ.* 28. *dicens:* Creſcite & multiplicamini, ac adimplete terram, eamq; vobis ſubjectam reddite, &c. Sic etiam Noachum denuò ex cataclîſmo mundi in hanc benedictionem ſanctam Verbo ſuo potentiſſimo revocavit. *Gen.* 9. *v.* 1. 2. 3. Itaque Noæ, & filiis ejus fœcunditatem dedit Iehova, dicens: Fœtificate, & terras numeroſa prole complete. Timori etiam & terrori eſte omnibus, tum terreſtribus beſtiis, tum aëreis volucribus. Imò omnia moventia, quæcunque terra edit, omnesque piſces aquatiles, in veſtram poteſtatem permittuntur, &c. Simili modo etiam Abrahami Patriarchæ & Credentium omnium Parentis ſemini legitimo non tantum fœdus ſingulare cum benedictionis talis repetitione adiecit, ejuſque poſteris *Gen.* 17. *verſ.* 1. 2. his verbis, ut habet textus: Deinde 99. annum agenti (Abrahamo) apparuit Iehova, & ſic cum eo locutus eſt: Ego ſum Deus (Iehova) omnipotens: *Vive NB. ad meum præſcriptum, & eſto integer, atque faciam fœdus tecum,* teque majorem in modum valdè multiplicabo, &c. *cap.* 22. *v.* 17. Semini tuo benedicam, atque id multiplicabo, velut ſtellas in cœlo, & ſicut arenam in littore maris. *Item, cap.* 26. *verſ.* 4. *&* 24. idem Iſaaco repetit bis: Nec non Iacobo. *Gen.* 35. 11. *& cap.* 48. 4. Ioſepho eandē adjicit. *Gen.* 39. 5.

Sed

Sed etiam Semini extra conjugium legitimum Abrahami eandem benedictionem addidit. *Gen.* 16.10. & 17.*verſ.*20. *Exod.*32. *v.*13. *Deut.* 1. *v.*10. & 10.*v.* 22.&c. Quæ Vniverſalis benedictio durabit in ſemine hominum, quam diu mundus non in diſſolutionem ſui incidet, quum gratia Iehovæ & miſericordia ejus cotidiè ſe cum ſurgente ſole benigniter multiplicet. *Pſal* 36.8. ut pudeat eos meritò, qui tàm leviter & ſæpius ſpurcè, non ſine ſcurrilitate in contumeliam tam ſanctæ benedictionis divinæ, de progeneratione hominis, pro libidine animi carnalis declaranda, loquantur, ac venereas inde ſibi conficiant turpiter cantilenas: Namque certè ſanctum eſt omninò opus, quod Deus propagatione prima Adamo & Hevæ benedixit, ut inde ſic primum familiæ, deinde populus & multitudo, ac demum hinc Reſpubl. diverſæ conſtituerentur, *ut videre eſt Gen.* 17.*v.*20.21. & *c.*25.*v.*2.3. 4. 12.13. &c.

### 5. *Quid eſt Cauſa Efficiens particularis Reipubl.?*

ESt hæc non uniformis ſed duplex, una quam alii cauſam impellentem ſive impulſivam vocitare ſolent, altera Inſtrumentalis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*6. Quid eſt Impulſiva Cauſa Reipublicæ?*

EST, quæ alias propinqua movens dicitur, quod propius ipſis hominibus concitationem & ſtimulum procreat; atque ea iterum propter impulſum ſuum urgentem eſt duplex, aut Interna aut Externa.

*7. Cauſa impellens Efficientis interna quænam eſt?*

EST ipſa Natura, quatenus per eam intelligitur ac ſentitur naturalis hominum ad Societatem & vitam civilem inclinatio ac propenſio, ut inde quoque alii Hominem à Græco quaſi ὅμως dictum velint, quod videlicet ſemper Societatis ſit ſtudioſus ſuæ & incohabitatione multitudinis amans. *Thol.* 1. *de Rep. cap.* 2. *Gilken. lib.* 1. *Pol cap.* 2. Ex quo fit quod etiam hanc cauſam Naturalem nonnulli appellent. *Inſt. de Iur. nat. ff. l.* 1. *de Iuſt. & Iure.*]

*8. Quotuplex eſt hæc cauſa Naturalis Impulſiva?*

AVt eſt Spontanea ſive voluntaria; aut coactiva, quam alii Principalem aut minus Principalem faciunt.

9. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

9. *Quid eſt Spontanea ſive Principalis?*

EST quæ ex pia induſtria hominum prodit, ac facit, ut homines mutuo & legitimo inde conſenſu ita inter ſe certi conveniant, ut vita Civilis in ſingulis membris totius Corporis Politici ex mutua Charitatis obligatione firmiter coaleſcere & ritè coli queat.

10. *Quid eſt cauſa ex impulſu coactiva?*

EST ea, quæ ex neceſſitate conjunctioni mutuæ imperata exurgit, quatenus non tantum indigentiam rerum neceſſariarum, quæ ad vitam in conſociatione ſuſtentandam faciunt, concomitantem ducit, ſed etiam ſingula Corporis membra, mutuâ obligatione legibus, corroborata & munita fovet, uti videre eſt *Exod.* 15. *v.* 25. *&* 26. & ſequenti Cap. unde leges fundamentales partim exurgunt, quæ Formæ Reipub. maximè inſerviunt, uti infra patebit.

11. *Quid eſt propinqua in impulſu ſuo Externa?*

QVùm hæc partim vitæ civilis commoditatem, & in inſtitutione ſua imitationem quandam honeſtam con-

cernat,

cernat, duplex itidem inde conficitur, ut alia ſit, quæ utilitatem publicam inculcet; & alia Exemplaris, quæ normæ loco eſt, ut ſecundum eam Reſpubl. benè inſtitui & conformari poſſit: Veluti jucundum imitamen habemus in Republ. Hebræorum, quam populo ſuo ipſe Iehova in Moſe præſcripſit & Ioſua. Sed hæc de cauſa Efficiente Reipubl. primaria ſufficiant: Sequitur nunc Secundaria.

12. *Quidnam eſt Cauſa Efficiens Reipubl. Secundaria?*

QUùm cauſæ aliàs hæ juxta communem locutionem dicuntur per accidens, inde hoc nomen habet, quod ſint tales, à quibus Reſpubl. ſecundario dependent.

13. *Quænam verò eæ ſunt cauſæ ſecundæ aut ſecundariæ?*

MEtus, & Indigentia. Primò enim ex metu prima urbium conditarũ origo fuit, ſicut ex urbe prima Henochia, à Caino propter metum ejus extructa, *ut videre eſt. Gen.* 4. *v.* 17. *Danæ.* 1. *Pol. p.* 2. Deinde quoque indigentia loci & victus aliquid requirit. Siquidem homo magis appetit Converſationem univerſi, quàm ſui ſaltem; quùm bonum ſit præſtantius:

unde

nde & appetitus in illud , propter præ-
antiam majorem , ferventius fertur.
ui verò appetit aliquid , ille certè in-
iget iſto , quod appetit ; quùm omnis
ppetitus ſit rei abſentis. Sicut quoque
ectè affirmavit Plato de amicitia , quod
jus origo maximè ex indigentia ſca-
uriat ; velut Societatis Politicæ indi-
gentia ſecundariò hoc efficit , ut ad
Rempubl. & ejus Salutem feratur. Tan-
um de Cauſa Efficienti Impulſiva, nunc
equitur Inſtrumentalis.

14. *Quæ eſt cauſa inſtrumentalis Rei-publicæ?*

Est Ordo ſive τάξις, cujus beneficio vel adjumento juſta fit diſpoſitio ſive digeſtio omnium membrorum & rerum in Republ. Quippe tale eſt inſtrumentum hic ordo regiminis , ut maximam cum poteſtate & legibus adeoque ipſo munere regentis conjunctionem teneat. Unde etiam vulgò dici ſolet, quod ordo hinc referatur ad unum primum , à quo cætera dependeant: Uti in Reipubl. ordine Caput & principium ſit ſumma poteſtas , quæ cætera omnia ſubordinet. Quod ſi igitur ad primum poteſtatis caput in Imperio ordinatio referenda erit, patet inde ſatis manifeſtè, regentis muneri & officio tunc eam competere, quando populi poteſtatem in ſeſe tran-

ſlatam

ſlatam nactus fuerit. Atque tunc Ordine tali utitur tanquam adminiculo ſive inſtrumento, per quod diſpoſitionem vi aut virtute poteſtatis ſuæ exerceat in populum.

15. *An non Ordo & Ordinatio inter ſe conveniunt, ita ut ſint unum quid?*

SUnt quidem nonnulli, qui maximam heîc confuſionem ſibi pariant, dum τάξιν & συμμετρίαν Ordinem & Ordinationem pro uno habent, quùm tamen ab invicem ita latè diſſideant, ut alterum alterius munere fungi prorſus nequeat. Etenim Ordinatio actum diſpoſitionis ipſum indicat; Ordo autem iſte eſt res modi, non ut vulgo putatur, modus ipſe ratione temperatus, qui ſe inſtrumenti inſtar habeat, cujus beneficio diſpoſitio perficiatur, ut determinet rem tam actu conſiſtentem, quæ in Politicis ad Statum Reipubl. pertinet. Tum quoque maximè concernit materiam tàm in quantitate, loci & numeri, quàm in qualitate dignitatis. Vnde duplex eſt Ordo; rei videl. & dignitatis, qui ex tali coordinatione profluit, & effectum ejus ſe præſtat. Quanta igitur differentia eſt inter cauſam & effectum, tanta quoque datur inter Ordinationem & Ordinem, uti anteà diximus talem eſſe inter Rempubl. atque Civitatem.

16. *An*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

16. *An non igitur Ordo generis loco poteſt haberi in definitione Reipublicæ?*

MInimè omnium. Inſtrumentum enim num res ipſa poſſit eſſe, quilibet diidicet. Nihilominus ſunt non pauci, ui mordicus id defendere pergunt, uod Ordo generis loco poſſit haberi in efinitione Reipubl. quùm formam determinet. An verò materia poteſt haberi juſtè pro formâ abſque extrema rerum confuſione? Sic miſerè collabacunt, qui inconſideratè ſe præcipitant præjudiciis ſuis. Quùm verò heîc quæſtio ſit de natura genuina Reipubl. & hæc ex regentibus & ſubditis combinetur, id accuratè diſtinguendum eſt, quod ad corporis Politici talis in ſocietate communi conſtitutionem ſive fundationem eſſentialem faciat: Sicuti id in legitima coadunitione, unde ſtatus poteſtas effulget & exultat, ſubſiſtit & tandem obtinet, ut vi poteſtatis ſuæ caput regiminis officium ſuum in harmonica ordinatione exerere valeat. Vnde generis loco in definitone nil aliud conſtitui poreſt in fundatione tali, quàm Vnio, quod rectè monet *Bornit. partit. Pol. lib.* 1. c. 2. Vnio enim ab unire dicta, idem ſignificat, ac rectiſſima quædam conjunctio & diverſorum Connexio legitima, ut Vnúm in corpore exiſtant.

17. *Fi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

17. *Finis ergo Reipublicæ quis eſt?*

QUod ſuperius de fine Politices in ejus diſtinctione monuimus & inculcavimus diſcentibus, id nunc iterum quoque heîc tenendum eſt, finem duplicem eſſe, ſubordinatum & Vltimatum quum Reipubl finis cum Politices ipſius fermè coincidat.

18. *Quis eſt finis ſubordinatus Reipublicæ?*

SVbordinatus, quùm ſe non uniformiter habeat, iterum vel primarius eſt aut ſecundarius. Primarius igitur conſiſtit in verâ & vividâ proximi dilectione, quæ libenter in vita tranquilla ſe Dei Verbo ſubmittit, & ejus propagationem in mutua Societatis Civilis admonitione concordia fida & pacis amore ſolido quærit. Secundarius autem conſiſtit in cõmunione bonorum naturalium, ad neceſſitatem & utilitatem in vita humana pertinentium, quatenus cum lege Iehovæ non repugnat, ſed cum ea congruit. Veluti magnum, inter bonorum uſurpationem & eorundem poſſeſſionem, eſt, daturque diſcrimen, quod ſedulò obſervandum manet.

19. *Qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

19. *Quis eſt finis Reipubl. ultimatus?*

QUùm is in cunctis abſolutum & in mediis ordinandis relatum habeat reſpectum, duplex inde efficitur, ut alius ſit abſolutus; alius Relativus.

20. *Quis eſt Reipubl. finis abſolutus?*

AD quem omnia in Politici Corporis diſpoſitione unicè dirigi debent, unde ſalute publica determinatur, cujus felicitas viſq; in vita tranquilla, pia, honeſta & Deo ſemper dicata conſiſtit.

21. *Quis eſt Reipubl. finis relatus?*

QVi in adſiduo Verbi divini, Iuſtitiæ veræ & educationis Sanctæ exercitio fundamenta colit, ac vitam tranquillam, non in ocio & delitiis luxurioſam, ſed in labore induſtrio, & neceſſitatis propulſione commoda, pro beatitudinis ſuæ ratione indefatigatè expetit. Sed quùm hæc etiam in ſuperius dicto fine & Scopo univerſali explicata ſint, utpote quæ cum eo ſatis congruè coincidunt, non opus eſt, ut pluribus repetantur. Proinde nunc ad Cauſas Reipubl. internas progrediendo nos convertimus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. III. Præcogn.

# De Materia & Objecto Reipubl. & primum quidem de de Populo in genere.

1. *Quænam ſunt Cauſæ Internæ Reipublicæ juxta poſitam definitionem ?*

EXaminatione Cauſarum Externarum abſolutâ, meritò nunc de Internis agitatur quæſtio, quæ ſunt. Materia ſive objectum & Forma.

2. *Materia igitur Reipubl. quænam eſt?*

UTi ſupra quoq; indicatum eſt, quùm hæc ferè toti doctrinæ diſpoſitionem cum Forma ſua largiatur, non alia poteſt eſſe, quàm partim multitudo hominum in Societatum ſuarum concurſu Civili, quæ uno vocabulo ſatis commodè, nimirum Populus ab aliis exprimitur; & partim res Populi.

3. *Quidnam eſt Populus, & quid per eum in Politicis heîc intelligis ?*

QVod ſit Cœtus Civilis, & univerſalis hominum Iuſtitiæ & communis ſalutis

utis cauſa in honorem Dei ex ſocietatibus ſuis legitimè & juſtè digeſtus ac compoſitus. Velut, ut *D. Aug. 7. de Civit. Dei cap.* 12. idem ferè teſtatur & de eodem ſic loquitur: Quod Populus non ſit omnis multitudo, ſed cœtus Iuris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus, *&c.* diciturque alias Societas Civilis, ſive publica.

*4. Quid in hac definitione obſervandum?*

DVo: videlicet Populi Natura, & ejus diſtinctiones.

*5. Quid in Populi natura perquirendum eſt?*

ITerum duo. Nominis acceptio, & ejus Complexionis ac compoſitionis Cauſæ, in deſcriptione allatæ.

*6. Quid vocas nominis acceptionem in Populo?*

UT Populi veram ſignificationem & ejuſdem intelligamus Synonyma. Etenim ejus ſignificatio non uniformis eſt, quùm nunc pro indigeſta quavis multitudine hominum & turba ſumatur, *Matt.* 13. *v.* 2. 11. *v.* 36. nunc pro plebe, *ut apud Pl. in pœn.* nunc pro gente aliqua certa in latiori ſignificatione, nec



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

non interdum pro natione alicujus regni aut regionis certæ; nunc pro vulgo cæco & vulgâri turba; unde *Cic. Orat. de fal. leg. ait :* Populus ſanè turba eſt ut res omnium inſtabiliſſima ac imprudentiſſima, ut in mari fluctus flexibilis & inquietus. Sic & *in Cla. Orat. dicit :* populus ſine comparatione probat; eſſe melius, non ſentit: Illud quod eſt, qualecunque eſt, probat. Unde nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus, *ait. 2. de leg.* Et ſic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. *Pro Roſc.* Velut etiam proverbium eſt, id populus curat ſcilicet, quum vulgus omnia deſpectui habere ſoleat. Sic in Sacra Scriptura populus tenebrarum, gentiles & ethnici dicuntur, qui Lucem Veritatis in Chriſto non vident. *Matt.* 4. E contra populus Dei, Iſraelitæ & Chriſtiani vocantur, quod per Chriſtum ſint adſumpti, & membra ejus corporis vivida eſſe debent. *Deut.* 4. 20. & 7. 7. & 29. 13. 2. *Sam.* 6. 21. 1. *Pet.* 2. 9. *Rom.* 9. 25. *Apocal.* 18. *v.* 4. Sicut & πλῆθος τοῦ λαοῦ dicitur *Luc.* 6. 17. Sic etiam apud Romanos ſolemnis erat titulus Populi, præ cunctis gentibus propter ſtatum popularem; Unde Cicero admodum pomposè hoc infert de gloria & potentia hujus populi : *In Ant. Cic.* populus Rom: Victor Dominuſque omnium gentium : Ubi totam

commu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

communionem cum republ. compre-
hendit, quamvis aliàs populus ibi mul-
titudinem ſaltem civium denotet, ut ex
publica auctoritatis formula id appare-
bat, quùm ſcriberetur. S. P. Q. R. Ex
quibus patet, quod admodum illi errare
videantur qui populum pro civitate ite-
rum accipi volunt, ut infra explicabi-
tur pluribus. Quum igitur tam variè ac-
cipiatur, vario quoque nomine exprimi-
tur ut nunc πλῆθος nũc ὄχλος, λαὸς, δη-
μὸς, *&c.* apud Græcos dicatur: Sic &
apud Latinos, indifferenter, multitudo,
turba hominum, cœtus, plebs, natio tota,
Societas indeterminata, *&c.* nunquam
verò, civitas dicatur, ut Timp. habet
hunc errorem. *Pol. lib.* 1. *Cap.* 4. *q.* 2.
Quando autem in politicis loco ſubjecti
habetur, pro cœtu tali univerſitatis ac-
cipitur, qui conjunctionem aut unionem
capitis cum membris ſingulis commo-
dam admittat, ut ſolido coeant conſenſu
tali, qui ſtatum firmum formet. In qua
acceptione populus quoque quàm opti-
mè à Græcis δῆμος à δέω ligo dicitur,
quum certa unionis ligamento coëant
inter ſeſe, quâ tot diverſi homines quaſi
unum fiunt juſta ſtatus & poteſtatis di-
ſpoſitione. Inde & Societas Civilis ap-
pellatur cum vox Societatis quid ſpeci-
ficè ſimul includat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*7. Cauſas verò Populi quas dicis?*

QUùm illæ ſint in duplici differentia, ut aliæ Internæ ſint, quæ ex Complexione ingeniorum pateſcant, & aliæ Externæ, quæ ex naturâ congenitâ juxta ſitum loci profluant; ut inde combinatio ac functio imperantium & obſequentium promptior exurgat, uti *q.* 5. hoc Cap. dictum eſt; ideo etiam diſcriminatim habendæ ſunt.

## CAP. IV. Præcogn.

## De cauſis internis in populi natura.

*1. Quænam igitur ſunt Cauſæ Internæ ex Complexione profluxæ?*

TAles partim Aſtronomicè in ſingulis, partim in Vniverſitate obſervantur, quæ hominum indolem formant, & eam juxta inclinationem ſuam fovent.

*2. Quænam ſunt Cauſæ Complexionis Internæ?*

QVæ inclinationem homini ex poſitu & influxione aſtrorum aut conſtellatione occulte in procreatione ſua infundunt,

ſundunt, ut juxta prædominium cujusque proprietatis, quæ ſeptem juxta Planetarum naturam numerantur, ſe voluntatis ſuæ ductui ſubmittat eidemque obnoxium reddat. Ex quo fit, ut ejus habenis ſequacem ſe maximè præbeat in affectibus ſuis, cujus Proprietas Aſtralis Spiritus præpotentiâ in quovis præpollet.

3. *Annon hoc manifeſtius paulò poteſt explicari, quomodo ſe res habeat?*

SAtis commodè, modò heîc ritè audiatur iterum, quem ſupra induximus Sac. Phil. cui totius naturæ janua quaſi in ſpeculo aperta & obvia fuit; Is *in lib. de* 3. *vita hom.* de hac re & Proprietatibus Planetarum planè ſingularia conſcripſit, unde in 9. *cap.* & 7. hæc ejus partim ſunt verba nobis repetenda:

*Si ſcire expetamus, quid homo ſit, & quur aut undè tam ingens ſit diſcrimen inter mortales, quod alter ab altero tàm mirè in actionibus diſſideat ſuis, & quod etiam in forma & ſpecie alter ab altero ita diverſus ſit; tunc neceſſe eſt, ut ad intimum fundum aut fundamentum de progeneratione hominis penetremus, & hæc ritè conſideremus; inde nobis pateſcent mox omnia.* Namque ſi homo in Deo ſit ita renatus, ut in luce quid vera perſpicere poſſit, tunc de origine ſua ſollicitus eſt: Ac ſi in ea ſe



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rectè exercere incipiat, tunc Spiritus animæ in omnibus 3. Principiis ſcrutatur & perquirit, quid in unoquoque ſit. Veluti nos idem agnoſcimus, nec poſſumus aliud quid proferre, quàm quod in imagine Spiritus, atque etiam corporis, omnium 3 Principiorum ſaltem unicum regimen in nobis contineamus, ſed hoc in tribus motibus originariis qualitatum conſiſtit. Quia juxta unumquodque Principium Spiritus & Corpus movetur & impellitur: ac ſecundum quod alterum Principiorum prædominium obtinet in homine, ut ſe huic totum homo cum voluntate ſua appropriet, ſecundum iſtud ipſe ſua conficit opera, atque reliqua ab illo ſaltem dependent abſque ſufficienti reſiſtentia. Quod ſi verò de tali imagine nobis quid pronunciandum ſit, perluſtrandum nobis eſt, quodnam & quale ejus ſit fundamentum. In ſimilitudine autem hoc maximè clarum eſt. Etenim nos ſemine aliquo in agrum ſeminamur, in Matricem nimirum. Iam conſidera hoc, quid antecedat; nihil ſanè, niſi quædam voluntas appetitiva viri & mulieris ad commixtionem; nec tamen ſemper fructus appetitur, ceu in ſcortis & ſcortatoribus talia habentur exempla; imò & in conjugio. *Iam quæritur, quanam eſt cauſa urgens in mare & fœmina omnium generum; tum quoque in homine?* Hoc ita

anim-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

imadvertite: In æternitate omnia in
na eſſentia fuerunt, veluti Tinctura,
næ centrum eſt, & originalis cauſa vi-
e, &c. atque Eſſentialitas, quæ ex
Tinctura progeneratur, etiam omnes
pecies Centri continet, ſed abſq; igne:
uia illa eſt depreſſio, nec valet vitam
n ſeſe incendere: illa eſt corporeitas
uaſi, & corpus quidem efformat, non
autem vitam, quùm ignis vitam pro-
creet, &c. Sic vir habet Tincturam, fœ-
mina verò eſſentialitatem, veluti Matri-
cem, quæ ex Tinctura procreatur. At-
que ita hoc cernite: In æternitate om-
nia in ſe invicem erant, unum, ac mun-
dus iſte tanquam figura quædam in ea
involutus perſiſtebat: quia Sapientia
Tincturam obumbrârat, & in ſe abſor-
ptam quaſi tenebat ita, velut Corpus Spi-
ritum, nec poterat in viſibilem prodire
ſubſtantiam coram Angelis, niſi Iehova
commoveret æternitatem, &c. Iam
verò quum ſe Iehova commoveret, ſimul
commovebatur Centrum Naturæ in æ-
ternitate, inde omnia procreabantur
ſubſtantialia eſſentialiter. Tinctura effi-
ciebatur exiſtentialis & dominabatur,
atque exiſtentia reddebatur materialis;
nec tamen ſeparatio fieri poterat, quum
unum conſtitueret Eſſentiam. Quùm
itaque Iehova Fiat ſuum in materiali eſ-
ſentia excitaret, ut Verbum ſuum in eſ-
ſentialitatem pronunciaret; &c. tunc ex



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

materiali eſſentialitate prodiebant du
Species in uno tamen corpore. Namq
Tinctura exiſtentiam per Verbum D
mini induebat , ac Spiritus exiſtent
Corpus adſumebat;atque ita binæ era
Species , Corpus Tincturæ Centrum v
tæ in ſeſe continebat , at Corpus ex
ſtentiæ nondum Centrum ignis excit
rat : habebat quidem vitam , ſed adm
dum imbecillem.

Hoc demonſtramus vobis in ſimili
Ferrum candens adſpicite: Hoc binos
ſe propellit Spiritus; veluti unum fer
ventem , qui Centrum fovet , & aliu
incendere valet ignem & excitare ; a
que alterum aëreum , ex quo aqua pro
dit;atque ille quidem omnes vires igni
continet ; at Tinctura in eo non eſt ig
nis; ſed eſt quaſi æterna incluſio , ut ne
queat in eo eſſe ignis, & tamen eſt ig
nis Spiritus , qui ex igne originem te
net, vitamque æqualem igni fovet: qui
in æternitate mors non datur. Atque ſi
vobis duarum ſpecierum fundamentu
declaramus , maſculinæ & fœmineæ.
Namque quùm Iehova materialem exi-
ſtentiam crearet,continuò omnes eſſen-
tiarum prodibant ſpecies in Centro na-
turæ , ſecundum omnes proprieta-
tes . Veluti id in ſtellis agnoſcitis ;
quomodo unaquæque aliam exerat pro-
prietatem præ altera , quæ omnes
ex Centro naturæ juxta materialem
exiſten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eiſtentiam creatæ ſunt, *&c.*

Stellæ autem ( *ait cap. 7. ejuſd. lib. cca finem* ) omnes cauſas hujus mundi ſeſe continent. Omne, quodcunque ram alit, & vegetationem ſentit, NB. ipſarum proprietate exſuſcitatur, & vitam producitur. Quippe non tanm ignis & aqua ſunt, licet ignis & qua in illis principalia ſint; ſed etiam aritiem, molitiem, tenebras, acerbitem, acetoſitatem, dulcedinem & omes vires naturæ in ſeſe cõtinent, quaſunque terra habet. Namque unaquæue ſtella ſuam propriam, ſuam ſingulaem obtinet Proprietatem, atque id mne juxta eſſentias æterni Centri Naræ. Cuncta enim in Creatione ipsâ unt apprehenſa & in exiſtentiam prolucta, prout tantum proprietatis ibi um in eo momento in rota Naturæ pauit, quùm ſe æternitas commoveret ad creationem; atque aër eſt Spiritus ille cum omnibus ſpeciebus commixtus.

Quemadmodum calor ex igne egreditur, ita aër ex igne expirat ſemper cum omnibus viribus. Ideoque adeò inconſtans eſt, dum mox ſpeciem hanc in Centro Naturæ excitat, mox aliam; atque ita perpetim in lucta eſt & victoria: nunc ad ima deprimitur, nunc ad ſuperiora rurſus emergit.

Univerſa profunditas inter terram & ſtellas inſtar animi ſe habet in homine, ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ubi protenus oculi aliquid intuentur, voluntatem in eo concipiunt, ad pro-cendum eſſentiam vel ſaltem celerit cogitationum, vel etiam opere alio certo, ut os & manus ſimul id appreh-dant. Ita quoque Profunditatis anim eſt, qui mox in hac ſtella ſibi aſpectu concipit, nunc in alia. Atque Sol i eſt & Cor univerſæ profunditatis, i ſplendorem exercet & operatur in profunditate: Reliqui verò 6. Plane conficiunt ſenſus & intellectum in pr-funditate, ut omnia in conſpectum v-niant, ceu Spiritus vividus. Hoc in e-emplò animalium obſervatu vobis fa-lè erit, quæ Spiritum ſuum in eo ha-riunt; Velut & in avibus idem appar, ac in nobis hominibus ipſis ſecundu Adamicum hominem.

Aſt imperium hujus regiminis & Sp-ritus iſte non habet divinum intell-ctum & ſapientiam: quia exordio & fi obnoxius eſt; Quodcunque vero in tium & finem obtinet, non eſt Spirit æternus aut divinitas ipſa; Sed natura externum ac proinde corruptibile pe manet; veluti in Vento id cernitis, quà citò in uno exſuſcitetur loco, atque it rum mox conſopiatur; mox in alio e oriatur, & ſic conſequenter. Tum etia Conſtellatio Cauſam exhibet omnis ra tiocinationis, artium, Philoſophiæ ſua argutiarum, & origo eſt ſimul Ordinum

ſuorum

ſtrum in regimine hujus mundi inter
rtales poſt lapſum ; ſic etiam anima-
lin & avium: nec non cauſa eſt, ac ex-
ſcitat herbas , & metalla ſive minera-
li atque arbores , ut creſcant. Quippe
iterra omnis concentratio aſtrorum
voluta jacet , atq; ea continet in ſeſe,
icquid aſtra continent ; unde conſtel-
lio inflammat terram , & tamen unus
Spiritus id omne, unum regimen,
od tertium appello Principium : quia
rtiam exprimit vitam in Deo , videli-
t quùm vita hæc ſit excitata , & non
terna , *&c. cap. it.* 9. ait : Ita ulterius
bis detegimus CentrumNaturæ hujus
undi : Partus vel Progenitura vitæ ſe
volvit in ſemetipſam inſtar rotæ , &
uando ad intimum pervenit punctum,
nc libertatem apprehendit,nec tamen
hovæ ſed Tincturam , in qua vita ure-
e incipit. Namque quodcunque Deum
pprehendere cupit, per ignem fieri ne-
eſſum eſt ; quia nulla exiſtentia appre-
endit Iehovam,niſi ſit in igne;ſed pro-
rium ejus intelligas ignem. Quod ſi
ic ignis ſe inflammaret,ſtatim mundus
olliqueſceret. Non verò heîc intelli-
imus ignem procreaturæ , qui ignis
verè non eſt,quùm ſit ſaltem acris furo-
ris fervor, qui externam eſſentiam,quæ
ex aqua exurgit , in oppoſito ſuo conſu-
mat,velut lignum, carnemq; ac tamẽ in-
ternum ignem in lapide minus tangat.
Liber-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Libertas verò, de qua diximus, extra naturam hujus mundi, eſt ſolummodo Æternitas absque eſſentia. Iam autem velut Centrum æternum ex appetitu æternæ voluntatis ſemetipſum procreat; ita quoq; Centrum alterum 3. Principii per verbum Fiat in procreatione ſe ex æterno edit. Namque ex prima creatione primi diei Centrum externum Naturæ (intellige, priuſquam Sol cum ſtellis Corporalis creatus eſt) ſe ter invertendo circum volverat, & 6 acceperat proprietates, tres videlicet ſupra, & 3. infra Solem, &c.

4. *Quænam igitur ſunt eæ proprietates Planetarum, ac quomodo ſeſe habent?*

SAturnus cum ſua acerbè ſtrenua attractione & frigore primam conſtituit ſpeciem & Spiritum in Centro naturæ: Ille abyſſum concludit, & tenebras efficit in profunditate, atq; ad ſe eſſentialitatem externæ virtutis in hoc Principio attrahit, & Centrum ſe hinc vertit inſtar rotæ; tunc contractum illud quaſi rota apparet in oppoſitione vel quaſi è regione Saturni, atque tunc vocatur Luna, propter proprietatem ſuam, &c. Poſtea ſe ulterius intus involvit in ſeſe, & Iovem efficit. Namq; Saturnus ſua attractione appetit libertatem divinæ Eſſentiæ; at cerebrum procreat: quia appetitu ſuo virtutem libertatis intercipit, nec ad libertatem divinæ Majeſtatis ipſius, utpote

quæ

uæ ſine Eſſentia eſt,admittitur. Quùm ve-ò in Virtute tali ſit intelligentia, & tamen is hujus in propria potentia non poſſit in-ellectum excitare ; proinde Iupiter vitam viribus ſuis expetit; atq; in circuitu rotæ ſt Mercurius. Namq; rota perpetuo in cir-umgyratione viget. Unde Mercurius eſt netor, propulſator & crepitator, quia non abet vitam, quùm hæc ex igne originem umat. Ideoque admodum fervida impe-uoſitate hoc expetit,ut ignis ex concuſſio-e ſua excitetur: Atque hinc in rotæ Cir-uitu viget Mars, qui ſævus eſt turbator & oncuſſor.

Sed jam neque dictæ 4. Species in igne ubſiſtere poſſunt,quùm eſſentialitatem ha-beant, quam ignis abſumendo devorat. mò nec ipſe ignis per ſe ſubſiſtit, niſi ha-beat quod in nutrimento conſumere queat. Proinde oleagineam manſuetudinem expe-it, atq; eam repræſentat Venus; quùm ſit externæ naturæ mitigatio ſive manſu fa-ctio,quæ amorem gignit. Unde in ea reli-quarum dictarum 5. Specierum appetitum in ſe recipit: Quippe unaquæq; ſpecies in ſeſe involvitur, & libertatem Dei expetit, quæ mitis manſuetaque adeo eſt, ut ſit quaſi nihil quoddam,quùm tamen omnis in om-nibus ſit. Atq; ſi ſex iſti Planetæ obtinue-rint manſuetudinem, quæ aquam quoque producit, tunc denſitas aquæ exoritur, quæ lucis illuſtrationem anhelat admo-dum, unde quoque prægnans reddi-

tur

tur conceptus ſui appetitu, ut ſic man-ſuetudo Veneris proprium nanciſcatu[r] lumen præ reliquis in firmamento ſtel-lis. Namque appetitus talis jucundu[m] concipit lumen.

Verum quùm lux absque eſſentia ſit, ſaltemque in tranquillitate manſueta, vitam inde unicè ambit & expetit Spi-ritum; Sed nihilominus ex aqua & man-ſuetudine omnino prorſus nequit au[t] vitam aut Spiritum haurire: Ideoque Venus ſua manſuetudine & luce Co[r] appetit, id eſt Vim omnium Specierum. Ex hoc quoq; Concipit Cor illud, quod in rotæ circuitu ac puncto ejus Solem determinat, qui omnium 6. Specierum & Planetarum Cor verè exprimit, quæ etiam è contra Cordis ſui ſpecies con-ſtituunt, unde ſic omnes in una coeunt vita, *&c.* Sed quando ignis acritudo in Sole ſe ita reflexione mutua torquet, ut in libertatem erumpere geſtiat, per ful-gur evibrat ſplendorem ſuum, ut inde radiorum ſit perpetua aſſiduitas in ju-cunditate ſumma, *&c.*

Veluti autem ejuſmodi proprietates in totius Univerſi Conſtitutione natu-rali ſe habent, ita quoque in mortalium procreatione & inſtillatione proprieta-tum aſtralium talis proceſſus obſerva-tur, *quem paulo poſt d. l. ſic deſcribit.*

Ecce ſupra Solem, (quem Cor Uni-verſi dixit) poſitus eſt Mars, qui in con-cuſſione

ſſione excitator eſt ignis, & inflam-
ator Cordis, nec non ſimul deſtructor
ſentiarum, ne denſitas eſſentialis con-
cta maneat; ille confringit hanc, ut ita
piritus ſuos ſenſus poſſit excitare. Quia
Sole Tincturam parit. Supra Martem
rò poſitus eſt Iupiter, qui eſt ipſa po-
ntia & robur Cordis, cui Mars ſui
mmunicat ignis vitam, quod ille ex
orde Solis accipit, inde Cerebrum
onficit pro habitaculo Martis. Supra
ovem poſitus eſt Saturnus, qui virtutes
roprietatum talium contrahit omnes,
Spiritui domum ædificat, videlicet
ranium, velut etiam ſubſtantiam in
orporis Capite contrahit; unde ita vi-
externa ſupra Solem Caput repræſen-
t, habitaculum videlicet Spiritus ra-
onalis, qui in cordis igne originem
ovet ſuam, & incolit Caput in quinque
enſibus vitæ aëreæ.

Inferius autem è contra infra Solem,
enus adeſt, quæ ex protruſione ignis
x Tinctura originem ſumit. Ideo ſuum
roprium habet lumen, ac procreat
quam amoremque, quùm ſit depreſſio
x cauſa exiſtentiæ in Sole, quæ incepta-
nentum conſtituat inferiori Corpori:
um quoq; continet Tincturam ut cauſa
originaria ſeminis ipſi competat in alio
Centro ad propagationem directa. Nam-
que corroborat ſe virtute ſuperiorum
& ſecum Spiritus ſpeciem aufert tàm

Q ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ex corde quàm Cerebro. Inde omnes ſpecies eam appetunt & ſe cum ea commiſcent. Nihil aliud eſt, niſi Amor & manſuetudo dulcis. Atque ita omnium ſpecierum virtutes in ſe tenet, ac hilarem cantatricem agit, *&c.*

Infra verò Venerem Mercurius poſitus eſt, cui Venus vim ſuam communicat depreſſione: Ideoque tam hilarem ſe præbet, ac libenter de ſcientia naturæ loquitur. Ille eſt expeditus excitator ſeminis, quod ipſi à Venere communicatur. In hoc enim totus eſt, ut Corpus excitatum & reſolutum efficiat. Quum verò multiſcium ſe venditet, per omnia ambulare cupit fugax; Corpori linguas donat, & exſuſcitat idem, ſenſus ipſi ſuppeditat, præſertim in Cerebro, & in Matrice ſeminis.

Infra Mercurium ſitus Lunæ eſt, ubi depreſſio ſubſiſtere cogitur, & mixtura eſt omnium, quùm inde quoque corpus plenum det, & quæcunq; ad id ſpectant. Omnia quaſi utre accipiendo corradit, ut totam effigiem formet animalem. Eſt ſuavitas ipſa, in quam proinde corruit Venus. Omnia conſervat, ne quid ulterius deprimatur; unde & perpetim in timore vivit, ne cadat alicubi terra, quæ ipſi incumbit. Quippe iram Iehovæ terræ impreſſam ſentit. Ideoque metuit ſibi, nec quid ulterius deprimi ſinit; ſed celeri curſu properat ſemper, ac ſi eſſet

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

n perpetua fuga. Inde fallax eſt, quùm
iperiorū & inferiorum amicitiam ex-
etat. Ex quo fit, ut tam cum Centro ter-
e, quàm cum Centro Solis hypocriſin
iam exerceat. Atque veluti jam hoc
egimen in ſemetipſo eſt compoſitum;
c & omnium creaturarum regimen &
ita viget, præſertim in homine, qui in-
rimis poſt lapſum ad influentias ſtella-
um Spiritui mundi obnoxius vivit, ut
atura ſua quidem propellatur ad con-
ervationem cōſociationis in vita com-
nuni; ſed hoc cavendum, ne Conſtella-
ioni Aſtrorum ſe penitus dedat, &c.
Etenim hinc eſt, quod Aſtrologi veri
per thematum erectiones, cuivis morta-
ium de toto vitæ curſu, non inconcin-
iè, ſi homo ſemper ductū Spiritus aſtra-
is ſequatur, juxta influentias ejus, præ-
dicere in prognoſi aliqua poſſint; licet
magnus heîc ſæpius interveniat abuſus,
qui magnoperè cavendus eſt, quùm Dia-
boli inſtinctus non minor ſit, quàm in-
fluentiarum, imò & fortioribus ſe inſi-
nuet viribus, uti ſuo loco explicatur. Sed
veluti in ſingulis individuis magna eſt
potentia Planetarum, ita quoque toto
regimine prodeunt in univerſas regio-
nes & hominum nationes, præſertim ſi
Zodiaci ſive Coronæ Cœleſtis ſigna in
adjumentum arripiant. Unde non ini-
què faciunt Aſtrologi, qui certis ſignis
certas regiones in ſubjectione ſua ap-

 plicant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

plicant, quod maximè in Politicis n
tandum.

5. *Regiones igitur terræ quænam ſunt, q*
*certis Signis cœleſtibus ſubjectæ*
*feruntur?*

MAgna certè in 12. Zodiaci ſign
latent myſteria, quùm Zodiacus n
tantum, ut ait Sac. Phil. lib. d. 3. vit. c.
animum in profunditate hujus mundi
creaturis omnibus determinet, ſed
iam duo regna, unumquodque cum
ſpecierum partibus conſtituat, un
juxta Tincturam cœleſtem vitæ, alt
rum juxta Tincturam aëris & Spirit
mundi. Unde & origo litterarum 24.
72. linguarum ipſi in computatione j
ſta accenſetur, ut idem docet Phil.
cens: Quod ſi hunc (24 litterarum) n
merum ternario multiplices, velut
Ternarius tribus regnis manifeſtat,
omnia in Ternario conveniunt, exu
gunt inde 72. quibus tot linguæ ſigni
cantur in Babylonia, admirabili perpl
xitate vertiginis. Quod ſi heîc perg
remus, poſſet vobis meretrix cum b
ſtia facilè demonſtrari, de quibus *Ap*
*Ioh.* agit: præterea detegeremus vob
omnia mirabilia à tempore mundi f
cta. In his magnum illud latet Arc
num, & vocatur Myſterium Magnun
latet heic quoque omnis lis de Fide,
in

ıde exurgit, omnium quoque voluntas
ıala & bona. Namque ſeptem Spiritus,
ı quibus figura Filii hominis juxta
ıpocal. conſiſtit, 7. ſunt Spiritus Natu-
æ, quorum unus (Sol) regnum tenet,&
. Centrum Naturæ, qui in duplicatione
2. conficiunt juxta 2. regna Dei &
nundi hujus, ex quibus credentes pro-
;enerantur; qui iterum in duplicatione
ı4 conficiunt, & tunc ſunt 24. Spiritus,
ıui 24 Seniores exprimunt ante thro-
ıum Dei, qui ibi adorant Agnum ma-
ſtatum. *Apoc. 4. &c.* Quiſque hæc ul-
:erius in timore Dei diſpiciat. Adſcri-
ɔtio autem ſignorum in quavis regione
juxta Aſtrol. ita ſe habet.

*Aries* habet Germaniam, Angliam, Syriam, Palæſtinam, Poloniam minorem, Burgundiam ſuperiorem, Sueviam, Sileſiam ſuperiorem, Neapolin, Florentiam, Capuam, Ferrariam, Veronam, Patavium, Brunſvicum, Vltrajectum, Craсoviam, Maſſiliam.

*Taurus* habet Parthiam, Mediam, Perſiam, Cyprum, Aſiam minorem, Poloniam majorem, Ruſſiam albam, Campaniam, Rhetiam, Helvetiam, Franconiam, Lotharingiam, Hyberniam, Bononiam, Mantuam, Tarentum, Caput Hiſtriæ, Parmam, Peruſium, Sevas, Panormum, Herbipolim, Carolſtadium, Metim, Brixiam, Boſnam, Lipſiam & Tigurum, &c.

*Gemmi* habent Hircaniam, Armeniam Cyrenaicam, Marmaricam, Ægyptum inferiorem, Sardiniam, Brabantiam, Ducat. Wirtenberg. Flandriam, Longobardiam, Turinum, Villacum, Hasfordiam Londinum, Cordubam.

*Cancer* habet Numidiam, Africam, Bithyniam, Phrygiam, Colchidem, Carthaginem, Regna Franciæ, Scotiæ, Granatæ, Comitat. Burgũdiæ, Pruſſiam, Hollandiam, Selandiam, Conſtantinopolin, Venetias, Mediolanum, Genuam, Lubecam, Trevirim, Magdeburgum, Gorlizium, Bernam, &c.

*Leo* habet Phœniciam, Chaldæam, Italiam, Galliam togatam, Siciliam, Apuliam, Bohemiam, Turciæ partem, Æmiliam, Sabinos, Damaſcum, Romam, Ravennam, Syracuſam, Cremonam, Pragam, Vlmam, Confluentiam, Linzium Chremiſium.

*Virgo* habet Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, Græciam, Achaiam, Cretam, Ciliciam, Croatiam, Carinthiam, Sileſiam inferiorem, Rheni partem, Rhodum, Alexandriam, Hieroſolymam, Corinthum, Papiam, Brunduſium, Vratiſlaviam, Erfordiam, Baſileam, Heidelbergam, Lutetiam. Lugdunum.

*Libra* habet Bactrianam, Triglodyticam, Sabaudiam, Delphinatum, Placentiam, Argentoratum, Viennam Pannon. Francofur. Moenũ, Spiram, Halam Suevorum,

rum, Landshutum, Arelatum, Lyonam.

*Scorpius* habet Cappadociam, Syriam, Judæam, Idumæam, Mauritaniam, Nordvegiam, Sueciam, Occident. Bavariam ſuper. Foro-julium, Trapezuntium, Algiram, Aquileiam, Cædanum, Monacum, Viennam Allobrog. Valentiam Hiſp.

*Sagittarius* habet Arabiam felicem, Celticam, Hiſpaniam, Portugalliam, Vngariam, Dalmatiam, Moraviam, Coloniam Agrip. Stutgard. Rotenburg. Budam, Toletum, Noriberg.

*Capricornus* habet Indiam, Macedoniam, Thraciam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Lituaniam, Maſſoviam, Saxoniam, Thuringiam, Haſſiam, Stiriam, Brandeburg. Auguſtam Vindelic. Conſtantiam, Mechliniam, Orchades Inſulas.

*Aquarius* habet Sogdianam, Arabiam Petræam, Æthiopiam, Sarmatiam, Tartariam Magn. Daniam, Ruſſiam Rubeam, Walachiam, Pedemontium, Weſtphaliam, Montferrat, Piſaurum, Tridentum, Hamburg. Bremam, Salisburgum, Ingolſtad. Bavariæ partem.

*Piſces* habent, Garamantes, Lydiam, Pamphiliam, Ciliciam, Calabriam, Portugalliam, Ratisbonam, Wormaciam, Rothomagum, Compoſtellam, Hiſpalim, &c.

### 6. *Annè poteſt homo ſe Conſtellationi Aſtrorum & eorum influentiis aliquouſque ſubducere?*

ETiamſi in mortales omnes ingens ſit Spiritus mundi hujus per conſtellationum influentias imperium, ut eos, ſi ſecundum carnis ſemper vivant ductum, jugo ſuo penitus cohibere poſſit; attamen non tanta eſt fortitudo, vis & robur ejus, quin valeat, remedio promptiori, quod nobis per Spiritum Chriſti communicatur largiter, infringi, ſi modò quis non ſanctiorem mentem ſibimetipſi neget, vel non ſemetipſum cœcum reddere cupiat. Omnia enim repoſita heſc apud nos ſunt in receptione Chriſti vivida, ut in ea ſe humiliter quis ſubmittat voluntati puræ Iehovæ, nec ſe Spiritui ejus ipſum deneget, aut ſtudioſè ſubtrahat. Ad quem omnibus patet liberrimus aditus in vera pietate. Quotquot enim eum, ait Iohan; exceperunt, iis dedit hoc jus, ut filii Dei ſint facti, nempe iis, qui credunt in Nomen ejus. *Ioh.* 1. *v.* 12. Ideoque rectè monet omnes, *Sacer ille Philoſ. lib. dict. cap.* 8. *his verbis.* Quæſo, ô homo, temetipſum conſidera ſaltem: quære temet ipſum, ac te invenire diſce: Egredere ex hac periculoſa vita, ex numero aſpidum & ſerpentum ſecede in æternum illud, quod

omnino in tua habes poteſtate plena. Qui aliter docet, & loquitur, ille ex Satana docet, qui non vult hoc concedere, quod homo poteſtatem habeat, in filium Dei evadere. Iehova certè hominibus in Chriſto poteſtatem dedit, filios Dei fieri: ac ipſe Iehova vult, ut omnibus hominibus auxilium ſuum præſto ſit: nec Deus eſt talis, qui mala velit, & cui impietas ſit complacita; velut etiam *Ezech. teſtatur Cap.* 33. 11. Quàm verè ego vivo, non expeto mortem peccatoris; ſed ut ſe convertat & vivat. Ac *Dav. Pſal.* 5. *verſ.* 5. *&* 6. Odiſti omnes operantes iniquitatem. Perdis loquentes mendacium: Virum ſanguinolentum & doloſum abominatur Iehova. Ita *ait D. Petr.* Inter omnes populos, qui Deum timet, & recta agit, ille Deo eſt acceptus. Namque non alia in Deo eſt Voluntas, quàm ſalvationis, ut ſaluti reddatur, quodcunque perditum eſt. An non Chriſtus propterea è cœlis deſcendit? Ideoq; nemo mortalium deſperet. Namque ſi animæ Spiritus ritè ſe attollat ad Deum, certè ille Deo fortior eſt, ita, ut eum in Verbo ſuo evincat. Ira quoque Dei quidem eſt, & potentiſſima vis Dei; ſed hanc facilè evincit in Chriſto. Inde longè potentior eſt, quàm inferni abyſſus. Montes valet tranſponere abſque intempeſtate, ſaltem nuda voluntate ſua. Namque voluntate ſua Iehova Cœlum & terram



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

creavit. Talis quoque voluntas tàm potens in anima ſimul latet occulta; & tamen natat in miſeria, in magna impotentia & immerſione mortis; ubi adſtricta hæret, & ſe circumduci patitur, ceu miſerè capta creatura, ſe ex uno luto fœtido in aliud provolvens, ut tanquam maculatus pannus ſordeſcat, plena ſorditie. Omnes ſtellæ venenum ſuum in corpus ſic effundunt, & commaculant corrumpendo funditus animam, quæ ita omnium animalium ſordibus adſpergitur. Corpus enim carnem animalem devorat, quâ miſera anima veſtitur. An noſti, quam ob cauſam Iehova Iudæis ſuis abſtinentiam à multis prohibuit carnibus? Incende adipem talium, & conſidera proprietates eorum, tunc facile perſentiſces. Miſera anima eſt ignis quidam, qui urit uſtulando; Quod ſi igitur talis proprietas penetret in ignem animæ, quid cenſes, num Iehova in ea habitare queat? Quapropter Chriſtus per Apoſtolum ſuum nos docet, & dicit: Eſtote ſobrii & temperantes in cibo & potu: Vigilate ac orate, &c. Namq; adverſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens vos obambulat, & quærit, quem devorare poſſit. 1. *Pet.* 5. 8. &c. Committe Iehovæ vias tuas, & confide in eum, ipſe faciet. *Pſ* 37. 5. Quia Iehova eſt Rex in æternũ ſemper. *Pſ.* 10. 16. *&c.* ſed nunc de cauſis externis agemus paucis.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. V. Præcogn.

# De Cauſis Externis in populi natura.

### 1. *Quænam ſunt cauſæ externæ in populo?*

VEluti unusquiſque mortalium in ſe conſideratus influxionibus ſtellarum in hac vita eſt expoſitus, & quisque in iis ſemetipſum facilè examinare poteſt, cuinam proprietati & inclinationi, num Saturni in avaritia, invidia, ambitione, &c. an vero Martis in crudelitate, ſanguinolentia, iracundia, &c. an Mercurii in fallacitate, mendaciis, aſtutia, calliditate, &c. aut Veneris, &c. maximè ſit addictus, ut in eo ſemetipſum corrigat, appetitumq; perverſum mortificet, *uti ait D. Paul.* Ita quoque univerſi populi aut natio aut indoles communiter dignoſci poterit, ut ſecundum ejus rationem corrigi in Reipubl. fundatione, aut in melius revocari queat. Talia autem vel ex plaga aliqua in mundi ſitu univerſim, aut ex regionis particulatim & regni ſede alicujus dijudicantur, ſub certo climate, &c. Veluti etiam non exiguum diſcrimen ex Seminum Commixtione, & linguarum confu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

confuſione dignoſcitur, quæ barbariem non levem ſæpius peperêre populis.

2. *Quid autem vocas mundi plagas?*

LIcet Plagæ vocabulum admodum ſit πολύσημον adeo, ut octo fermè peculiares habeat ſignificationes, ut nunc percuſſionem, ictum, vulnus, nunc arboris inciſionem, nunc retia rariora, inſidias, diſcrimina, nunc impulſionem, determinet, nec non pro capitis linteo tegmine, & lecticaria quoque ſindone &c. ſumatur; tamen hac locutione heîc utimur juxta Geographorum ſententiam pro regione aut tractu terræ ampliſſimo; quando in ea acceptione tales terræ partes, modo climata, modo Zonæ appellantur. Eſt itaque Plaga mundi ſive Zona in hoc uſu, ſpacium ad ſimilitudinem Zonarum Cœleſtium in ſuperficiem terræ detractum, eademque proportione heîc inter duos circulos minores ſphæræ comprehenſum, ut ita directè cœleſtibus Zonis in quinque partibus ſit ſubjectum. Proinde latitudo plagarum ejuſmodi tanta eſt, quantam diſtantia circulorum refert, quæ 24. gradibus fermè abſolvitur. Harum prima autem καυματώδης dicitur media illa torrida & intemperata quæ inhabitabilis fermè habetur, propter nimium calorem & ardentes æſtus, quos Sol illic excitat. Duæ

vero

vero Intermediæ temperatæ ſunt, unde & Græcis εὔκρατοι vocantur, quarum altera Borealis, altera Auſtralis, quum Torridæ utrinque vicinæ ſint, & ad Polares ſe extendant. Extremæ igitur frigidæ Intemperatæ in extremis globi polis temperatas dictas claudunt.

### 3. *Quur ita terra in plagas diſtinguitur?*

PRopter inſignem ejus utilitatē, quam præcipuam largitur & ſuppeditat in diſcernendis locis, ut eo rectius non tantum diſcernantur loca orbis habitabilia ab incultis; ſed etiam varia locorum & regionum accidentia nobis pateſcant, ut inde mortalium ingenia & affectiones rectius dignoſci queant. Sic etiam cauſæ inde redduntur vel frigoris majoris in diverſis locis, diſſimilitudinis item in Quantitate & initiis dierum artificialium, &c. *vid. Haldes. in Mund. Cathol. cap de Circ. pag.* 51.

### 4. *Quomodo vero ingenia populorum hinc dignoſci ritè poſſunt ex loci ſitu?*

QUùm locorum & regionum tanta ſit diverſitas, ut non tantum aëris, cœlique & terræ, ſed ita etiam alimentorum qualitates varientur; non mirum erit, quod ingens ingeniorum ſit inde diſcre-

diſcrepantia. An non enim ipſe ſenſus dictitat, quod illi, qui in frigida terra aut vaſtis montium ſylvis vivunt, non poſſint ejus eſſe conditionis in ſtudiis & naturæ donis, quàm qui ſub Zona torrida aut temperata naſcuntur & degunt? Sic illi, qui Septentrionis frigore duro conſtrictas plagas inhabitant, apparent quidem animoſitate non ultimi, attamen quùm minus culti ſint, & in barbarie vivant ſatis rigida, importunitate indiſcreta avari omnia involvere ſolent. Propter antiperiſtaſin enim, in humido radicali calor non ita benignè illis favet. Sanguinis copia quidem abundant, unde ſtatura eminent, indurati corporis viribus ex victu craſſiore, libertatis ferocioris appetentes: Sed quò viciniores Zonæ polari vivunt, eò conſtrictiori corpore, propter nimis intenſum frigus, conſpiciuntur. Ac prout auſtera ſpiracula ventorum habentur, ita quoque minus ſunt tractabiles, & manſuetudinis ignari: ſed potius, dum pro victus ratione duros ſubeunt labores, in piſcium captura & venationibus perpetuò occupati, aliquid callidæ feritatis ſapiunt, uti coſmographi id notant. Eſt tamen juxta ſitum regionis aut Inſularum magna differentia populorum; veluti quoque populi Regi Britanniæ hodiè ſubjecti non ejuſdem ſunt ingenii, quùm diverſa diſpoſitio loci, diverſitatem morum creet. Ita Boe-

mus

mus de rit. & mor. gent. *lib. 3. cap. 25.* Anglos ſupra modum ex formoſitate, humanitate, pietate, hoſpitalitate, liberalitate & fortitudine commendat, atq; propterea ex ore Gregorii Papæ Angelis adſimilat, quùm vultu non ſaltem niteant; ſed etiam adeò pietati ſint addicti, ut oporteat, illis miniſtrari iter ſalutis æternæ. E contra Hybernorum barbaros mores ita deſcribit ibidem, dicens: Gens inhoſpita, inculta, crudelis; ſanguine interemptorum hauſto prius, victores vultus deturpant. Fas atque nefas eodem animo ducunt. Puerpera, ſi quando marem edidit, primos cibos imponit gladio mariti, &c. Qui cultui ſtudent, dentibus marinarum beluarum inſignium enſium capulos exornant: Candicant enim ad eburneam claritatem. Viris præcipua gloria in armis eſt, &c. Unde ſpecimen diſparitatis in eodem regno ſumere licet; quanta ſit diſcrepantia inter eos, qui in plaga mundi intermedia, & qui in ſeptentrione vivunt. Quantæ prædæ & ſpoliis quoq; olim ac ferociſſimis auſis addicti fuerint Normanni, id tot eorum excurſiones & invaſiones in vicina regia, de quibus alibi *actum eſt, in Republ. noſt. Hanſea*, abundè teſtantur. Sic de Moſcovitarum natura, quis *Boter. Coſm. lib. 1. pag.* 154. conſulere poteſt, unde reliquos facilè cenſere poterit.

5. Quid

5. *Quid de Meridionalis plagæ populis ſentiendum eſt?*

SI non tantum phyſicis rationibus, perpetuæ ſolis luſtrationi, ſed etiam hiſtoriis, imò & experientiæ quid fidei habendum eſt, non poterit negari, hos intelligentiores paululum & artificioſiores ut plurimum quidem eſſe, ſed belli nō ita auſterè & crudeliter cupidos cum tanta ſævitia, niſi neceſſitas cogat. Etenim quùm poros habeant laxiores & patentiores, ac ſanguis ob circumſtantem & corpus undique ambientem calorem ſublimetur quaſi, melancholiæ adſtringuntur magis affixi, ob imminutionem ſanguinis. De Abyſſinis tamen hoc habet *Bot. lib. Coſm. pag.* 223. quod nulla in re ingenioſiores ſint, quàm in ſpoliis & furto committendo, nec non in re bellica; quod inde eſt, quùm ita aſſiduè Præſidem, ex loco in loco migrantem, ſequi cogantur. Sed tamen commixtio ſanguinis naturas confundit etiam, ceu Boem. de mor. gent. lib. 1. p. 62. de Echthyophagis non diffitetur. Nudi, inquit, per omnem vitam degunt, uxores filiasque communes habent, beſtiis ſimiles; ut qui neque voluptatis, neque doloris ullum, niſi naturalem ſenſum percipiant, neque turpis, neque honeſti diſcrimen norint. Quos etiam meritò

inter

nter poſtremos habet, qui ad meridiem habitant. Tantum valet perverſa vivendi ratio, ut etiam ipſas ſubvertat in naturæ conditione mentes hominibus, & beſtiis prorſus eos adſimilet. Sed quùm extremæ ſint utrinque plagæ, extremis quoque laborant vitiis, juxta Geographorum opiniones. Ideoque melior ratio vivendi in medio terræ loco conſtabit.

### 6. *Quales autem populos plagæ mundi intermediæ alunt?*

VElut duorum extremorum optima mixtura in medio concurrit, & ibi temperamentum efficit gratius; ita quoque idem heîc non immerito de natura & ingeniis populorum, mediæ plagæ mundi ſubjectorum, ſtatui poſſet, modo non intervenientia mala & damna tot plurimas interturbarent commoditates, quæ in iſtis plagis quàm optimæ habentur. Veluti ſic, Ægyptus, Italia, Græcia, Gallia, Hungaria, Polonia, & præ cunctis vicinis regionibus Civiles maximè ſunt, & magna Imperia artibus politicis auxerunt & gubernarunt. In primis autem Orientales populi felicitate ingeniorum & ſapientiæ ſanioris ſtudio cunctis antecellebant olim, ut illis, quicquid ſanioris doctrinæ, omne debeatur. Magnam laudem in his & talibus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Bot. Coſm. lib. 3. pag.* 214. Ægyptiis adſcribit. Olim ante aliquot ſecula, ait, de Ægyptiis fuit gloria, quorum celebritas præpollebat aliis in ſapientiæ ſtudiis & artibus. Namque juxta communem opinionem, primi Geometriam invenêre, quùm cogerentur media invenire, quibus ab inundatione Nili agros ſuos & limites defendere, & fructus terræ ſuæ ſalvare poſſent, nec confunderentur poſſeſſiones; ſed ſua cuique arva, aquis dejectis, & ablutis diſcriminatim reſtituerentur. Inſignes quoque fuerunt Aſtrologi, partim ob cœlum ſemper ſerenum, quùm nullæ ibi ſentiantur pluviæ, partim ob Clementiam aëris. Unde ipſi primi fuerunt, qui Solis curſum obſervarunt & conſcripſerunt, & annum in certas ordinis digeſſerunt partes. Excoluerunt etiam ſingulariter Magiam ſive Philoſophiam, cujus abuſum quoq; cernere licet in admirandis illis artibus, quibus ſe Moiſis miraculis oppoſuerunt. In Rerum ſacrarum & divinarum ſcientia admodū fuerunt præcellentes; ſicuti id apparet ex auctoritate ſacerdotum & Magorum eorum, & ex ſcriptis Mercurii Triſmegiſti, nec non ex peregrinationibus, quas Pythagoras, Plato & alii Philoſophi ſaniores ad Ægyptios ſuſceperunt in hunc unicum finem, ut eorum ſapientiam & artes addiſcerent, &c. Verum quomodo hæc res ſeſe habeat verè,

verè, & in quantum heîc erret *Bot. id ſuperius lib.* 1. ubi de Salomonis Sophia egimus, explicatum eſt. Nec enim Ægyptii talibus claruerunt ſolum artibus, ſed maximè Chaldæi, Phœnices, Arabes, & Bactriani, &c. Ac teſtatur Reg. Proph. David Pſalm. 105. quod Ioſephus ſuam & Parentis Sapientiam ad illos pertulerit, eoſdemque in talibus exercuerit ſedulo. Nec etiam hodiè ibi deſunt, qui ſaniori prævaleant Philoſophia; ſed non omnes ad ſacra talia arcana admittuntur, unde nec concedunt, quod typis publicis divulgentur; nec admittunt quempiam, qui typographiam exerceat, ſub pœna ignis; ceu ante paucos annos ex Belgio mittebatur quiſpiam, qui fermè hanc ſubjiſſet condemnationem, niſi fuga ſe ſalvaſſet, ut ipſe mihi retulit. Licet autem in his plagis ſint populi, qui barbaram feritatem non planè exuerint, *ut Boem. lib.* 3. *cap.* 6. de Ruthenis, & *cap.* 5. de Thracibus refert, quos homines feros, aſperos, numeroſosque adeo facit, ut ſi unius imperio regerentur, aut idem ſentirent, inexpugnabiles forent, & omnium gentium multo validiſſimi: tamen populi maximi virtutibus variis & præſertim Chriſtianiſmo prævalent: Velut nec ſuam laudem Polonis inter alios invidet, *Bot. lib.* 1. *Coſmo pag.* 144. his verbis: Poloni inquit, quoad ſtaturam corporis ut plurimum pulchri &

hilares ſunt adſpectu, concinnis membris, amabiles in moribus & geſtibus. Libenter varias addiſcunt linguas, & variis modis veſtitum mutant. Sed maximum vitæ tempus ditiores in menſa cõſumunt, quùm ibi ebrietas in tanto ſit uſu. Veſtimenta amant precioſa, variisque utuntur coloribus. Elati proinde ſunt animi, propria mirè æſtimantes, unde quoque tot adulatoribus delectantur, quos ſplendidè alunt, &c. Cui adſtipulatur *Boem. lib. 3. cap. 9.* Gens, ait, in univerſum prudens, multaque comitate in hoſpites. Bibaciſſimum genus hominum; ut tota Septentrio: ſed rarus vini uſus, ignotusque genti omnis vinearum cultus. Factitia ex tritico, aliisque generibus ſeminum potio in uſu eſt, &c. Sed ſufficiant exempla hæc. Germaniæ tamen interim quanta ſit præpollentia, non opus ut multis oſtendatur, quùm de ejus populis *in Reb. pub. Hans. par. 3.* pluribus ſit actum. Nec prodeſt, ut in profanitatis ſtudiis ſuis gens multum jactetur. Unicam & veram commendationem, quæ inſtar omnium eſt, meretur pietas & probitas, quæ tamen tàm frigidè ab auctoribus paſſim præteritur. Quæſo num virtus poſſit uſpiam vera dari abſque Pietate vivida in dilectione mutuâ. Utinam Germania hodiè non tantis in ſuis viſceribus laboraret diſcordiis? Qualis hæc pietas & Chriſtianiſmus,

niſmus, quæ potius ore fremitur, in vanis gloriationibus & diſputationibus, quàm factis cordialiter & ſyncerè piis præſtatur? Quid etiam non ebrietas deſignat? O Germania, omnia obtineres vitæ commoda ſatis feliciter, ſi tanta non laborares diſcordia, nec Verbo ſuo tàm turpiter in profanitatibus vanis Doctorum ac Scholarum eluderetur Chriſtus. Verùm tantum hac vice de Populi natura, quùm jam ex *cap. 3. q. 4.* methodo ad diſtinctionem Populi ſit properandum.

## CAP. VI. Præcogn.

## De diſtinctione Populi & Societate ac Perſonis iſtius in genere.

1. *Quidnam in hac prima parte Objecti ſive materiæ, populum concernentis in Republ. ulterius eſt conſiderandum?*

NAturâ Populi ex definitione huc uſque explicatâ, neceſſum eſt, ut ad ejus diſtinctionem ex ſupra dictis perveniamus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 2. *Quomodo igitur Populus diſtinguitur?*

QUùm Populus ſit collectivum quid, & totum tamen ejuſmodi, quod ex digeſtione coordinationis juxta modum Reipubl. ſuam integritatem perfectam in univerſitate Corporis Politici accipiat, ſi membra homogenea ſive ſimilaria cum heterogeneis ſive diſſimilaribus rectè cohæreant aut aptè ad uſum ſuum in regimine ſive Republ. deſtinatum connectantur, fit proinde, ut partes non habeat uniformes, ſed alia ſit pars ex Quantitate, quæ Quantitativa eſt; & alia ex Qualitate orta, quæ & Qualitativa dici poterit.

### 3. *Quidnam eſt pars Populi Quantitativa?*

ESt, ex qua pro ratione numeri & collectionis congregatio multitudinis in Populo conſtat; Et quum alteri ſtatim rei ac mentis communicationem, juxta ſolidam conjunctionem adjicere debeat, dicitur ex inde hominum ſive humana Societas, quod ſociorum tàm arcta ſit conglutinatio in omnibus, ut ubique illis in mutua dilectione conformitas integra competat, velut in beſtiis quoque naturalis talis apparet conjunctio;

ctio; Sed nos heîc de Societate humana agimus.

4. *Quid ergò in Societate humana ante omnia conſiderandum eſt?*

DUo hæc, ipſius videlicet Natura, & diviſio ejuſdem.

5. *Quomodo ejus natura cognoſcitur?*

UT intelligamus quid ſit, & quæ ejuſdem cognata & oppoſita ſive contraria.

6. *Quid igitur eſt Societas humana?*

QUum ſit admodum generalis ejus & diffuſa acceptio, non una, ſed triplex ejus habetur deſcriptio. Inde Socieras ἐν πλάτει ita accepta, dicitur, Corpus hominum plurium in unam conjunctionem collectorum. *lib.* 1. *parag. ult. lib.* 2. *l.* 6. *parag.* 3. *lib.* 7. *parag.* 1. *ff. Quod cujuſque Univerſitat. nom. &c.* Aſt quum heîc non tantum ſit figuratum genus, ſed nec ſolidè eſſentiâ in cauſis ſuis exprimatur, aut depingatur, alia magis ſpecifica ſic habetur: Quod ſit perſonarum aliquot certarum unio per quam, ex inſtinctu naturæ & vinculo mutuæ dilectionis ac conſenſus homines communicãt inter ſeſe intentionis ſuæ commoda



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

moda ad juſtam & piam participati-
nem, prout vitæ neceſſitas id & honeſ
conditio in fide ſyncerâ requirit. Te
tia eſt quam I. Cti. in negotiis & com
merciis, contractibus ex conſenſu con
ſtantibus annumerant. *Inſt. lib. 3. tit. 26*
*& lib. 17. ff. tit. 2. vid. Myns. in Iſt. d.*
*tit. & VVeſenb. paratit. d. l.* Sed de hu
jus contractus definitione, quæ magi
ad ſpeciem penetrat infra agemus.

*7. Quid heîc notandum in dicta defini-
tione Societatis Politicæ?*

DEfinitum & Definitionis explicatio

*8. Quid in definito obſervandum
venit?*

NOminis notatio, & ejus Synonyma.

*9. Quid in nominis Notatione?*

EIus derivatio & ſignificatio.

*10. Vnde igitur deſcendit Societatis
vocabulum?*

AB amabiliſſimo & dulciſſimo nomine Socii. Nihil enim naturæ humanæ magis appropriatum contingere poteſt, quàm Socii alicujus jucunditas in quavis adſiſtentia, quùm non tantum in imagi-

magine mortis hæreat, qui deſertus ſit
b omni conſortio; ſed etiam ſolitudo
pſum ſit malum, velut ipſe Iehova ait;
non eſt bonum, hominem eſſe ſolum.
*Gen. 2. verſ.* 12. Addit itaque ſtatim: Faciamus
ipſi adjutorium, ſimile ſibi. Ita
vitæ ſociam in adjutorium adglutinat
firmiſſimum Adamo, ut in ſimilitudine
inſeparabiliter conjuncti maneant &
vivant. Ideoque Socii vocabulum (quod
alii à ſequendo derivatum volunt, quum
non idem cum eodem ſit; qui enim ſecundum
me eſt, non eſt idem mecum, ut
ſit quaſi Comes; quamvis *Vall. lib.* 4. *c.* 3.
Comitem diſcriminet à Socio, quod Comes
minor ſit, at Socius alteri par: alii
rectius à ſecando ducunt, quùm genus
ſpeciem in ſe ſecatam foveat, ſive ſpecies
genus ſecet, quod in Tinctura hominis
diſſecata apparet, ubi homo in virum
& fœminam fuit diſſecatus quaſi)
dextrè accipiendum eſt, ne in malam
abripiatur partem. Sic enim *I.V. 5. Cic.
ait*, Socii putandi ſunt, quos inter res
communicantur, *& Pro S. R.* Qui Socium
fallit, in virorum bonorum numero
non eſt habendus, *& lib.* 1. *Epiſt.* 9.
Me quidem, inquit, certè tuarum, ſententiarum,
voluntatum, rerum denique
omnium Socium comitemque habebis,
*&* 1. J. Flaccus ſocius atq; adjutor conſiliorum
periculorumque meorum. *Pro
Dom.* Fideliſſimus ſocius ad comparan-

dam aliquam rem. *Item*, is mihi ſociu atq; amicus ſemper fuit. Sic etiam Eſa fratri Iacobo, ſe ſocium itineris offert *Gen.* 33. 12. & vult, ut ipſi Socii in vi remaneant, *Ib.* 15. Imo Iehova ipſ dicit, quod operi ſuo nominatim deſtinarit ſapientem artificem Beſelelem, cu ſocium addiderit Oholiabum. *Exod.* 31. *verſ.* 6. *&* 38. *verſ.* 23. Sic & Ioſua recenſuit ſocios. *Ioſ.* 8. 10. *&* 10. 18. 27. Atque *Ezechiel ait*; Allocutus eſt me Iehova hunc in modum: Tu verò, fili hominis; ſume lignum unum, & in eo inſcribe, Iudæorum & Iſraelitarum, & eorum ſociorum, *&c.* 37. 16. Ac veluti ſociorum hoc proprium, ut omnia fideliter inter ſeſe communicent; ita quoq; ſummè neceſſum eſt, ut ſociorum ratio in electione accurata cum prudentia habeatur, ne vitiis illorum ſe ſuamque cõmaculent converſationẽ. Quippe non abs re eſt, quod vulgari habetur Prov. *Noſcitur ex Socio, qui non cognoſcitur ex ſe.*

Proinde etiam Iehova planè improbat talem conſociationem, quæ cum impiis habetur, ceu Iſraeliticis ſuis inhibitionem hanc ſeveram dedit, ut abſtinerent à populis improbis in omni conſortio, inquiens: Nec inibis cum eis fœdus, &c. Neque ſociabis cum eis conjugia. *Deut.* 7. *v.* 3. Ex ſociorum igitur conjunctione dicitur Societas, quæ, ſi cum bonis contrahatur, fructus quoq; tales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ıles edit; ſi cum malis , à pravitate aut
orruptione non abeſt ſua ; Sed partici-
at tandem quoque pericula & pœnas.
Vnde Germanis eſt optimum hoc Pro-
erb. *VVer ſich bey einem guten nieder-
tzet , Der ſtehet auch beym guten vvie-
er auff, &c.*

11. *Quot modis igitur in ſignificatione ſua accipitur Societas ?*

SOcietatis hoc vocabulum,non tantum
propter nimiam in generalitate ſua
xtenſionem , eſt πολύσημον & μέσον;
ed etiam rebus inanimatis unà & divi-
is accommodatur. Namque uti Cicer.
ro Marc. Conſilia ſocia vocavit,his ver-
ois : Semper mea conſilia pacis & ocii
ocia, non belli & armorum fuerunt; ac
Pro Font. Vitæ ſociam Virtutem, mor-
is comitẽ,& gloriæ fecit : Nec D Paul.
nos vult fieri ſocios dæmonum. 1. *Cor.*
10. *v.*20. ſed potius gaudii ſui cœleſtis
nos expetit ſocios *Phil.* 1. *v.*7. qui Deo
agglutinentur & unus cum eo ſimus Spi-
ritus. 1. *Cor.* 6.17. Ita quoque Societa-
is ſignificatio latiſſimè ſe effundit ad
bona & mala,nec non ad res corporales
& incorporeas in hiſque iterum ad di-
vinas & divinis contrarias ; quum talis
communio & participatio poſſit eſſe
tàm reſpectu vitæ temporalis, quàm et-
iam reſpectu cœleſtis & æternæ.Facere
enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

enim Societatem omnium rerum cum aliquo poſſumus, *ait Cicer. in Orat. pro Quin.* 2. Sic *& pro Font.* Socium omnium fortunarum participem facit. Imò & diabolus ſuos undique fovet ſocios. Ideoque hæc & ejuſmodi paucis erunt pernoſcenda.

12. *Quomodo igitur vitæ temporali Societas in bonam partem adſcribitur?*

QUando vel amicitiæ externæ, aut concordiæ ſtudio, aut converſationi familiari & convictui mutuo vel etiam confœderationi aut ſodalitati attribuitur. *Unde Syr. cap.* 41. *verſ.* 24. *ait* Amicus & ſocius auxilia ſibi mutuò præſtant; at multò magis conjux ſuo marito. Sic 1. *Maccab. cap.* 8. *verſ.* 17. amicitiam & Societatem Iudas Mac. cum Romanis contrahit, *verſ* 20. 22. *& cap.* 12. 3. 8. 16. & 14. 18. 25. & 15. 17. *Item,* 2. *Macch.* 4. 11. & 5. 11. *Cic.* 4. *de fin. ait.* Nati ſumus ad Societatem communitatemque generis humani, *&* 1. *Offic.* Societas hominum conjunctioque ſervetur. *Item, de Clar. Or. dicit*: Vir egregius, conjunctiſſimus mecum conſiliorum omnium ſocietate. *Et* 1. *Offic.* Societas quæ cum Republ. eſt, unicuique noſtrûm competit. *Ibid.* Gradus Societatis hominum conſtituit. *Et I. A.* Nulla

socie-

ſocietas optimis civibus, cum importuniſſimo hoſte, fœdere ullo confirmari poteſt. Sic & in corporeis rebus, ceu ſunt Virtus, Conſilia, cogitationes, &c. Societatem adſcribit. 2. *de leg. ait*, Difficillima illa ſocietas gravitatis cum humanitate,&c. Sic etiam paſſim S. Scriptura de ſocietatibus bonis ſectandis,& malis fugiendis agit. *Gen.* 19.15. *Levit.* 7.19. *Num.* 16.25. & 25.4. *Ioſ.* 23.12. & 2.*Sam.*22.27. & 2.*Par.*19.2. *Iob.*31.1. *Pſalm.* 26.4.8. & 37. *Item, Pſal.* 18.26.27. *Prov.*1. *v.*10.15. & 4.14. & 6.25. & 13. 20. & 22.5.24. & 24. 1. & 29. 27. *Ier.*16.8. *Eccleſ.* 6. 35. & 8.1.18. & 9.21. & 12.10. & 13. 2. *Tob.*1.5. *Matth.*7.15. *Actor.* 19.9. & 2. *Cor.*6.14. *Eph.*5.11.& 2.*Tim.*4.14. *Apoc.*18.4. Proinde omnibus actionibus, negotiationibus, commerciis & iis cunctis, qui unam aliquam certam habent intentionem, etiam in artificialibus applicatur,&c. Unde apud I.C.tos ſingularis cōtractus ſpeciem parit Societas. *Inſt. lib.* 3. *tit.*26. *& ff. lib.*16. *tit.*2. *Pro Socio.*

13. *Vbi autem & quando rebus divinis Societatis Vocabulum attribuitur?*

QUando pietati deſtinantur, meritò Sancta etiam vocatur. Sic quidem *Cic* 1. *Off.* ſanctam dicit Societatem, *&* 5. *I. V.* Sancta eſt, ait, religio Societa-

tis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tis, &c. Verum Ethnicis talia fuerunt incognita, quæ de ſuâ Societate cœleſti nobis S. Scriptura prædicat. Ita *D. Paul.* verba planè aurea ſunt, & firmiter piis Societatum cultoribus obſervanda, ubi dicit. Fidelis eſt Deus, per quem vocati eſtis, in Societatem Filii ipſius Ieſu Chriſti, Domini noſtri. Sic & hanc Lucis Societatem appellat, quam penitus à tenebris contrariis ſeparat, 2. *Cor.* 6. *v.* 14. dicens: Quæ Societas luci eſt cum tenebris? Velut & Societatem Spiritus hanc appellat. *Phil.* 2. 1. Quam etiam Iohan. nobis annunciat 1. *Iohan.* 1. *verſ.* 3. ut & vos, ait, Societatem habeatis nobiſcum, & Societas noſtra ſit cum Patre & cum filio ejus Ieſu Chriſto, *Item verſ.* 6. *&* 7. Si dixerimus nos Societatem cum eo habere, & in tenebris incedimus, mentimur, nec ſyncerè agimus. Quod ſi in luce incedimus, ſicut ipſe eſt in luce, Societatem habemus cum eo mutuam, Κοινωνίαν ἔχομεν μετ᾽ ἀλλήλων. O verè beatam illam Societatem, quâ cum ipſo Iehova tàm arctè conjungimur, modò ſtulti refractarii & perfidi rebelles noſmetipſos ab ea non excluderemus ita turpiter perverſitate noſtra!

14. Sed

14. *Sed quomodo Societatis Vocabulum etiam rebus malis applicatur?*

QUùm ita amabile & amicabile ſit hoc nomen, uti jam dictum eſt, meritò dicimus, quod id fiat per peſſimum abuſum. Præſertim quum regula juris ſit, quod rerum turpium, nulla detur Societas *l.* 53. *l.* 57. *ff. pro Socio. l.* 35. *parag.* 1. *ff. de con. empt.* Ideoque Iehova *Deut.* 7. *v.* 4. per Moſen ſuum à tali Societate tàm ſedulo deterret Iſraelitas. Et recte dicit *Iſid. lib.* 2. *Soliloq.* Melius eſt habere malorum odium, quam conſortium. Sicut bona multa habet communis vita Sanctorum, ſic plurima mala Societas affert malorum. *Idem Chryſ. ſuper Matt.* cujus hæc verba ſunt: Rerum natura ſic eſt, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur: Sed ex malo bonus contaminetur. Diverſitas enim rerum nunquam poteſt habere concordiam, & multos ſollicitat ſocietas nefanda, *&c. Ennod. in vita Beat. Ant. c.* 5. Diu humanæ converſationis mixtus illecebris, Societatem Contagionis haurit, &c. Proinde Iacob non voluit unà progredi cum fratre ſuo Eſau. *Gen.* 33. *verſ.* 12. 13. *Et David Pſa.* 101. plane abhorret à talium converſatione & Societate; Velut & paſſim in Sacra Script.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Script. ejuſmodi habentur exempla & monita. *Iob*. 30. 29. & 2.*Theſſ*.3. *verſ*. 14. *&c.* Sic etiam prudentes Ethnici conſcientiæ cauſa abſtinuerunt à pravis Societatibus; uti in hoc lætatur *Cicer. in Orat. Pro S. R.* dicens: Nullam Societatem, neque ſceleris, neque præmii cum ullo coivi. *de Aruſp.* Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones, Societateſque conflavit. *I. C.* Latrones ſcelerum fœdere inter ſe, ac nefaria Societate conjuncti, *&c.* Aliàs tamen & mediis rebus Societas quoque applicatur, veluti periculis, laboribus, menſæ *Eccl.* 6.*v*.10. *Iob*. 17. 5. *Et Cic. pro Rab. dixit*, quod quoque cum aliquo Societas periculi & laboris coeatur,&c. Sed hæc de acceptione Societatis diffuſa ſufficiant, paucis nunc ſequantur Synonyma.

### 15. *Quænam Synonyma habet aliasvè appellationes Societatis hoc Vocabulum?*

QUum multas & varias res comprehendat, uti jam dictum eſt, plurimas quoque tàm in Græcis quàm apud Latinos ſortita eſt Societas appellationes. Namque aliàs Conſociatio, Conſortium, fraternitas, Sodalitas, Conjunctio, Communio, Participatio, Communitas, Commercium, Cõſpiratio, Comita-

nitatus, pactio, fœdus, liga, Ordo, *&c.* icitur. Græcis verò eſt *κοινώνημα, κοινωνία, ξυντυχία, ὁμαιχμία, ὁμοπραξία, υμμαχία, ἑταιρία, ἑταιρεία, &c.* Sed unc ad Definitionis perluſtrationem edeundum eſt.

16. *Quid verò in definitione notandum venit?*

DUo, Cauſæ videlicet ejus, & Effectus, quibus eſſentialia ejus requiſita onſtituuntur.

17. *Cauſas quaſnam heîc vocas?*

HOc ex *cap.* 2. *q.* 1. *& cap.* 3. *q.* 1. hujus libri ſatis conſtat, ut talia non int temerè toties repetenda, quùm ſemper aut externæ aut Internæ aut quæpiam earum intelligatur.

18. *Quæ Cauſa Efficiens in definitione Conſtituitur?*

NOn una, ſed duplex. Namque & cauſa movens aut urgens & Principalis in ea indicatur.

19. *Quæ eſt Cauſa movens aut impulſiva?*

HÆc expreſſis verbis cõtinetur, quod ſit partim inſtinctus naturæ; partim



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

mutua dilectio quæ in hanc profluit promotionem. Etenim facit naturalis inclinatio ante omnia, quod homines ſint proni ad Societatem ineundam; *Inſt. de Iur. nat. lib.* 1. *ff. de Inſt. & Iur.* priusquam etiam ipſa dilectio poſſit inflammari, quùm ea ex appetitu & voluntatis deſiderio ſuam trahat originem. Quicquid enim in natura hujus vitæ eſt, id adſpirat quid perfectius, quùm vanitati mundi ſit ſubjectum. *Rom.* 8. *v.* 19. 20. *&* 21. Maximè autem homo, quum ille non tantum ſervitutem corruptionis introduxerit. *d. l. v.* 27. ſed etiam ipſe animæ ſuæ veram amiſerit in lapſu primo lucem, & planè in cœcitate ſua captivus ducatur, ut ex corrupta natura nunc id habeat, quod non abſque ignominia ſua animal ſociabile vocetur. *Bod. lib.* 3. *de Rep. c.* 6. *Zech.* 1. *Pol. c.* 1.

20. *Quæ eſt Cauſa principalis Societatis hujus?*

PRincipalis iterum duplex eſt, aut *κυρίως* principalis, aut Mediata.

21. *Quæ eſt κυρίως Principalis?*

QUæ in determinatione Perſonarum introducitur, ut Perſonæ ſint diverſæ, quæ Societatem conſtituant.

22. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## 22. *Quid verò eſt Perſona?*

REctè hoc loco id quæritur, quùm tanta ex tot temporibus de vera Perſonæ conſtitutione & quid ſit ea, inter Grammaticos, IC.tos, & Theologos fuerit concertatio & controverſia. Alii enim volunt individuam ſubſtantiam rationalem dici, alii ſtatum hominis, alii ipſum hominem, alii qualitatem hominis, adeoque ejus accidens, *&c.* Unde miris ſemetipſos confundunt diſputationibus, quoties de Trinitatis eſſentia & natura ventilatur quæſtio, quæ certè non ſine ſcandalo committitur. Verum ne communis heîc error erretur, neceſſum eſt, ut prius ſignificationem Perſonæ variam intelligamus, tunc rectius hæc poſſunt percipi. Interim περὶ σῶμα quaſi dictum volunt, quod notandum.

## 23. *Quot modis igitur Perſonæ vox accipitur?*

COmmuniter 10. modis ſignificationem Perſonæ exprimi volunt. Sed ut ritè hoc percipiatur, prius noſcendum eſt, quid apud Græcos τὸ πρόσωπον quod ab ὄπτομαι, id eſt, video componitur, unde ὄμμα oculus & viſus dicitur, denotet, πρόσωπον igitur Græci dicunt id quod ante oculos eſt, ut iſtud

viſu tuo poſſis aſſequi, veluti Chriſtus quoque πρόσωπον οὐρανοῦ faciem, vultum & cœli conſtitutionem dicit eam, quæ in adſpectum noſtrum ſe inſinuet, qua Phariſæi ſerenitatis indicium ſibi ſumerent cum hominibus, *Matt.* 16. *verſ.* 3. quod inconſiderate in Catachreſin Rhetoricam alii, & quidem duram ex ore Chriſti convertere conantur. *V. Inſt. Rh l.* 4. *c.* 6. quod ipſi videant, quàm benè fingant ſibi tam præceps judicium de Chriſti ſermone. Hinc itaque conſectarium eſt, quod primo rectè Perſona apud Latinos, pro individua naturæ rationalis ſubſtantia accipiatur, ſive ut loquuntur I.Cti. pro homine ipſo *l.* 1. *&* *l.* 4. *C. de dignit. l.* 2. *C. de Epiſcop. & Cler.* Velut etiam D. Paul. ἐκ πολλῶν προσώπων χάρισμα donum ex multis perſonis id eſt hominibus in ſe collatum prædicat. Deinde, quum etiam *D. Paul.* 2. *Cor.* 2. *verſ.* 10 dicat, quod condonationem ſuis Chorinthiis præſtiterit ἐν προσώπῳ χριστοῦ in Conſpectu aut præſentia Chriſti, inde quoque locutio hæc ipſi Iehovæ & Sanctæ Trinitati attributa fuit ita, ut quidem una eſſentia & natura Dei ſive divinitatis ſit, ſed tamen ὑποστάσεις & Perſonæ in ea tres ſubſiſtãt. Diſtinguuntur enim, aiunt, non vero ſeparantur perſonæ, uti homines tres ſeparantur ab invicem, quamvis ſpecie unum ſint. Ratio eſt, quia Divina eſſentia infinita eſt

atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tque impartibilis, Ideoque tota in ſin-
gulis Perſonis. Velut *Deut.* 6. 4. *Moi-
ſes dicit:* Audi Iſrael, Deus tuus Unus eſt,
& 1. *Cor.* 8. *v.* 4. Scimus quod Idolon
n mundo nihil eſt, & nullus Deus alius
niſi Unus; οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς.
quùm aliàs locutio talis expreſſa de Per-
ſonis in S.Scriptura non ſit; ſed proprie-
tates & operationes ad intra & extra
diſcrimen ejuſmodi nobis ſuppeditent.
*Gen.* 1. 6. 26. & 3. 23. & 11. 7. *Matth.*
28. 29. *Marc.* 3. 16. *Luc.* 3. 22. Tertio
etiam Perſona pro ſpecie externa, qua
homo ab homine differt, corpore, di-
vitiis, ætate, fortuna, & auctoritate ac-
cipitur. Ita *Deut.* 1. *v.* 17. Moiſes allo-
quitur Populum ſuum & hoc illis præ-
ceptum Iudiciarium proponit: οὐκ ἐπι-
γνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ne reſpe-
ctum perſonarum in judicio habeatis:
*Item*, ne ſententiam dicas ad reſpectum
ſive perſonam hominis: ὅτι ἡ κρίσις τοῦ
θεοῦ ἐστι. Quia judicium Dei eſt. *Item*,
*Levit.* 19. *verſ.* 32. *ait* ipſe Iehova. Ad
perſonam ſenioris conſurges, & hono-
rabis perſonam ſenioris. *Sic ibid. v.* 15.
Ne exercetote perverſitatem in judi-
cio, ne accipite perſonam tenuis, neque
honorem exerceto perſonæ majori: Iu-
ſtè judicato proximum tuum? Quia, *ait
Moiſ. Deut.* 10. *v.* 17. Iehova ſummè
formidabilis non accipit perſonam; ne-
que recipit munus: Ceu & paſſim S.

Scriptura Perſonarum acceptionem illicitam prorſus inclamat. *Deut.* 17. *v.*2. & 1.*Sam.* 16.7. & 2.*Par.*19.7. *Iob.*34. 19. *Proverb.* 18.5. & 24. 23. & 28.21. *Sap.* 6.8. *Eccleſ.* 35. 15. 16. *Eſa.*11. 3. *Mala.*2.9. *Matt.*22.16. *Marc.*12.14. *Luc.*20.21. *Actor.* 10.34. *Rom.* 2. 11. *Gal.*2.6. *Epheſ.*6.9. *Coll.*3.25. & 1. *Pet.* 1.17. *Iac.*2.1.9. *&c.* Quartò etiam pro toto habitu aut ſtatu & intentione alicujus ponitur, uti *Luc.*9.22.53. de Chriſto dicitur: miſit nuncios ante perſonam ſuam, id eſt, priuſquam ille venerit illuc *Ib. Matt.*11. *v.* 9. *&c.* Sic, non receperunt eum, ὅτι τὸ πρόσωπον ἀυτȣ͂ ἦν πορευόμενον, quia perſona ejus erat abitura, id eſt, jam in ſuccinctu erat, ut Ieroſolymam peteret. Sic *Cic pro Quint &* *lib.*7. *epiſt.* 33. Petitoris perſonam ſuſcipere, accuſatoris deponere dicit. Quintò velut ab externa ſpecie; ita etiam ab internis animi qualitatibus Perſona delineari ſolet, qui modus frequentiſſimus apud latinos in uſu eſt, & Ciceroni ſæpius phraſis hæc genuina eſt; ſuſcipere perſonam boni viri, & ſuſtinere. *Item, pro Mureto.* Ego has partes lenitatis & miſericordiæ ſemper egi libenter; illam verò gravitatis & ſeveritatis perſonam non appetivi. Sextò. Non tantum uni homini, ſed etiam toti populo applicatur πρόσωπον & perſona, *uti Iud.* 11. *v.*25. *&* 26.

dicit

icit Legatus Iephthæ, quod à perſona opuli ſui ejectus ſit Amorræus; quod aciem interpretantur alii. Ita & apud *enoph. in Pæd. Cyr.* 1. in exercitu prima acies aut frons πρόσωπον dicitur. eptimò etiam officium, munus & partes perſonæ vocabulo adſcribuntur. *Ita icer. de Cl. Or.* ex Magiſtratu perſonam acit, & 1. de Orat. quod quis amicorum erſonam tueri poſſit. *It. 1. Offi.* Magiſtratus gerit perſonam Civitatis. Proine quoque fit, quod in Iure tota Univerſitas tanquam Una perſona conſideetur. *L. Si municip. parag. ſi quid ff. quod ujusq; Univerſ. nom. l. 9. parag 1. ff. Quod et. canſ. l. 19. de nox. act. l 6. parag. 1. f. de rer. diviſ. l 29. ff. de V. obl. l. 36. & eqq. ff. de ad. ed. l. 193. de V. ſig. Ged. l. 1. bſ. 57. n. 7. Pet. Frid. l. 1. c. 3. de Proc. Ex. Rom.* 12. 5. *Eph.* 4. *v.* 4. & 1. *Cor.* 12. 13. *Gen.* 34. 16. *Iud.* 20. 1. 2. *Coloſſ.* 3. 15. & 2. *Sam.* 19. 15. Quam ob cauſam hæc collectio & conjunctio ſæpe unius perſonæ vice fungitur, ſeu unius loco habetur. *l. 22. ff. de fideiuſſ. l. 25. ff. ad muni. l. 1. parag. ult. ff. de acqui. poſſ. l. 9. ff. de pact. tit. Si fam. furt. feciſſ. dic. l. 9. ff. de Iurisd. l. 29. ff. de Verb. obl. l. 6. parag. 1. ff. de rer. diviſ. l. 3. ff. de duob. reis.* Veluti ſingulari appellatione plura ejuſdem generis ſignificamus. *l. 158. & l. 148. ff. de Verb. ſign. Unde Cic. in I. A. ait* Magnum eſt in Republ. tueri perſonam Principis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

pis. *& 1.Off.* Ipſi autem quam perſonam gerere velimus, à noſtra voluntate proficiſcitur. *It. I. A.* Ita veni in ſenatum, ut meminiſſem, quam Perſonam à vobis impoſitam ſuſtinerem. Eadem quoq; ratione ſinguli in unum Corpus conjici poſſunt. *l. 36. ff. de ædit. edict.* Et unus plures poteſt ſuſtinere perſonas, *uti Cic. ait 2. de Orat.* Tres perſonas unus ſuſtineo, meam, adverſarii, Iudicis, &c. 1. Off. Ac duabus his perſonis, quas ſupra dixi, tertia adjungitur, quum caſus aliquis vel tempus imponit. Similiter unâ duabus, aut tribus, aut quatuor perſonis illud corpus repræſentatur & conſervatur. *l.7. parag ult.ff. quod cujuſque Univ. l.16 ff. de hæred. Inſt. &c.* Octavò veluti κατὰ πρόσωπον dicitur, quod quaſi in conſpectu eſt *Actor.25.16. Gal.2.v.11.* Ita quoque aliis rebus applicatur, ſicut πρόσωπον quoq; terræ additur *Luc. 21. v.25. & Matt.16.v.3.* Cœlo, quod ſupra indicavimus. Eodem modo quoque τὰ πρόσωπα navium dicuntur proræ, teſte Euſt. Nonò peculiari prorſus ſignificatione Perſonæ dicuntur eminentes illæ in ædificiis figuræ, quæ aquas ore aut mentula per fiſtulas effundunt, eoque varios geſtus & vultus exprimunt, quæ alias ſalientes vocantur.*l.15.& l.17. ff.de act. empt.* Decimò denique Perſona Latinis quoque eſt facies conficta, hiſtrionica, ſive appoſititia,ut ſunt hiſtrio-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

num perſonæ aut larvæ in ſcenis. *Cic. de Orat.* Sæpe vidi, quùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionici viderentur, *& I. A.* Exultabat gaudio perſona de Mimo, modò egens, repentè dives. *It. Att. lib.15. epiſt.1.* Quid eſt autem, quur ego perſonatus ambulem? Parumnè fœda perſona eſt ipſius ſenectutis. Unde proverb. eſt, Perſonam malle, quàm faciem, id eſt, potius videri cupere, quàm reverà eſſe, &c. Ex quibus variis ſignificatis apparet jam, non temerè confuſionem rerum cum accidentibus faciendum, & I.C.orum optimam eſſe ſententiã, quod omne Ius vel ad perſonas, vel ad res pertineat, &c. *l.1. & 2. ff. d. ſtat. hom. Inſt. de I. nat. gent.* Ideo etiam rectè ſtatuunt, Perſonam tam hominem ipſum, quàm qualitatem & conditionem ejus ſignificet. Velut inde Perſonales actiones rectè dicuntur, quæ in perſonam hominis, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus tenetur datur, *l. 24. parag.1. ff. de Obl. & Act.* Item Ius Perſonale, aut Privilegium Perſonale, aut Perſonales Conſtitutiones, quæ in certæ perſonæ gratiam, vel in certam cauſam factæ ſunt. *l.1. ff. de Conſt. Princ.* Perſonalia beneficia, certis perſonis conceſſa, *l. 15. ff. Sol. matr.* Perſonalia munera *l. fin. ff. de mun. & hon.* Perſonale pactum, quando perſona adjicitur, *l. 7. parag. pactorum. ff. de pact.* Perſonales

prærogativæ, *in c.1. ne Cler. vel mo. lib.6.* Perſonalia interdicta, quæ perſonam magis quàm rem concernunt. *l.1. parag. fin. ff. de interdict. &c.*

*24. Quid igitur eſt Perſona ita propriè heic in Politicis dicta?*

PErſona heîc nobis eſt homo ſingulus Societatem in negotium vel factum deducens *l.1. & l.4. C. de dign. l.2. parag. 1. C. de Epiſc. & Cler.* Hujus cauſa omnia Creata ſunt. *Gen.* 1. *v.*26.28. 1. *Cor.*11. 7. *Pſalm.*8. *Sirach.*17.6. *Sap.*9.2. & 1. *Tim.*4. *Actor.*10. 13. *Eph.* 2. *v.* 10. & omne Ius introductum, ut infra patebit, ut ſit juſta diſciplina, per quam omnis impietas à Societate abarceatur. *l.2. ff. de ſtat. hom. parag. Inſt. de Iur. nat. gent. l. 28. ff. de uſur.* & ipſe Iehova quoque ſuo populo ſelecto ſuas præſcripſit leges. *Levit.*18. & cap.19. & 20. *& ſeqq.*

*25. Quomodo diſtinguuntur homines inde & Perſonæ?*

ALiud eſt diſtinguere homines quoad naturam aut ſexum & aliud quoad perſonam. Perſonæ enim, uti jam dictum eſt maximè adhæret conditio ſtatus inſita. Præterea aliter homo juxta partes eſſentiales dividitur, quàm ſecundum ſtatus conditionem. Sic & alia eſt innata quali-

ualitas, & aliud adventitia, juxta quæ ngula poteſt diſtinctio haberi. Velut ita omines reſpectu Perſonæ alii ſunt li- eri. alii ſervi, & liberi iterum aut in- genui, aut Libertini: Servi rurſus quoq; ut per totum, ut Mancipia, aut conditio- nati, ut infra patebit. Sic & alii Mor- bidi aut ægroti, alii ſani. Ægri iterum aut mente aut Corpore, &c. Ratione of- ficii alia Perſona publica alia privata *pa- rag. ult. Inſt. de Attil. tut. l. orphan. C. de epiſc. & Cler.* Ratione dignitatis, alii ſunt nobiles, alii ignobiles & plebei; ſic ex poſſeſſione rerum, aut divites aut pauperes; atque Iure domicilii aut cives aut peregrini, &c. de quibus infra ſuo loco plenius, quùm heîc ſaltem indicium hoc fuiſſe ſufficiat, & nunc ad cauſam mediatè efficientem ex q. 20. progre- diendum ſit.

### 26. *Quæ eſt Cauſa efficiens Societatis Mediata?*

Ex cujus interventu & mediatione coaleſcit Societas inter perſonas, quod fit conſenſu mutuo, per quem con- junctio talis coaleſcit; ſive ille ſit ex- preſſus aut tacitus.

27. *Quæ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*27. Quænam eſt Cauſa Societatis finalis?*

DE ultimato fine non heîc agendum eſt, ſed de ea cauſa, quæ in ſcop[o] ſuo quàm proximè concernit Societa[-]tem, quæ in fida & juſta participation[e] commodorum ad vitæ neceſſitatem fa[-]cientium conſiſtit. Non enim nobis nat[i] ſumus, ſed proximis noſtris, *Phil.* 4. 4 1. *Cor.* 10. 24. & *Gal.* 5. 14. *l.* 2. *de leg.* *l. Servus. ff. de Serv. l.* 1. *parag.* 15. *ff. de Vent. in poſſ. l.* 19. *parag. filius ff. de capt. & poſtl. Cic c.* 1. *Off.* Nati ſumus ad Societatem communitatemq; generis humani, &c.

*28. Quæ verò eſt cauſa Materialis aut ſubjectum Societatis?*

SUnt partim ipſi homines quatenus ſe communicationi ſubjiciunt, & partim commoda intentionis quæ tam res, operas & negotia atq; actiones vitæ in ſeſe continent & exprimunt.

*29. Quæ eſt cauſa formalis Societatis humanæ?*

QVam ipſa unio & conjunctio juxta pias & honeſtas conditiones determinat, prout quoque neceſſaria conſer-

vatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ıtio requirit. Ideoque Societatis hu-
s genus rectiſſimè unio conſtituit, pias
honeſtas cõjunctionis conditiones in
onſiliis, auxiliis mutuis & ordine ne-
eſſario complectens. Hæc enim neceſ-
ıria ſunt requiſita, ſi Societas legitimè
omponi & vinculis ſuis rite conſtringi
ebeat, quod & ipſa corporis ratio in
ıſtentatione ſui & membrorũ omnium
ra poſtulat. *Vid. Gen.* 16. 2. & 21. 3. &
*Sam.* 13. *Pſalm.* 72. &c. Sed cauſis jam
xplicatis, nunc ex ordinatione *q.* 16.
ernoſcemus quoque effectus Societa-
is humanæ.

## CAP. VII. Præcog.

# De Effectibus & Cognatis binis prioribus Societatis humanæ.

## *Videlicet Conſcientia & Tranquillitate animi.*

1. *Quoſnam vero effectus ex ſe edit Societas humana?*

CErtè quàm plurimos & quidem neceſſitate ſua inſignes. Sunt autem in duplici differentia, ut alii ſaltem conſequentiam reſpiciant, alii ex ipſo actu Conſolationis reſultent, ex quorum numero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

numero ſaltem hos exprimemus & ſunt Amicitia atque Concordia quam neceſſario Pax ſequitur felix, propter inhæſionem eſſentialem.

## 2. *Quid eſt Amicitia?*

Eſt præcipuus Charitatis mutuæ in hac ſocietate effectus mutuis animorum rerumque officiis & integritate totius cordis abſque fuco ad normam ſynceræ pietatis deſtinata. Hæc vera eſt amicitia, quæ non commodum proprium, ſed proximi ſemper incluſum tenet, adeoq; ſyncera & ſolida nititur pietate. Ideoque omnis amicitia, quæ vel in minimo ſui potius quam proximi reſpectum habet, non eſt ſolida, nec vera; ſed hypocriſi extrema laborat, ſaltemque occaſionem lucrandi expectat; hac obtentâ in odium ſe aut invidiam turpiter convertit. Proximum enim ſicut nos ipſos amare præcipimur. *Lev.* 16. 19. *Matt.* 17. 9, & 22.39. *Marc.* 12.31. *Luc.* 10. 27. *Iac.* 2.8. Vnde & ſacrificiis præfertur dilectio proximi. *Marc.* 12.33. quia Charitas ex Deo eſt, & quiſquis diligit ex Deo natus eſt, ac novit Deum 1. *Ioh.* 4.7. At qui non diligit, non novit Deum *ibid. verſ.* 8. Deus eſt Charitas, qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ibid. 16. At qui non diligit fratrem, manet in morte *ibid. cap.* 3. *v.* 15.

Proinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Proinde, ait, Filioli mei, ne diligamus Verbo, nec lingua ſolum, ſed facto & Veritate: Et per hoc cognoſcimus nos eſſe ex Veritate. *Ibid. c.3. v.18.19. Ac c.4.v.20.* Si quis dixerit: Diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non vidit, quomodo poteſt diligere? Proh Deus! O quàm multi igitur in mundo hodiè vivunt mendaces! Indenè totus mundus nonnè ſcateat plenis mendaciis? &c. Sed de his in Eth. Chriſt. egimus. Græcis eſt φιλία, & ἀγάπη.

### 3. *Quid eſt Concordia?*

EST alter Societatis veræ in mutua cō-junctione effectus propter ſimilitudinem pietatis & morum initus, mutuis veræ benevolentiæ exercitiis utilitatem publicam & proximi promovens, ut inde tranquillitatem animi in bona conſcientia obtineat. Vnde ὁμόνοια Græcis dicitur, quod homines ſive ſuperiores dignitate aut inferiores, una mente inter ſeſe, quaſi in una anima ſpirantes, correſpondendo vivere debeant. Veluti tale concordiæ ſtudium nobis paſſim in S. Litteris commendatur. *Pſalm.* 133. 1. *Prov.* 18. 19. *Ecclеſ.* 35. 2. *Matt.* 5. 9. *Rom.* 12. 16. & 15. 6. & 1. *Cor.* 1. 10. & 2. *Cor.* 13. 11, *Eph.* 4. 3. *Phil.* 1. 27 & 2. 2.

& 4.

& 4. 2. & 2. *Theſſ.* 3.16. *Tit.* 3.2. *Hebr.* 10.24 & 12.14 & 1. *Pet.* 3. 9. In primis heîc perpetua meditatione cordis coquendum, & praxi ſolida reſpiciendum eſt, aureum illud Sap. Syrac. dictum cap. 25. v. 1. ubi ait: In tribus placitum eſt Spiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, ac ſi vir & fœmina benè inter ſe conſentiant. Tria verò genera odit anima mea, & infenſus ſum valdè vitæ illorum: Si pauper ſit ſuperbus, & dives mendax, ac ſenex mœchator, ac nulla intelligentia præditus. Sed tantum de effectu Societatis, pauca ex *quæſt.* 5. *h. c.* nunc de cognatis ejus & Contrariis dicenda reſtant.

### 4. *Quænam habet igitur cognata Societas talis?*

QVamvis plurima habeat, tamen heîc ſunt conſideranda non remota, ſed maximè propinqua, talia ſunt, Bona Conſcientia, Tranquillitas animi, libertas, & ſedulitas in officiis præſtandis, quæ Vigilantia aut diligentia & Conſtantia conſiſtit.

### 5. *Quid intelligis per bonam Conſcientiam?*

ILlud quod D. Paulus *act.* 23. *v.* 1. de ſe egregiè teſtatum facit, his verbis: Ego omni

mni bona conſcientia ſervivi Deo ad
unc uſque diem ut in vera obedientia
rga Deum & dilectione proximi omne
ervitium conſcientiæ ſitum ſit. Vtinam
ta hodiè quoque in fide vivida morta-
es viverent, ut ſuæ conſcientiæ teſti-
nonium ita in piis factis cuivis proxi-
no probare poſſent, non tàm diriter
otus divaſtatus jacèret ſtatus Reipubl.
Chriſtianæ. Sed quùm homines non
mplius agnoſcant conſcientiam, imò &
ndem ſibi putent, ſi eam prorſus igno-
ent, fit inde, quod Spiritum Dei carna-
is vitæ perverſitate malitioſa à ſe peni-
us & tàm turpiter in propriam perni-
iem expellant. Sunt tamen, quàm plu-
imi, quibus nihil uſitatius eſt, quàm
erpetua jactantia oris de conſcientiæ
omine multa gloriari & ad eam ſem-
er provocare: ſunt etiam, qui ſibi ex
tulta inſcitia conſcientiam de re tali
onfingunt, quæ non eſt veræ conſcien-
iæ; at in quibus ſibi eam conſtituere
lebent, de iis pluſquam ſecuri inveniun-
ur: Sunt quoque & potiſſimi, qui judi-
ium aliquod ex *Eſa*. 15. *verſ*. 3. & 1.
*Corinth*. 11. 31. verſiculo definitionem
onſcientiæ ſibi fruſtrà pariunt, ut ſe
non absque pudore in erroribus ſuis
dmodum confundant. Proinde ma-
gna cautione hic opus eſt & exami-
ne juſto, ne definitionem aliquam
omniamus nobis, quæ minus rem at-
 tingat,

tingat, aut ritè penetret cordis cog-
tationes.

### 6. *Unde igitur tot errores Conſcientiæ in vera definitione ejus evitantur aut corriguntur?*

SI eos Sacræ Script. locos ritè expl-
remus, quæ nobis vim & nervu-
Conſcientiæ bonæ proponant & det-
gant, ut intelligamus firmiter, in quib-
virtutis ejus eſſentia & vis lateat to-
quæ nos coram Deo tam adſiduè & p-
tenter commendet aut reos convinc-
intus, & condemnet funditus. Sicut e-
iam talem Ethnici cordis ſtimulum
animæ punctionibus mutuis agnovêr-
unde Ciceronis admodum emphatica e-
hæc locutio, quando dicit: *Attic. lib.*
*epiſt. 20.* In omni vita ſua quenquam
recta conſcientia tranſverſum ungue
non oportet diſcedere, *&* *3. de Nat.*
*Deor.* Et virtutis & vitiorum, ſine u-
divina ratione, grave ipſius Conſcient-
pondus eſt: quâ ſublatâ, jacent omni-
*It. pro Mil.* Magna vis eſt Conſcientiæ
utramque partem, ut neque timeant, q-
nil commiſerint, & pœnam ſemper an-
oculos verſari putent, qui peccarint.
*1. de Finib.* Quod ſi quis ſatis opibus h-
minum ſibi contra conſcientiam ſe-
eſſe & muniti videntur; Deos tam-
horrent: Easque ipſas ſollicitudin-
quib

nibus eorum animi noctes atque dies
xeduntur, à diis immortalibus ſupplicii
auſa importari, putant, &c. Atque ita
x effectu facilè quidem potuerunt ſe-
um convinci, quod ſtimulus menti &
nimæ fuerit inſitus, qui quemque ob
nalefacta torqueret duriter : Velut et-
am *D. Paul. ad Rom.* opus legis cordi-
us eorum inſcriptum *dicit cap.* 2. 15.
quod ibi quaſi in capſula reconditum la-
et, quamvis legem non habeant : Sed
quid propriè & unde ſit, non potuerunt
nvenire, quum veritatem Dei adeo uſq;
n falſitatem tranſmutaſſent, cultu vero
Dei & Conditoris ſui rejecto. *Rom.* 1.
*v.* 25. *&* 26. Ideoque tradidit eos Deus
fœdis affectibus ſuis, ut quando hos ſuo
habituali virtutis ſtudio & ſuperficiali,
juxta conceptas propriæ mentis opinio-
nes, nonnihil à ſpurcitie externa pur-
gaſſent ; ſe Conſcientæ ſatisfactionem
& libertatem præſtitiſſe ſuam arbitra-
rentur. Sed quùm inde in ſemetipſos &
ſui amorem nimium recurrerent, Ido-
lolatrici longè deteriores facti ſunt. Et-
enim hac falſa conſolatione non tantum
ſe liberos à peccatis fingebant, in con-
ſcientia ſua carnali ; Sed etiam Deum
mendacii arguebant ſecum. 1. *Ioh.* 1. *v.*
10. quùm tamen non animalem cogita-
tionem, ſed Iehova puritatem cordis
ſimplicem à quovis expetat, & è contra
φιλαυτίαν ſuperbam extremo odio ha-
T 2 beat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

beat. Propterea maximè veræ conſcientiæ natura ex dictis Sacræ Scripturæ addiſcitur.

7. *Quænam ſunt ea Sacræ Scripturæ dicta?*

PRimum eſt *D. Paul. 2. Cor. 1. v. 12.* ubi dicit: Gloriatio noſtra hæc eſt; teſtimonium videlicet Conſcientiæ noſtræ, quod cum ſimplicitate & ſynceritate Dei, non cum Sapientia carnali, ſed cum gratia Dei cõverſati ſimus in mundo, quàm plurimum autem apud vos. Deinde alterum 1. *Iohan. 3. v. 18. & 19.* Filioli mei, ne diligamus verbo, neque lingua ſolum; ſed facto & veritate. Et propter hoc cognoſcimus, nos eſſe ex Veritate, & coram ipſo ſecura reddemus corda noſtra. Nam ſi nos condemnet Cor noſtrum, potentior eſt Deus corde noſtro, & novit omnia. Dilecti, ſi Cor noſtrũ nos nõ condemnet, fiduciam habemus apud Deum, &c. *verſ. 20. 21.* Item, Si diligamus nos invicem, Deus in nobis habitat, & Charitas ejus perfecta eſt in nobis τετελειωμένη ἐστιν ἐν ἡμῖν. Per hoc cognoſcimus nos in eo habitare, & ipſum in nobis, quod de Spiritu ſuo dedit nobis. 1. *Ioh. 4. v. 12. 13. Item verſ. 16. & 17.* Deus Charitas eſt; & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. NB. Per hoc perficitur Charitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ritas nobis, ut fiduciam παῤῥησίαν habeamus in die judicii; quod NB. qualis ille eſt, tales & nos ſimus. Et per hoc ſcimus, quod ipſum novimus; ſi mandata ejus obſervemus. Qui dicit novi eum, & mandata ejus non ſervat, mendax eſt, & in eo non eſt veritas. 1. *Ioh* 2. *v.* 3. 4. Qui ſervat ſermonem ejus, verè in hoc Charitas Dei perfecta eſt. *NB. Per hoc ſcimus nos in ipſo eſſe.* Qui dicit, ſe in eo habitare, debet, ſicut ille inceſſit, ita & ipſe incedere, &c. Atque ſic per totum nihil aliud D. Iohan. docet & monſtrat, quàm quæ conſcientiæ obligationem in Deum & proximum quemque nobis in tali ejus deſcriptione monſtrent. Unde etiam in παῤῥησίᾳ & fiducia noſtræ conſcientiæ certi ſumus, quod Filii Dei ſimus, & omnia poſſidemus in Chriſto; ceu dicit *cap.* 5. *v.* 14. Et hæc eſt Fiducia, quam habemus apud Deum, quod ipſe nos, ſi quid petierimus ſecundum voluntatem ejus, audiat; velut idem *c.* 3. *v.* 22. aſſeveraverat: Si Fiduciam habemus apud Deum: Et quicquid petierimus, accipimus ab eo: *Quare?* Quoniam, ait, præcepta ejus cuſtodimus, & ea, quæ ipſi placent, facimus. Hæc enim eſt Charitas Dei, ut mandata ejus ſervemus; NB. καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσὶν, & mandata ejus gravia non ſunt, &c. Sed quæſo, quibuſnam gravia non ſunt? Nimirum bonæ conſcientiæ filiis, & qui

verè ex Deo nati ſunt, ac mundum vincere non deſinunt; uti etiam verba ejus id ulterius monſtrant; quoniam quicquid natum eſt ex Deo, vincit mundum. *v.* 4. Namque eo ipſo dum mundum vincere laborant, facili intentionis Fiducia ad victoriam adſpirant, & eò propius ad Deum accedunt, ut omnia illis levia in labore tali actionũ illis videantur. Quicquid enim in cupido iubentis animi ardore quis ſubit, nullatenus grave alicui eſt. Verùm filiis hujus mundi & qui ſemper Spiritus aſtralis ductum in carnali ſua libertate, quæ veræ libertati Spiritus Dei ubique reſiſtit, ſequuntur, nihil poteſt durius occini aut prædicari: imò neque Spiritum Dei, nec Verbum ejus patienti aure excipiunt, quin ſtatim efferveſcant. Tertiò nec heîc D. Pauli dictum egregium *ad Rom.* 2. *v.* 13. 14. 15. omittendum eſt, quod non tantum Conſcientiæ definitionem, ſed etiam diſtinctionem eam, quæ inter Ethnicos & Chriſtianos datur, mirè illuſtrat, quando dicit: Non enim qui audiunt Legem, juſti ſunt apud Deum; ſed qui legem præſtant, juſtificabuntur. Nam quùm Ethnici, qui Legem non habent, naturà, quæ legis ſunt faciant; iſti legem non habentes, ſibimetipſis ſunt νόμος, lex. Vt qui oſtendant opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis, unà teſtimonium reddente ipſorum συνειδήσεως Conſcientia, & cogitationi-

[acc]onibus ſeſe mutuò accuſantibus, aut [e]tiam excuſantibus; In die, quo judi[c]abit Dominus de latebris hominū, &c. [I]n his perquam eximiè de natura & eſ[ſ]entia Conſcientiæ agitur, quibus addi [p]oteſt. *Gen.* 3. 8. *Eſai.* 66. 24. *Matt.* 24. [5]2. *Marc.* 9. *v.* 44. 46. & 48.

8. *Quomodo igitur hinc conſcientia propriè ſic dicta, poteſt definiri?*

REctè heîc quæris de Conſcientia propriè ſic dicta. Etenim veluti ſu[p]ra *hujus cap. q.* 6. de Societate humana [i]d inculcavimus, quod alia ſit nuda in genere deſcriptio, quando res nimis latè accipitur, & alia rei ſtrictior definitio; ita etiam heîc illud obſervandum eſt; quùm tam late extendatur Conſcientiæ vocabulum, ut etiam ethnici ſe heîc ſimul incluſos velint, non levi Conſcientiæ teſtimonio, *ut Cic.* 2. *I. A. dicit:* In ipſa conſcientia rectè factorum ſatis magnus laborum fructus eſt. *Et* 2. *in Cat.* Homo audaciſſimus Conſcientia convictus reticuit. *Item* 3. *Offic.* Hunc tu, quas Conſcientiæ labes in animo habuiſſe, cenſes? Quæ vulnera? Ideoque ſi prius ἐν πλάτει, ea quæ ita dicitur nominalis, proferatur definitio, poterit deinde altera realis ſubnecti rectius.

9. *Qualis autem eſt Nominalis Conſcientiæ definitio?*

HAnc ſatis appoſitè adducit, *Hug lib. 2. de anim. cap. 9. inquiens:* Conſcientia eſt Cordis ſcientia. Cor enim & ſe novit ſuâ ſcientiâ & alia multa. Quando novit ſe, appellatur Conſcientia; quando præter ſe alia, nominatur ſcientia. Alii dicunt cognitionem ſive ſcientiam ad vitæ actiones applicatam. Alii Intellectus judicium, quod dictat bonum quid aut malum in vita eſſe. Communiter aliàs dicitur, quod ſit animi quædam ratio, vis & lex, à quâ & de rectè factis & ſecus admonemur; Græcis συνειδὸς aut συνείδησις eſt, ab εἴδω video, quod conſcia intus facta in corde perſpiciat hominis, examinetque, quomodo ſe habeant. Hinc poëta dicit:

*Hic murus aheneus eſto,*
*Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*

Inde etiam theſaurus cordis à Chriſto vocatur *Matt.* 12. *v.* 35. ubi dicit bonus homo è bono theſauro cordis, profert bona, malus homo ex malo theſauro profert mala, ubi ſimulitudinis ergo tali theſauro æquiparatur Conſcientia, quod bona & mala inde edantur; Sed non eſſentiam ejus impenetrat.

10. *Quid*

10. *Quid veró in propria ſua eſſentia realiter eſt Conſcientia?*

EST nil aliud, quàm centralis quidam animæ igniculus, ſecundum primam creationis legem cordi hominis inditus, ut ad ejus præſcriptionem perpetuam in ſyncero obedientiæ amore voluntati Iehovæ conſtanter obnoxius vivat, & in omnibus actionibus vitæ proximi ubique dilectionem intendat. Alii dictamẽ rectæ rationis inde dici volunt; ſed quum nec rationis eſſe proprium nec ejus lucem amiſſam intelligant, meritò alibi refutantur.

11. *An non igitur per notitiam, cognitionem, aut iudicium diſiniendа eſt Conſcientia?*

ALiud eſt de rei eſſentia loqui, quid intus in ſe & ſua natura ſit, & aliud de ejus proprietatibus adjunctis aut qualitatibus agere. Quum verò notitia, cognitio & judicium ſaltem qualitatem quandã intellectui animæ maximè competentem, ponant, per ſe patet, in quantum illi aberrent, & aberrarint à ſcopo, qui tantum per nudam notitiam aut cognitionem Conſcientiam definire voluerint. Longè autem craſſius peccarunt, qui judicii genus ipſi proprium adſigna-

re non veriti fuerunt, quùm judicium non ſolum poſterius ſit omni cognitione & notitia; ſed etiam ipſum effectum cognitionis determinet. Quemadmodum igitur cauſa non poteſt dici nec eſſe effectus abſque abuſu aliquo ſui, aut figura locutionis, ita neque heic propriè definitionem poteſt ingredi. Illi, qui verioris Philoſophiæ ſtudio dant operam, ex ipſa natura hoc exploratum habent, quod anima cœleſtis ſit quidam ignis; ſed certè non elementaris, qui ſaltem effluxum ignis æterni in acredine ſuo exprimit; iidem quoque facile percipiunt, quomodo in hoc igne (in quo ſedem ſuam fixam etiam poſt lapſum retinuit) conſcientia latitet ac ſe in eodem rectè conſervare ſtudeat, ne alicubi titubet, aut contra normam & dictum amoris infiti iterum heîc illic impingat. Regulæ enim loco æternæ ſeſe in cordis dictamine habet, unde, notitias ſuas ab anima in objecta emiſſas, rectè operari cupit, ne falſo ſplendore imaginationis conceptæ decipiantur, quùm luce ſua vera in lapſu Adamico ſit privata, quām Chriſtus unicè reſtituit, & regeneratione in Spiritu ſuo nobis vult denuò applicari. Quod ſi igitur Verbo & voluntati Iehovæ ſe obedienter ex ſtimulo aut ſuggeſtione Conſcientiæ ſuæ anima, quam alii falsò rationem dicunt, ſubmittat; eſt certè quod inde ſibi Con-

ſcientia

ſcientia de rectitudine ea congratuletur, unde Bona exurgit conſcientia; ſin minus, omninò cauteriata *ut D. Paul. 1. Tim. 4. v. 2.* aut vulnerata, *ut Cicer. 3. Off. loquitur*, inde exoritur. Veluti id in Adamo videre eſt, qui ex lapſu ſuo ira in ſe & ſua conſcientia convincebatur, ut confeſtim ſe à facie Iehovæ abdere & abſcondere cuperet, quaſi morti ipſo facto ſe condemnatum protenus ſentiret. *Gen. 3. v. 8. 9.* Etenim è veſtigio non tantum cogitationes notitiarũ ſeſe mutuò apud eum ferventer in ignis æterni combuſtione accuſare, ſed etiam ad invicem in corde animam ipſam cum atteſtatione ſive teſtimonio exhibito conſcientiæ condemnare incipiebant, ut ſic optimè & accommodatiſſimè *D. Paul. ad Rom. 2. v. 15. loquitur.* Hinc itaque ſane vermis ille malefactorum nunquam fuiſſet in Conſcientia moriturus, nec ignis potuiſſet extingui, *ut Eſa. 66. v. ult. & Marc. 9. v. 44. 46. & 48.* teſtantur, niſi Chriſtus hoc intercepiſſet Iehovæ judicium, & tam fidelem loco noſtri ſemini noſtro generatione nova immiſcendo, mortem ſubeundo, ab æterno condemnationis igne nos liberando, ac Spiritum ſuum reſtituendo & donando ſe ſalutis noſtræ reparatorem exhibuiſſet, ut denuo in Conſcientiæ ſalvaremur penetralibus imis. An non igitur ipſi omne in vivos & mortuos juſtum com-

petat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

petat judicium, ſi Spiritui ejus & voluntati Patris gratioſæ in Conſcientia ſtudio pio ac dilectione proximi vera vividaque, ut D. Ioh. undique in cunctis hanc requirit, ſe reddere penitus abnegent mortales? O faſtum plus quam atrocem hominum, & Spiritum refractarii ordinis peſſimè perverſum!

12. *Sed quotuplex eſt Conſcientia?*

MIra heîc multarum iterum ſe exerit diſcordiarum turpitudo, ut alii non tantum duplicem, ſed etiam triplicem, imò & quintuplicẽ, aliam videlicet nunc publicam & privatam; aliam rectam, probabilem, erroneam, dubiam, & ſcrupuloſam faciant; quùm tamen Conſcientia in homine non tantum in conformitate uniformi centraliter ſeſe habeat in corde hominis unico, non duplici, &c. Sed etiam non alium auctorem, ſiquidem bona eſſe velit, quàm Deum unum reſpicere in cunctis viribus actionum, & cordis unici ἐνεργίαις ſuis debeat. Unde quidem non poteſt alia in natura ſua eſſe quàm una; quùm ſit ἐπερώτημα ſtipulationis vinculum cum Deo unicum 1. *Pet.* 3. 21. nec aliud reſpicere debeat, quàm Deum: at reſpectu hominis, in quo viget, aut bona aut mala erit, non diverſimodè diſtracta aut ulterius ſibi direpta, quum nemo poſſit duobus

ſimul

mul ſervire dominis, ut ait Chriſtus, ut calicem ejus & dæmoniorum ſimul bibere 1. *Cor.* 10. Sed ſicuti illa intingitur aut inficitur ab hominis imaginatione aut bona aut mala, ita quoque ſeſe habet in eodem & affecta ſtat cauteriata aut rectitudini ſuæ innixa, veluti *ex D. Paul.* 1. *Tim.*4.*v*.2. apparet, & rectè docetur inde, quod Conſcientiæ vis ſit quaſi opus quoddã ſuâ naturâ medium, ſi bona ſit, bonum reddat; ſin mala, malum. Ideoque D. Paulus tam ſedulò nos mouet, quod Conſcientia dubia nihil ſit aggrediendum. *Rom.*14.*v*.13. Sed ſemper Conſcientiæ ſolius Dei imperio debeant eſſe ſubjectæ. *Rom*.6.17. & 14. *verſ*.4. 8.9. 10. & in ſua libertate conſervari. 1.*Cor*.7.35. & 14.40. & 2.*Cor.* 1.24. *Gal.* 5.13. *Coloſſ.* 2.16.2. & 2. *Theſſ.* 3.4. & 1. *Tim.* 4. 1. 2.*Tit.* 1. 15. *Iacob.*4.12.

### 13. *Quid ergo bona dicitur Conſcientia?*

BOna ſive recta in hac ſignificatione Conſcientia eſt ἐνέργεια illa notitiæ ex rectè factis in ſe reflexæ, quam homo ſecum in pectore geſtat ad normam Fidei vividæ aut honeſtatis piæ ut inde tranquillitatem animi in ſe beatam foveat. Quanti autem hæc æſtimanda ſit docet paſſim S. Scriptura monitis, exemplis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

plis & fructu. 2. *Cor.* 1. 18. & 10. 27. 28. & 12. 19. & 1. *Tim.* 1. 19. & 3. 9. & 2. *Tim.* 1. 3. *Hebr.* 10. 22. & 13. 18. & 1. *Petr.* 3. 13. 16. 17. 21. & 1. *Ioh.* 1. 7. & 3. 19. 20. *Exempla in Virgine Maria, Luc.* 1. 46. *in Zachæo. Luc.* 19. 8. *in D. Paulo Actor.* 18. 6. & 23. 1. & 24. 16. & 1. *Cor.* 4. 4. & 2. *Cor.* 1. 12. & 2. 17. & 4. 2. & 7. 2. & 1. *Theſſ.* 2. 3. 4. *Hebr.* 13. 18. *in Fructu. Prov.* 15. 14. & 28. 1.

14. *Quid verè Cauteriata eſt aut dicitur Conſcientia, ſive mala?*

CAuteriata, ſive carnalis, quæ & turbata vulnerata aut prorſus mala vocatur, eſt Saturninus ſtimulus animæ teſtimonio malefactorum intus impreſſus, excujus punctionibus ſecum homo ſentit, quod divinitus cordi inſcriptas leges contra Dei amorem & proximi dilectionem variis modis & maximè hypocritica falſitate ac ſimulatione trangreſſus fuerit, indeque cum tremore condemnationem ſui patiatur. De perturbata Conſcientia tali egregiè ſic agit, *Salom, Sap.* 17. *verſ.* 11. Res timida eſt improbitas, ait, teſte proprio condemnata, & ſemper res graves præſumit, dum conſtringitur Conſcientia, *&c. vid. Prov.* 28. 1. *Eſa.* 66. 24. *Marc.* 9. 44. 1. *Tim.* 4. 2. & 6. 10. *Tit.* 3. 11. *&c.*

15. Qui

15. *Quid in his definitionibus notandum?*

ITraq; hæc bonæ & malæ Conſcientiæ definitio, in plurimis quidem indigeret juſta explicatione & illuſtratione; Sed alii loco talia reſervanda ſunt; ſaltem hac vice ſufficiat indicaſſe, quod utrobique gradus aut bonitatis aut malitiæ inveniantur. Velut enim ingens eſt differentia inter eos, qui ex ignorantia, & ex proæreſi ſtudioq; obſtinato peccant; Ita quoque diſcrimen eſt non multum abſimile inter illos, qui ex lumine gratioſo Fidei, prout regeneratos decet, conſtanter in Conſcientiæ bonæ tramite vitam piam tranſigunt, atque gloriæ Dei in Chriſto haut fucatim vivunt; & inter eos, qui ex naturali inſtinctu Conſcientiæ ſimplici ardore cordis per honeſtatis piæ veſtigia & ſeverum virtutis conatum ſe ad Deum erigere cupiunt, anxièque hoc integritatis ſtudiis cotidiè abſque ſui commodi & avaritiæ reſpectu quærunt. Conſcientiam bonam & regeneratus & non regeneratus utrobique ſibi adoptat atq; id ſtrenuè agit, quatenus bonus ipſe eſt & ſolidè pius; ſicuti *Cic. Lib. 13. epiſt. 20. ad Att.* atteſtatur, quod in univerſa vita ne quidem tranſverſum unguem à recta Conſcientia diſcedere oporteat. *Et*

*Senec.*

*Senec. in lib. de mor.* Conſcientiam magis, quàm famam attendendam eſſe. Falli enim ſæpè, ait, poteſt fama, Conſcientia nunquam. *Et ibid. dicit:* Mala Conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam. Itaque nihil ei commiſeris, niſi quod amico committere poſſis. Inde ita cuiq; hanc admonitionem addit, inquiens: Sic vivendum eſt, tanquam in conſpectu vivamus: Sic cogitandum, tanquam aliquis pectus intimum proſpicere poſſit. Tam accurati ſanè in medio Ethniciſmo inveniuntur ſæpe Conſcientiæ ſuæ obſervatores in rectitudine vitæ, ut nullo prope ſcandalo obnoxii eſſe cupiant & qui hodiè in multis palmam Chriſtianitati addictis eripiant, in quibus nil niſi inane ſæpius reperias nomen. Sic & è contra inveniunt mortales, qui tam laxas libertati Chriſtianæ habenas concedunt, ut quævis crimina nefaria, perverſitates ac flagitia cum crudelitatibus omnibus liberè & plus quàm liberè abſque pudore perpetrare non vereantur; nec tamen putent, quod ulla macula Conſcientiæ intus inuratur, imò optimos victores in eo ſe oſtendere & venditare audent. Quæ cauſa? Conſcientia aliquouſque tacet. Inde ſecuri ita in quibuslibet vivunt nequitiis. Sed non æque ſemper tacebit. Namque ſi tandem evigilet, carnalitatis ſtudio & ejus fervore abluto, certè vermem ſe inextinguibilem æternumque

numque

umque præſtat Conſcientia; prout quiſque eam concitavit & informatione infecit, ita quoque præmio ſuo afficit cultores, & carnificem agit perpetuum, *Gen.* 4. 6. 7. *Eſa.* 66. 24. 1. *Tim.* 1. 19. Ideoque quiſque curet ſedulo, ut D. Ioh. monita ſupra dicta, unicè anxiè ſibi obſervet.

16. *Sed quænam eſt differentia inter Chriſtianorum & Ethnicorum Conſcientiam?*

ÆQualiter ſe rem hanc Conſcientiæ non habere, ad proximam quæſtionem explicatum eſt. Ideoque heîc accuratiſſimè diſtinguendum eſt tam inter Chriſtianos bonos aut veros, & malos aut falſos, quàm etiam Ethnicos bonos & malos aut perverſos. Licet enim utrobique mali & perverſi dentur, uti in propatulo eſt; tamen hoc verum eſt, quod Chriſtiani opinabiles mali longè deteriores imò ipſis peſſimis ethnicis ſint profligatiores, atque proinde in malæ Conſcientiæ conſtitutione longe deterrimi. Namque ſervus, qui voluntatem heri ſui novit, nec eam perficit, multis plagis afficietur præ altero. *Luc.* 12. 47. Annon & Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die judicii, quàm talibus? *Matt.* 11. 21. qui juxta carnem vivunt, & tamen Chriſtianos ac in Chriſto renatos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſe dicunt? Terræ Sodomorum tolerab
lius erit, quam iſtis *Matt.* 10. 35. A
Chriſtus dicit Phariſæis: propter hc
gravius accipietis judicium, *Matt.* 2
14. Qui irritam fecerit Moiſis legen
abſq; miſericordia ex duorum ut triu
teſtimonio moritur. Quanto putat
acerbiore ſupplicio dignus cenſebitu
qui Filium Dei conculcarit, & ſangu
nem fœderis, per quem fuerat ſanctil
catus, profanum duxerit, & Spiritu
gratiæ contumelia affecerit? *Hebr.* 1
*v.* 28. 29. An non illi Chriſtiani pe
verſi, qui ſub eo titulo omnes carn
nequitias & protervias exercent, co
calcent filium Dei potius, & Spiritu
gratiæ blaſphement, quàm quod qu
veniæ mereantur? Satius certè fuiſſ
eis, non cognoviſſe viam juſtitiæ, quàn
cognitâ illâ, regredi à ſancto manda
ſibi tradito, 2. *Pet.* 2. 21. An non igit
Ethnicis Conſcientiæ rectæ normā a
petentibus & ſequentibus, melior quo
ſit conditio ſalutis futura, præ expreſ
condemnatis? Sicut enim boni Chriſti
ni per Chriſtum in Deum ſe erigunt; i
boni Ethnici per honeſtatis ſimplice
culturam ex dictamine rectæ Conſcie
tiæ ad Deum tendunt, *ait Sacer. Phil.*
*l. de* 3. *vit. c.* 11. Unde etiam hoc ver
ſimum, quod quò ſimpliciori ſinceritat
& fideliori probitate, abſque ullo mun
reſpectu ad Iehovam pergant, eò quoq
gratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſatiori vultu aut favore excipiantur
hoſpites. Etenim bonus & Clemens eſt
Dominus; *ait David Pſalm.* 25.8. Ideo
docet aberrantes in via. Qui vero de-
flectunt in curvas vias ſuas, ſibi pœnæ
eo vivunt undique in duplicitate cor-
dis ſui ſerpentini. Apud Iehovam enim
nullus eſt perſonarum reſpectus, nec ad
aſpectum oculorum ſaltem judicat:
*Iſai.* 11. *v.* 3. *Malach.* 2.9. *Matt.* 22.16.
*Marc.* 12. 14. *Luc.* 20. 21. Sed cordis
ſcrutator ſagax eſt, *Pſal.* 5. & uti D. Pe-
trus ore aperto dicit, in quavis gente,
acceptus ei eſt,qui eum timet, & ope-
ram dat juſtitiæ. *Actor.* 10. 35. *Rom.* 2.
11. *Gal.* 2.6. *Eph.* 6. 9. *Coloſſ.* 3. 25. &
*Iacob.* 2. 1. 9. quùm citra reſpectum ex
cujusque opere judicet, 1. *Pet.* 1. 17.
Namque Iuſtus eſt Dominus; & ejus eſt
clementia: inde certè rependit cuique
ſecundum opus ſuum, *Pſalm.* 62. 12.
Quùm igitur ſerpentini prorſus generis
homines illi dupliciſtæ, & duplicis cor-
dis ſimulatores, omnium bipedum ſint
ſceleratiſſimi & cunctis apertis hoſtibus
crudeliores, quo loco habendi ſint, atq;
quid præmii ex Iuſtitia Iehovæ expe-
ctandum illis veniat, hoc ex ore Dei in
Conſcientiis ſuis ipſi dijudicare pote-
runt; Licet libertatem Conſcientiæ &
Religionis centies mali prætendant ar-
tifices.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

17. *Num homo poteſt ſemetipſum examinare, an vivat in bona Conſcientia?*

OMninò facillimè; ſi ſaltem ſe exploret, ſecum, num Deum ex toto corde amet & proximum ſuum.

18. *At quomodo poterit ſecum ſentire talem amoris affectionem?*

SI ardor vividus talis ejus cordi inſit, ut cotidiè cum Davide, *Pſalm.* 40. 9. 10. & 50. 5. 14. 15. ex animo coram Iehova poſſit effundere hæc verba & vota: Tuam voluntatem; ô Iehova, lubenter perficio, & ita lubenter tuam prædico populis juſtitiam, ut os meum mihi nunquam obturari patiar: Sic ſemper in veritate tua me oblecto, ut cotidie tibi vota mea gratias agendo, te adorando & proximum diligendo, offeram. Hæc enim 3. ſunt munia vera ſynceri amoris, quæ nemo non ſentire ſecum poterit. Si in iis non vivat, judicium malæ Conſcientiæ ſecum ſumet protenus..

19. *An verò cuiquam mortalium in Conſcientias imperium aut judicium quoddam competit?*

IEhova eſt Deus Deorum, & Dominus Dominantium. *Deut.* 10. 17. Rex regum,

gum, & Imperator Imperantium. *Apoc.* 19. *v.* 16. Quia Deus magnus eſt Iehova; & Rex magnus ſupra omnes Deos. *Pſalm.* 95. 3. Ipſe in cœlis ſtabilivit thronum ſuum: & regnum ejus eſt cum omni dominatione *Pſal.* 103. *v.* 19. Nam omnes Dii populorum ſunt vanitates. Iehova autem cœlos fecit. *Pſal.* 96. 5. Majeſtas & decor coram eo: robur & decus in Sanctuario ejus. *ibid.* 6. Montes tanquam cera liqueſcunt, ad conſpectum Iehovæ; ad conſpectum Domini totius terræ. *Pſalm.* 97. 5. Quippe Cœli Cœlorum ſunt Iehovæ: terram autem dedit hominibus incolendam. *Pſal.* 105. 16. Sit nomen Dei igitur benedictum à ſeculo uſque in ſeculum. Nam ſapientia & potentia ejus eſt: Et ipſe mutat tempora & tempeſtates; transfert reges, & conſtituit reges: *Dan.* 2. 20. 21. & ita quidem, ut miniſtri ſint Auctoris ſui; nec alia cum poteſtate ordinationem hanc accipiunt, ut *ait D. Paul. Rom.* 13. 14. Quapropter in terreſtribus ejuſmodi terminis cuivis perſiſtendum erit magiſtratui. Veluti Chriſtus quoq; ipſe cœleſte & Spirituale ſuum regnum à terreſtri imperio diſcriminat, quando dicit, date Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei. *Matt.* 22. 21. *Marc.* 17. *Luc.* 20. 25. Stabilitum ita quidem firmiter vult regnum cuivis Regi & maximè Cæſari ante omnes, tanquam Ca-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

piti ſummo terræ; ſed tamen ſibi & Pa
tri Iehovæ reſervat ipſa, interna & cœ
lica in homine, id eſt animam cum ſu
Conſcientia, quum ita ipſi data ſit omni
poteſtas in cœlo & terra: *Matt.* 28.18
*Iohan.* 10. 22. ut Spiritibus non tantum
imperet, *Marc.* 1, 27. & peccata remit
tat *Marc.* 2. 10. ſed etiam animas ſer
vare & perdere poſſit cum corporibu
ſuis. *Matt.* 10. 28. quàm facultatem tru
cidandi animas, omninò ibidem pote
ſtatibus terrenis denegat. Ideoque ra
tiones ſibi tanquã ſupremus judex redd
vult ex illo theſauro cordis, quam Con
ſcientia obtinet, & quidem exigit ea
tam accuratas, ut etiam ex ſingulo ver
bo otioſo, quod ex ore egrediatur, liqui
datio & juſtificatio debeat fieri. Und
ſanè patebit ſatis abundè, qualem the
ſaurum cor cujusque in Conſcientia ſu
adſervarit ſibi; & inde ipſe Chriſtus ſuum
exercitaturus ſit judicium in omnes, pro
theſauri ſui modio, & menſura *Matt*
25.41. *Actor.* 17.31. *Rom.* 2. 5. & 14
10. & 2. *Cor.* 5. 10. *Iud.* 14. & 2. *Tim*
4. 1. *Coloſſ.* 3.3. *Sap.* 5. 1. *& ſeqq.* *Ioh.* 3
18. & 12.48. *Rom.* 2. 16. Velut & ipſo
potentes ſuos judicabit, pro officii ra
tione ſui, juxta notabilem *text. Sap.* 6
*v.* 4. *& ſeqq.* ubi ait; Data vobis potenti
fuit à Domino; & poteſtas ab Altiſſimo
qui quæſtionem habebit de operibu
veſtris, & Conſilia perſcrutabitur. Quan
doqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

oquidem, quùm miniſtri ſitis regni ip-
ſius, non judicaſtis rectè, neque obſer-
vaſtis legem, neque NB. ex Conſilio Dei
ambulaſtis. Horribiliter & celeriter in-
ſtabit in vos: Nam judicium ſeverum ex-
ercetur in eos, qui præſunt. Minimus
enim quivis Condonationem habet mi-
ſericordiæ; potentes verò potenter ex-
quirentur, &c. Interim tamen hoc à ne-
mine abnegari poteſt, quin cura Reli-
gionis aut Verbi Dei ſedula juxta dile-
ctionis normam conceſſa ſit Imperanti-
bus cunctis, utpote quùm cuſtodes ſint
utriusque tabulæ. *Deut.* 17. 18. 19. &
*Ioſ.* 1. *v.* 18. *Pſal.* 2. 10. *Levit.* 10. *Num.*
3. & 10 *Matt.* 7. expreſſa habeantur
mandata Dei, ac David in *Pſal* 119. ubi-
que id teſtatur, quantæ curæ ipſi fuerit
Verbum Dei, quod ſemper promovere
ſtuduit ad populos & gentes *Pſal.* 56. 5.
11. & 66. 5. & 71. 15. & 77. 13. & 95.
1. & 96. 2. 3. &c Ita etiam 2. *Chr.* 34.
33. omnes abominationes, ex omnibus
regionibus ſuis amovit, & cultum ve-
rum Dei indixit ſubditis. Sed quum fi-
dem non poſſit indere cordibus, & rege-
nerationem illis ſua addere poteſtate,
non eouſque ſuam potentiam violentio-
ri modo ſanguinis aut enſis extendere
conabitur, quùm Chriſtus ipſe, ejuſmodi
perſecutiones non legitimis ſignis boni
magiſtratus, ſed prodigioſis extremum
diē antecedentibus attribuat. *Matt.* 25.

 *verſ.*

*verſ.* 9. *Luc.* 21. 12. *Imò & Matt.* 13. *verſ.* 30. nolit, ut Zizania evellatur, quùm occulta Conſcientiæ non poſſint dijudicari ac nedum cognoſci ab hominibus, ac ipſe propterea hoc officium evulſionis Angelis ſuis tempore meſſis ſit commendaturus. Unde nec diſcipulis quid rigoris in precibus contra incredulos concedere voluit. *Luc.* 9. *verſ.* 54. Quam diu igitur quiſque Conſcientiæ malæ & perverſæ fructus non in apertum effundit aut libertate carnis, quæ ſemper magiſtra & mater vitiorum ac nequitiarum eſt, diſciplinam publicam diſturbent, non poterit quid Iuris ſibi in Conſcientias ſumere; ſed potius ex ſui regiminis terminis in regnum Chriſti & ejus auctoritatem tranſilit, ac ultra commiſſum agit commiſſarium ſui muneris, quod potenter in quovis potenti Iehova puniet. Quod ſi verò ad rebelliones & ſeditiones publicas aut ejuſmodi crimina & ſcandala, bonam diſciplinam & ordinem Reipub. confundentia, aut turbantia proruant; diſciplinæ ordinem auctoritatemque ſuæ & officii rationem debitè perficere memor erit. Certè in rectitudine ac pietate ſolida animi conſiſtunt omnia; nec ulla ſe heîc difficultas exeret amplius. Benè obſervetur Chriſti mandatum, ne quis temerè condemnet aut judicet quenquam, ut ab eadem ſorte ſit liber. *Matt.* 7. 1. 2. *Luc.* 6. 37.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Sed tantum de Conſcientia, nunc alterum Societatis Cognatum *ex cap. h. q.4.* Tranquillitatem paucis adſpiciemus, quam ſequitur Libertas.

20. *Quid eſt Tranquillitas animi?*

Est Bonæ Conſcientiæ effectus, quo animus ab omni exulceratione affectuum ad lectam ἀβλέπτειν in ſui recreationem & ſecuritatem piam reducitur ac dulciter componitur, ut nullo offendiculo externo ſe facilè exponat. *Vid. Sen. de Tranq. an.* plenius.

## CAP. VIII. Præcogn.

## De cognatis reliquis Societatis humanæ, videl. Libertate, &c.

1. *Quid in Libertatis explicatione hoc loco obſervandum?*

Duo; nominis acceptio, & ejuſdem definitio.

2. *Quodmodis accipitur Libertas?*

Libertatis quùm tam blandum & jucundum nomen ubique in animis aut potius aurium opinionibus ſit apud



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

mortales, ut ex ejus quoque auditu ſta tim vel ſolo ſibi quid recreationis i corda inſinuari illi exiſtiment, quod car nis cupiditati libidinem quidvis perpe trandi expleat; (unde tot beluina ſæpiu bella & funeſtiſſimæ interneciones, a Rerumpub. everſiones exoriuntur, dum potius falſiſſimæ carnalis, quàm veræ libertatis ſtudio uſque atrociter & pertinaciter incumbunt ſinguli) nonnihil accuratius, ſed conciſo admodum modo, hujus vera natura, prout loci iſtius compendium admittit, nobis erit heîc delineanda. Ut igitur vocabuli hujus blandiſſimi ἐλευθερίας acceptio rectè percipi poſſit, prius de nomine ipſo agemus, unde ſit.

### 3. *Nomen libertatis unde eſt?*

HAbetur ejus derivatio diverſimodè, veluti ſunt, qui libertatem à voce liber directò dictum volunt; alii à libero potius per indirectum derivari poſſe eam, ob nobilitatẽ operis, putant, quùm non tantum cotidiè in oratione Dominica precemur, ut à malo liberemur; (quando extrema eſt ſervitus malo obnoxium & ſubjectum vivere) ſed etiam ipſe Chriſtus *Ioh.* 8. libertatem inde ſuis deſtinet, & verè liberos pronunciet, ſi filius eos liberaverit. Sunt etiam, qui liberos ſive natos inde dicant, quod liberati

ꝑerati & immunes eſſent ab oneribus ſervorum; & liber ita à libare ſit, quod cum Græco fermè convenit λείβω, id eſt libo, unde λοίβη libatio, atque, quùm hæc ſpontanea aut ultronea fuerit, & eſſe debeat, quod inde factum ſit priſcis Liber, & hinc porro derivatio Libertatis, deſcendat, ſed quomodo hæc ſint intelligen da, patebit inferius.

### 4. *Quænam verò eſt Libertatis ſignificatio?*

ACceptio autem ſignificationis ita ſe habet, ut ſumatur duobus modis, vel ἀκύρως, vel κυρίως. Ακύρως quando avibus & feris adſcribitur *l. 44. & 55. ff. de acq. 7. domi.* Sed hinc viciſſim dupliciter accipitur, reſpectu hominis vel nimis latè, vel nimis anguſtè. Nimis latè, quod iterum duplici fit modo: Primò quando omnis abuſus & licentia carnalis quidvis perpetrandi ac faciendi omne, quodcunque cuivis libitum fuerit, huic Libertatis dulci nomini injuſtiſſimè imo non ſinè extrema calumnia adſcribitur, ubi non verentur etiam peſſima perverſæ cupiditatis beſtialis & crudelitatis improbæ ſub hujus venditare titulo, ſi modo aliquali ſpecie juxta carnis libidinem & affectum poſſint colorari: Veluti etiam ſectæ aliquot inveniuntur, quas hanc ſibi fictam & nugato-

riam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

riam libertatem,non pudet extremis defendere vitæ & fortunæ periculis.

Deinde ſumitur etiam à nonnullis Libertas in Arbitrio libero pro ipſa rationis & voluntatis ſubſtantia; qua ſignificatione hominem quemvis Libertatem arbitrii habere, nemo ſanus negare poterit,niſi qui eum intellectu & voluntate naturali deſtitutum eſſe, comminiſci velit.

Tertio à nonnullis quoque liberatio ab obedientia Magiſtratus, Legum & onerum civilium ſub eo nomine introducitur peſſimè.

Nimis anguſtè vero accipitur ab iis, qui hominem ſuis facultatibus voluntatis & intellectus ita prorſus deſpoliant & exuunt, ut eum, præſertim in Spiritualibus & divinis, imo & vitæ hiſce actionibus nonnullis,quæ ardua quædam ſpectant, quaſi truncum faciunt,& planè incapacem ullius boni, quaſi ſaltem undique malo per fati neceſſitatem ſit ex natura corrupta mancipatus,& planè,ob privationem hujus, ab omni gratia Dei excluſus ita, ut recipi in eam nequeat, licet toties pietatem toto expetat corde &c. quùm omnia ſaltem decreto Dei abſoluto ſint adſtricta, ut inde tandem homini regenerato communicetur, & quidem ita firmiter,quod nec iterum ex gratia Dei excidere poſſit, ſi ſemel ſit verè & realiter receptus, agat quodcunque

cunque velit, pro libertate receptionis applicatæ.

*Κυρίως* vero vocabulum Libertatis accipitur omnino falſæ & nugatoriæ illi Libertati communi vitiorum omnium nutrici oppoſitum & ab eadem contradiſtinctum, ut in ſua propria & genuina nobilitate & excellentia permaneat; Idque dupliciter iterum fit, vel *γενικῶς* vel *εἰδικῶς*.

*Γενικῶς* rurſus vel in ſua originali ac principali excellentia (videlicet in Deo) ita accipitur; Vel ſicuti ex ea prodit ac aliis rebus creatis nempe Angelis & hominibus præſertim communicatur. Unde rectè aut increata Dei Iehovæ aut creata dicitur ac temporalis, *&c.*

### 5. *Quid eſt increata Dei illa Libertas?*

Eſt æterna & incomprehenſibilis illa, ac nunquam commodè ſatis effabilis, aut hominum mente conceptibilis, carens Principio & fine, quæ & in qua Deus ipſe eſt ipſus, & voluntas ſui proprie liberrima. Quamvis hæc cogitationes hominum omnes exuperet, nec ſatis eloquio ullo linguæ poſſit explicari; tamen non abs re erit, ſi heîc Philoſ. quendam Sacr. de ea inconceptibili Libertate pauca diſſerentem iterum audiamus, qui *lib. de 3. Vit. cap. 2*, myſteria profun-

profunda talia ubi Primi Principii naturam juxta 4 Species inferni declaraverat, ita delineat; inquiens: Iam vobis explicavimus illud de Eſſentiis, quomodo in Voluntate generentur, & qua ratione voluntas eadem in Eſſentiis illis in tenebras quaſi detrahatur, ac quomodo tenebræ in gyro aut rota anxietatis per fulgur ignis æterni diſpergantur, nec non quomodo voluntas hæc in 4. ſpecies perveniat, quæ quidem in origine ſaltem ſua unum ſunt; attamen in ignis fulgure in 4. apparent ſpeciebus; ac tandem quomodo fulgur ignis exprimat, quod ita antecedens ſive prior voluntas in ferventi duritie ſeſe exacuat, ut Libertas voluntatis in fulgure appareat. Ubi vobis ſimul hoc detegimus, quod antecedens ſive Prima voluntas in fulgure ignis appareat, ac conſumens ſit; (intellige hoc de anxia acredine) ubi illa voluntas in acredine permanet, & alteram ſive conſequentem Voluntatem in ſemet ipſa concipit, videlicet in Centro acredinis, ut ex acredine hac egrediatur, & in ſemet ipſa habitet in æterna Libertate abſque qualitatis origine aut modo. Proinde nunc porro hæc ad cognoſcendum proponimus, quod iſta altera reconcepta Voluntas, ex acredine ad prodeundum à natura (videlicet de ejus ſtrenuitate) omnimodè libera ſit. Namque in Centro in ſemet ipſa eſt, & omnem

mnem potentiam ſive virtutem & ſpe-
iem Centri ex Eſſentiis conſiſtentem
i ſemetipſa continet. Etenim virtus &
otentia eſt prioris Voluntatis,& gene-
atur in prima Voluntate , atque ita in
ibertate primæ Voluntatis Centrum
rocreationis 4. Specierum , in antece-
enti Voluntate , incomprehenſibiliter
onficit: atque altera iſta Voluntas ,'pro-
enerata in priori Voluntate , Cor eſt
rimæ voluntatis, & ſe in prima Volun-
ate ſe inſtar Verbi habet,quod in ſemet-
pſo viget , atque æternùm permanet in
enitura primæ Voluntatis. Namq; ejus
ſt Filius aut Cor , atque propterea à
rima voluntate diſcernitur , quod ſin-
gulare Centrum in ſeſe contineat. Iam
gitur Parens, tanquam prima Voluntas,
res omnes per Verbum ſuum pronun-
ciando , tanquam ex centro Libertatis
effert ; & ille progreſſus ex Patre per
Verbum eſt Spiritus,& vis Verbi in Pa-
tre,qui format prolatum ſecundum Spi-
ritus modum,ut velut Spiritus appareat.
Namq; in acerba Matrice, velut in Fiat,
omne concipitur ; ac Spiritus Verbi
format id in Centro Eſſentiæ,in quo ſe
Parens movet,& per Verbum effert ita,
ut in Eſſentia ſit & maneat. Namque
quod ex æterno formatur , illud eſt Spi-
ritus, & æternum ; ſicuti Angeli & Ho-
minum ſunt animæ.

Quod ſi vobis in deſcriptione horum
Myſte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Myſteriorum muti videamur & inco-gnoſcibiles, quùm conceptus harum re-rum non conſiſtat in Spiritu hujus mun-di, jam ulterius tres reliquas cœleſte[s] ſpecies vobis monſtrabimus, & quomo-do eæ progenerentur: In quibus præci-puè, Iehova, regnum Cœli, Paradiſus & Angelicus mundus intelliguntur, [ſ]fortaſſe menti Lectoris hæc poſſint im-primi. Non autem hæc ita intelligend[a] ſunt, quaſi eo modo Deitas principium & mutationem ſumat; ſed iſta ſcrib[o] eum in modum, qua ratione ſaltem do-ctrina de Deo poſſet aliquatenus addi-ſci. Quippe impoſſibile eſt, ut Angeli-cis utamur verbis heic. Ac licet iis ut vellemus;attamen omne id in hoc mun-do creabiliter ad modũ creaturæ appa-ret, & præterea terreno ac mundan[o] animo terrenum. Namq; nos etiam no[n] quid ulterius, quàm particulare ſumu[s] ex toto, proinde nec totali locution[e] uti valemus; ſed balbutimus in partibu[s] reſectis;quod unicè cõſiderabit Lector. Namque Mens divina in Corde Iehova ſolummodo Totum quid conſtituit, ne[c] ulterius quid. Quippe omnia reliqua i[n] eſſentiis ſubſiſtunt: Ac Iehova ſolus Li-ber eſt & ipſa Libertas,ac præterea non quidquam aliud. Ideoque nos loquimu[r] ex parte fruſtatim, & interim in anim[o] concipimus totum: quia haud nob[is] conceſſa eſt lingua talis, ut totum illu[d]
poſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſſimus efferre: Lectorem ſaltem quaſi ſcala adducimus litterarum.

Si rectè de Deo loqui aut ſcribere ve-nus, nobis de Luce & flamma Amoris rmo erit concipiendus. Namque in oc Iehova omnium rectiſſimè percipi-ır. Non poſſumus ipſi dicere, quod gnis origo lux ſit; ſed tantum videmus, ıod lux ex igne proluceat. Iam verò ıteà vobis explicavimus de origine gnis hoc, quomodo nimirum in rota ſſentiarum ex dura anxiaque acredine rogeneretur, & affulſionis exordium x Æterna ſumat Libertate; ubi Liber-ıs in natura agitatur ita, ut ex Liberta-e exſuſcitatio fiat, quæ ſit ignis. Sic et-ım vobis explicando enarravimus, quo-ıodo fulgur prorſus penetret rotam eſ-entiarum, & Crucē pariat; illi non am-lius rota Eſſentiarum in Circumgyra-ione agitatur; ſed temulans ſubſiſtit in ragoris ſonitu, unde omnes eſſentiæ obur ac virtutes ſuas in fulgure Crucis ccipiunt. Namque fulgur directò pene-rat, & diſcriminat eſſentias rotæ, & Eſſentiæ inde tranſverſim tendunt ad fulgur. Quippe fulgur earum Spiritus eſt, qui in acerbitate ſulphuream ſpe-ciem efficit. Atq; ita partus hujus trans-verſus eſt in genitura, inſtar Crucis, & ſic ab inferiori parte ipſi Centrum eſt pro partu, in ſuperiori verò fulgur ſe exolvit, quod urget & promovet totam

X partu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

parturã inſtar adultæ accreſcentiæ, quam ignis internus propellit; & eſſentiæ Spiritui igneo cõcomitanter ſequelam exhibent, veluti proprio Spiritui, qui illas attrahit & aperit. Etenim ipſi cibi inſtar ſunt & nutrimento earũ alitur, quum ipſarum vita ſit; nec alterum absq; alterius ope eſſe poſſit; aliàs nihil foret.

Iam nos accuratè percipite de fulgure ignis, ſive exploſione ejus, quæ certe admodum terribilis & conſumens eſt, atq; exſuperat omnes eſſentiarum omnium ſpecies. Namque ſimulac fulgor proſilit, continuò omnes ſpecies tenebrarũ conſumuntur, & obſtupeſcit quaſi tenebroſa acerbitas, ceu mors ſtrenua coram vitæ throno, & retrocedit quaſi mortua & convicta; atque ex duritie molitiem induit tenuiſque redditur, ſimulque gravedinem edit quaſi impotentiam ſuam, quæ non ipſa ſit fixa: unde pondus in natura progreditur. Namq; acerba matrix tenuis & levis efficitur videlicet Spiritus aqueus, ex quo aqua progenita eſt. Iam ille fulgor acerbitatis in tenebroſa morte ingentis eſt fulgor gaudii. Namq; ex tenebris in lucem emergit; atque ſi proinde fulgur acerbitatis aculeatæ, in hac ſemetipſum conſpiciendo concipiat, multò vehementiori attonitu afficitur, quàm mater ejus videl. acerbitas; non tamẽ obſtupefactio talis eſt hoſtilis fulgoris; ſed perquam lætabundus fulgor ingen-

ingentis lætitiæ, quod ita matrem ſuam tam attenuatam, mollem & lenem inveniat, ex quibus ipſe ſuum igneum amittit regnum, atq; in Libertate æternæ voluntatis in Centro ſuo albus, lucidus, clarus, ſplendens, amabilis & lætabundus efficitur; Atq; hinc ita in quintam abit ſpeciẽ Naturæ, nempe in gratioſiſſimum Amorẽ. Hunc etenim fulgor cum magno expetit deſiderio, ut mater ejus hoc cibo foveatur: unde vitæ etiam veræ exurgit origo: quia eſt inflãmatio lucis in acerba Matrice, ubi ſtrenua acerbitas ſe in lenitatem amabilem convertit.

Quod ex ſimilitudine poteſt rectius percipi; quaſi oleum in lenitate ſe progigneret, ex quo lux conſtanter refulgeret & ſemper permaneret, dum fulgur Ius ſuum amittit, fit ex ejus ſpecie Lumen & ſplendor, in quo ſingulare conſiſtit Centrũ ex quo regnum lætũ libertatis exurgit; nec minus 4 ſpecies priores ſuũ proprium retinent Centrũ. Quippe tenebræ quaſi incluſa quædam eſſentia, manent; at in luce libertas eſt, & lux in tenebris lucet, nec tamẽ tenebræ eam apprehẽdunt. *Ioh. 1. 5.* Sunt proinde 2. Principia, atq; ea ex hac cauſa, quùm manſuetudo ex priori voluntate æterna oriatur, quæ per ſe a Matrice libera eſt, & in tenuitate ſua ſe quaſi Nihil habet, ac tranquilla eſt. Iam vero quodcunque in ſe tranquillum & abſque eſſentia eſt, non habet tenebras,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſed purè eſt tranquillum, lucidum, clarumque gaudium absque eſſentia; Atque hoc eſt æternitas absque aliquo, & præ aliis Cunctis vocatur Iehova; quia nihil mali in eo eſt.

Ita (nos percipite) Deus Pater in ſemetipſo eſt absque nomine: quum in ſemetipſo ſit ſplendida lucida & clara æternitas libertatis absque eſſentia; ſi modo de pura luce Dei loquamur: Si autem absque eſſentia nolit eſſe, tunc intelligimus ejus voluntatem, quam ille in ſemetipſo ex nihilo concipiat, niſi purè ſimpliciterque ex atque in ſemet ipſo. Per voluntatem autem ejus intelligimus appetitum, & in appetitu Centrum Matricis, in qua eſſentia progeneratur, quod fit per Verbum; quod in Natura cauſatur, per Spiritumque effertur, &c. Sic inde nomen Patris, Filii & Spiritus ſancti exurgit. Niſi enim æterna Libertas eſſentiam Naturæ in lucem produceret, non eſſet Pater procreator, ſed nihil. Quum autem eſſentiam Naturæ procreet, inde Progenitor Pater nominatur, ex quo procreatur. Atque ſic lucet lux in tenebris, & tenebræ nõ comprehendunt eam, uti dicit Ioh. Atq; ita non tantum tenebræ oppoſitæ ſunt luci, ſed lux quoq; Dominus eſt tenebrarum, ut ſit ita vinculum æternum, ſine quo nihil poſſet ad eſſentiam produci, &c.

Hæc vobis dicta ſint, ô Scripturæ cognito-

gnitores, ut lucem veram agnoſcatis. Rectius S. Scripturam perpendite, & mirabilia Iehovæ aliis adſpicite oculis. Conſiderate prius, quid Iehova in Amore & Ira ſit: atque inde animadvertite, quomodo 2. Principia aperta ſint, quorum unumquodque appetitu ſuo viget. Relinquite naturalem ſapientiam hujus mundi vani, & perpendite naturã æternam, tunc verè invenietis Iehovam & regnum ejus cœlorum. Veſtræ regulæ & præcepta nunquam id aſſequuntur: longè aliud heîc requiritur ſtudium, ſi Iehovam verè agnoſcere optetis. Vobis ex Babylonia diſcedendum eſt, ut Centrum Filii Dei apprehendatis; tunc in manſuetudine & Charitate regenerati eritis, &c.

Item, Cap. 3. Lectorem heîc omnem fideliter admonitũ cupimus, ne noſtram mentem in ſapientia hujus mundi vana quærat; ſed in luce æternæ Naturæ, quo etiam illum remittimus, velut in novam regenerationem, in vitam Chriſti: aliàs ipſi muti ſumus & inperceptibiles: nec extra illam, quid reprehenſionis in hac Scriptura ſuſcipiat, aut cibo primi Principii cibabitur, & ignominia ejus in igne propriæ vitæ ipſum conſumet, &c. Ante hac indicata eſt procreatio 4. Specierum in æterna Natura; unde percipi poterit, quomodo ea ex æterna immutabili Voluntate æternæ Libertatis Iehovæ

hovæ prodeat. Ubi ſimul oſtenſum, quemadmodum æterna Libertas extra naturam in tranquillitate lucidum ſit gaudium, absque ſplendore tamen; & quomodo æterna Libertas Lucida in acerba ſtrenuitate ſeſe exacuet, ut velut ignis fulgor hinc ſplendeſcat, & tenebras diſſipet, ac adſtrictæ ſtrenuitati ſuum auferat robur, &c. Sed hæc alibi plenius pertractantur. Ex quibus verè ſapienti facilè patebit, quid æterna, increata Lucida voluntatis immutabilis Iehovæ Libertas ſit, & in quo conſiſtat; quod quisq; penitius ſecum examinabit.

*6. Quid verò eſt Creata Libertas?*

EST facultas voluntatis & appetitus, principalibus creaturis à Deo inſita, ut juxta legem creationis & conſcientiæ perpetim viverent ac mirabilia Dei ad gloriam ejus unicè in luce manifeſtarent.

*7. Quidnam in hac definitione examinandum?*

DUO; definitionis Analyſis & Diviſio.

*8. Quid in Analyſi percenſendum eſt?*

EIus cauſæ, quarum efficiens in Creatione Dei exprimitur: Finis duobus modis

modis conſtat, in ſubordinatione & ultimo ſcopo, ut nimirum non tantum juxta conſcientiam viveret; ſed etiam mirabilia Iehovæ ad ejus gloriam undique in luce manifeſtaret, quùm nihil creatum ſit, quod non Iehova ſuæ gloriæ devoverit. Materia autem duplex heîc indicatur, quam partim principales Creaturæ, veluti ſunt Angeli, & qui ex hoc numero exciderunt, ac nimia libertate voluntatis ultra legem creationis tranſcendentes, ſe proprio motu in æternam præcipitarunt tenebrarum extremarum ſervitutem, nempe Satanica cohors, & Homines declarant: partim etiam ſubjectum heîc refert Voluntas principalium creaturarum: Cui Formam ſuam imprimit facultas juxta legem creationis & conſcientiæ inſita.

### 9. *Quotuplex ea Libertas in creaturis principalibus eſt?*

IUxta effectum ſi eam diſtinguere velimus duplex eſt; ut alia ſit amiſſa & in falſitatem prorſus mutata; alia verò conſtanter in tenore veritatis ſuæ retenta.

10. *Quidnam eſt Libertas amiſſa & in quibus Creaturis Principalibus?*

Est perditio Voluntatis cum imagine Dei liberæ, in Diabolis & hominibus, qua ſe, legem creationis & conſcientiæ illi ſpontè hi ex perſuaſione & falſa depravatâvè imaginatione transgrediendo, in æternam partim & temporalem præcipitarunt ſervitutem.

11. *Num eadem eſt conditio amiſſæ libertatis in Diabolo & hominibus?*

NEquaquam; & ex deſcriptione ipſa apparet, non certè eandẽ eſſe. Namque veluti in lapſu utriuſque eſt diverſitas ingens; ita quoque inde diſcriminis ſatis aperta diſtantia affulget, quod Satanicæ cohorti reparatio planè nulla detur ſalutis ſed igni tenebrarũ in æternum condemnata manere ac vinculis abjectis inhærere cogatur; quùm tamen homini libertas per Chriſtum ſit reſtituta, ut inferius mox declarabitur. Conſule in his etiam *Selnec. in Expl. Symb. pag. 143.* qui rectè ibi dicit, quod ſuo conſilio & arbitrio ſine alterius impulſu Deum non tantum contumaciter contempſerit, ſed etiam ſupra Deum ejuſq; manſue-

manſuetudinē ſe extollere blaſphemus tuduerit. Non igitur alterius ope juvari debuit, qui neque dum vult velle, ut reſurgat, &c. Homo autem aliunde impulſus cecidit, unde Deus eo promptius ipſi reparatorem dedit ad bonum, &c.

12. *Quis igitur eſt lapſus Diaboli?*

ILlum *Sac. Phil. lib. de 3. vit. c. 4.* ita depingit; graviſſimum Lapſum infernalis heri jam vobis detegimus, quod voluntatem ſuam retrorſum in ignis matrice atque ſic in Centro conceperit, & ſe à voluntate æternæ mentis, quæ ad Cor Iehovæ extenſa eſt, planè averterit; utpote cupiebat in radice Tincturæ, velut in matrice imperatorē agere in Cor Dei. Strenua enim ignis potentia ipſi magis arridebat, quàm manſuetudo in tranquillo æternitatis gaudio. Ideoque retro in tenebricoſam matricem anxii animi & in depreſſionem mortis præcipitabatur, *&c. Item, cap. 14, ait:* Iehova ſolummodo bonus eſt, unde & nihil mali creavit. Sic Deus nec infernum, nec Diabolos creavit: Sed Lucifer à manſuetudine ſe diverſum egit, & ſupra Crucem Ternarii numeri evolavit, & in fulgure ſibi ignem iræ concitavit, qui ab æterno abſconditus fuit. In eo nunc infernum ſuum & habitationem obtinet, ac proinde nil aliud poteſt, quàm

avarum, odio plenum, anxium & iracundum ſe præſtare. Nec eſt alia exuſcitatio in eo. Namque propria ipſius Mater, ex qua exſuſcitatus eſt, ipſum ita vinculatum tenet, ut diabolus ſit unà cum Legionibus ſuis. Quare ô dilecti filii, quùm hoc noſcamus, quot ita inferno & diabolorum cœtu incincti hæreamus in ira Dei; certè unicè neceſſarium hoc eſt, ut in manſuetudinem confugiamus. Undè etiam Chriſtus ſeveriſſimis nobis præcipit verbis hoc, docendo manſuetudinem, dilectionē & miſericordiam, &c. Ut nos mutuò inter nos amemus, nec tanto ſtudio nos Spiritui hujus mundi & ejus inſinuemus artibus. Diabolus etenim iis ſe quoque inſinuat, ac decipit nos fraudulentiſſimè (quum accuratiſſimè hominis complexionem, & quis Planetarum prædominium in eo habeat, obſervet) Ante omnia igitur nobis à ſuperbia abſtinendum eſt, & Ira; qui diaboli gladius eſt, quo tot perficit interneciones. *Item cap.* 10.

Atque ſic Diabolus penes nos habitat, & tamen Principis regimen longè profundius obtinet, propius verſus aſtrorum poſitum in medio, ubi tenebræ ſunt maximæ. Quippe propinquitatem ſplendoris in aſtris perpeti nequit, quùm ſit ita incarceratus, nec auſit 7. Regimina. Verbi Fiat attingere, imo nec ullam in iis habeat poteſtatem. Unde certè mi-

ſerrima

rrima eſt Creatura omnium. *Item, ap.* 8.

In æternitate quidem nunquam mors iit, nec erit unquã ; quod tamen mors terna appellatur, eſt incluſio Tincturæ. )uando enim Tinctura retrocedit inſtar guræ, tum Centrum, tanquam ignis ex-uſcitatio, manet in tenebris, & ſcaturi-inem ſuam evomit in merum fervorem n ſemetipſo ; & quamvis ad Tincturæ pprehenſionem adſpiret; tamen caret ea otentia. Namq; ea potentia unicè Tin-turæ eſt, quæ ignem inflare queat. Iam eîc iterum memores ſitis inferni & nortis æternæ; quia ita ſe prorſus ha-et, quùm Diaboli Tincturam manſuetu-linis omninò amiſerint ; unde nunc ſal-em fremens ignis fervor absq; eſſentia commoda exiſtunt. Carent enim Corpo-re, &c. Ita vobis per hoc admodum carè repandimus lapſum Luciferi, qui in Cen-trum naturæ, in acerbam Matricem ſe reflectebat, atq; tandem exſuſcitabat, ut contraheret ſubſtantias, quæ terram & lapides ſic produxit. Dicis heîc ; quare Deus hoc ipſi concedebat? Ipſe Princeps & Angelus throni erat, primaq; creatio-ne producebatur. Inde, quum eſſet cauſa tertii Principii (videlic. partus profluxi) vocat illum Chriſtus Principem mun-di. Ipſe enim itidem libera voluntate donatus erat, veluti nos homines. Nos etiam ſæpius opera conficimus,

quæ

quæ Deo contraria ſunt aut æmulatori
ſaltem ut nobis ad voluptatem, faſtum
luxum & gloriam inſerviant; veluti ve
ſtigia ejus in magnificis conſpiciuntu
arcibus & ædium ſtructura. Ita quoqu
Lucifer quaſi Deus & Creator novus v
deri cupiebat, quod quidem condona
ipſi potuiſſet, quùm non genuinum eju
lapſum determinet. In hoc verò eju
propriè lapſus conſiſtit, quod ignis M
tricem concitaret, & Dominium ſibi i
Cor Iehovæ appeteret. Hoc ipſi infern
loco eſt, & infernum hunc Iehova cœ
circuitu incarceravit, tanquam igni
matrice, quùm locum hujus mundi ign
inflammare cuperet, &c.

3. *Quis verò lapſus eſt hominis?*

DE lapſu ejus in præcognitis ſupr
actum eſt ex Phil. Sacr. attamen
pauca ex eodem repetemus, quæ habe
d. lib. c. 1. ubi ait: Noſtræ animæ in pa
rentibus primis admodum obſtupeſcen
dus eſt lapſus, quod in Spiritum huju
mundi ingreſſi ſunt in alienum planè ho-
ſpitium, unde deſeruit lumen divinum
in quo ipſa Angelus & Dei filius erat,
cupiebat in proprio vivere dominatu, ac
voluntatem ſuam à voluntate Iehovæ
dirimebat ſuperbâ inobedientiâ. Ideo-
que neceſſum habet, ut ex Spiritu aſtrali
& elementari in novam creaturam vitæ
divinæ

ivinæ revertatur. Quùm autem Ani-
æ id eſſet impoſſibile, proinde vita
ei ex mero amore & gratia in carne
oſtra ad nos accedebat, & animam hu-
nanam in ſe recipiebat, in vitam divi-
am, virtute lucis, ut inde heîc denuò
n tali vita novæ generationis in Ieho-
am penetrare valeamus, &c. Namque
ait paulo ſuperius) anima noſtra non
antum ex aſtrali & elementari vita
prorumpat, ſed etiam ex propria ejus
vitæ exſuſcitatione ſanctiori, & volun-
tatem ſuam ex vita Iehovæ hauriat, ut
in ea ſit. Iſta attracta voluntas Iehovæ
etiam à Deo recipitur, atque Deus in ea
habitat. Atque ita Lumen divinum &
vita redonatur animæ, fitque filius Dei in
Chriſto, &c. Verum, (*ait cap.* 14.) ah!
quod miſera anima in tantum occæce-
tur, ut gravia admodum vincula agno-
ſcere nequeat, in quibus capta hæret.
Ignis infernalis uſque ad os certè eam
ambit: totus mundus laqueos undique
ſuppoſitos fovet, quos diabolus clam ad-
ornavit ad inſidioſam animæ miſeræ ca-
pturam. Quod ſi homini externo pate-
rent oculi rectè, ſupra modum exhor-
reſceret. Omnia, quæcunque adſpicit &
tangit homo, pleniſſima ſunt laqueorum
& retium Diaboli: Ac niſi Verbum Do-
mini, quod homo factum eſt, non eſſet
mediatoris in loco, ut ita occulta æter-
na Eſſentia Verbi Corpus ſit, nemo mor-
talium

talium beatitudini reſtitui poſſet: diabolus ſibi omnes animas captivas abriperet & devoraret animas. Quapropter, ô dilecti filii, rectè ait Chriſtus, quod regnum Dei tàm exiguum velut granum ſinapi in nobis ſit; qui verò omni conatu virium ſanctarũ voluntatis in illud operando penetrat, illi accreſcit hoc inſtar arboris, quam diabolus nequit evellere: licet ſæpius frondes ab ea decutiat; tamen ſtipes cum ſtemmate manet, &c. Sed tantum de acceptione vocabuli hujus, quando γενικῶς ſumitur, nunc reſtat dicendum, quomodo εἰδικῶς ſeſe habeat in ſignificatione ſua.

### 14. *Quomodo igitur* εἰδικῶς *Vocabulum Libertatis accipitur?*

QUando ſoli homini & ejus voluntati in anima, nec non conjunctioni ſocietatis alicujus applicatur, de qua pluri-mæ & ſatis cœcæ habentur inter mortales eruditioris ſortis digladiationes, quũ tàm gravem primus Adam lapſum omnibus poſteris graviter præjudicialem commiſerit, quid in ſuis viribus libertatis jam ſit & futurus idem. Sed, qui cautè loqui cupiunt, non immerito diſtinctionem adhibent, quod homo ſit aliter conſiderandus ante lapſum, poſt lapſum in ſtatu corrupto; & per Chriſtum reſtitutus ac converſione regeneratione vè

donatus,

donatus, uti mox patebit. Unde libertatis aliæ quoque acceptiones habentur, ut pro liberatione à legis ceremoniis 1. *Corinth.* 9. *verſ.* 1. 19. *Item*, pro primo gradu vivificationis 2. *Cor.* 3. 17. &c. ſumatur. Tantum vero de acceptione varia Libertatis; nunc ad definitionem ejus nobis erit pergendum.

15. *Quid ergo eſt Libertas propriè in homine ita & εἰδικῶς accepta?*

DEfinitio ea facilè conſtrui poteſt, eſt q. 4. h. c. jam paulò antè allata; quod nempe ſit facultas ſive poteſtas mentis & voluntatis humanæ, juxta legem creationis cordi inſcripta, ut ex conſcientiæ dictamine pio peragat & conſtanter operetur omnia, quæ ſaluti propriæ & gloriæ Dei perpetuo conducant.

16. *Quænam in hac definitione obſervanda veniunt?*

DUo; Definitionis explicatio, & inde emergens diviſio.

17. *Quidnam in explicatione animadvertendum?*

EIus cauſæ ſunt 1. Efficiens, cujus virtus prior in Creatione Dei ſubſiſtit, altera

altera in facultate voluntatis, quæ ipſi in creatione fuit inſita. 2. Finis duplex, quorum gloria Dei ultimus eſt ad quem omnia in libera actione dirigi debent, quum aliàs non tam ſit libera quam blaſphema & maximè ſerva, naturamque libertatis veræ prorſus amittat: at ſubordinatus in ſalute propria hominis libertatem talem rectè exercentis requieſcit. 3. Materiam autem huic definitioni exhibet voluntas hominis & appetitus in ea in actionibus cõſiſtens humanis, quatenus circa eas ſit occupata. 4. Forma in Legis divinæ & conſcientiæ dictamine ſeſe exerit, ut ea rite à facultate animæ obſevetur in directione facti, aut operatione animæ vividæ. Libertas enim vera omniũm virtutum, quas ſolida & vivida pietas informat, præſidio conſtat, ut rectè ait *Ioh. Lenſæus in lib.8. cap.2. pag.382.* qui peculiarem de Libert. Chriſt. conſcripſit librum, ubi etiam verè demonſtrat, quod veræ libertatis cognitio nequaquam ex Philoſophis peti poſſit, quùm illi non tantum prorſus ignorent, quid naturæ noſtræ liberandæ ſit conſentaneum; ſed etiam illis falſa ſit ſapientia. Idcirco & veteres Propheticam hanc & Apoſtolicam ſequuti doctrinam, docuêre legis divinæ mandata non modo impoſſibilia non eſſe; verum etiam facilia obſervatu! Quid enim (inquit beatus Chryſoſt.) ex præce-

præceptis grave & oneroſum? *Lenſæ. ibid. cap. 5.* Veluti id *ex 1. Iohan. 5. v.3.* etiam patet, qui mandata Dei levia dicit, quod volentis non adeò exuperent vires, ut clamor refractariorum fert, & qui carni prorſus vivunt mancipati. Liberos igitur (*ait Lenſæ. d. lib. 1. de Chr. Libert. c. 2.*) nos condidit Deus, qui juſtos rectosque creaverit: ipſamq; hanc animi libertatem, in quadam etiam corporis dignitate voluit elucere; quum ſit homo ſtatura celſus, vultu decorus, Cæſarie gratus, non in alvum cæterorum animantium more proſtratus; ſed ipſo naturæ Iure ſublimis, qui in cœlum libero ſpectet obtutu, nulla captivæ cervicis ſervitute depreſſus in terram. At dum inconſultius utitur bonis, evenit, quod Propheta deplorat: Homo quùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, &c. Imò etiam ex Paradiſo extruſus eſt, & corporis mole terreſtri perfuſus, ut ait Sac. Phil. &c. Nihil igitur prætexitur impudentius, quàm divinam Legem obſervatu difficilem aut impoſſibilem eſſe, &c. *Lenſ. lib. d 8. cap. 5.*

18. *Quid de aliis ſentis definitionibus Libertatis?*

QUamvis ſint plures definitiones, quæ circum feruntur; tamen maximè com-

commendatur *Cic. 5. Parad. & 1. of*
*it. 5. Part.* ubi vult, quod Libertas
poteſtas vivendi, uti velis; Sicut *& l*
*7. epiſt. 2. ad Att.* αὐτονομίαν vocat, qu
ſit libertas ſuis legibus vivendi. He
diſputatur à nonnullis, an rectè facul
aut poteſtas dicatur, quùm Epictetus
ſirmet, ea nobis propria eſſe, quæ in n
ſtra ſint poteſtate, uti noſtræ ſint acti
nes; facultatem autem maximè fortu
bonis eſſe obnoxiam. Sed certè iſti n
rectè interpretantur Epict. nec vim v
cis Facultatis percipiunt, & in quo d
ferat à poteſtate; quùm Poteſtas, ſi g
nuinè accipiatur, includat dominati
nem externam cum Iure Imperan
*Rorra. 8. & l. 57. ff. ad L. Aquil. l. 16*
*& l. 157. l. 169. ff. de R. I.* De anin
facultatibus autem communis eſt acc
prio, quùm formæ hominis inſit, uti *l*
*col. de Rer. diff. tit. de Num.* habet, u
ejus verba ita ſonant. Nam compete
alicui facultatem, contingit triplicit
vel tanquam cauſæ, vel tanquam ſign
vel ſecundum propriam formam, &
Itaque perperam quidem acception
tales invertuntur, attamen non adeò
difficultas magna, ſi poteſtas hoc lo
facultati aut potentiæ animæ æquipar
tur. Sic etiam volunt id *ex Plat. lib.*
*de Repub.* pro ſuo prætextu deſumptu
quod ille libertatem ἐξουσίαν ποιεῖν, 
τὶς βούληται, dicat; quùm tamen Phil
ſop

ſoph. ibi de vitioſa potius Reipubl. ad-
miniſtratione & ejus Injuſtitia & con-
fuſione agat. Aliàs tamen Plat. in Defi-
nit. ἐλευθερίαν, ἡγεμονίαν βίȣ, αὐτοκρα-
τείαν ἐπὶ πάντι, &c. dicit. Unde etiam
rectè *Lenſæ. lib. d.8. c.1.* refutat eos, qui
ex libertate modum abſolutum vivendi
faciunt, ut velis. Falſum enim id quidem,
ait. Velle enim quod non deceat, id ip-
ſum miſerrimum: nec tam miſerum eſt,
non adipiſci, quod velis, quàm adipiſci
velle, quod non oporteat. Quod ſi non
poſſit eſſe beatus, qui vivat, ut velit, ſi
multa malè, & nequiter velit; profectò
& infeliciſſimæ ſervitutis vinculis tene-
ri is, qui vivat pro ſuo quidem arbitra-
tu, libidine incitante, &c. Nec enim
(ait porrò) ſecundum ſeipſam mens et-
iam recta vivere debet: ſed ſecundum
Deum, qui mente longè ſuperior eſt.
Quippe in tantum ipſa recta ratio eſt, in
quantum divinæ legi conformis extite-
rit, &c. pag. 381. Quare non ita tàm
definitioni alicui firmæ; quàm deſcrip-
tioni muneris & officii, verba dicta at-
tribui poterunt, licet in ſaniori accipi-
antur ſenſu; nec tamen quid plenè po-
ſſunt, ut ex allatis jam patet. Sequitur
nunc ut paucis de diſtinctione Liberta-
tis agamus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. IX. Præcogn.

# De Diviſione Libertatis in genere ; ac de libertate Chriſtiana.

1. *Quomodo ſit diviſio Libertatis?*

AB auctoribus variæ afferuntur diſtinctiones. *Plato epiſt.7.* duplicem facit libertatem, aliam moderatam, aliamque immoderatam, ſive extremam licentiam, in qua fermè quilibet absque ſelectu ſibi quid proprii arrogat in Republ. Juris, quidvis faciendi, quam non tantum omninò rejicit, ſed etiam cer peſſimum damnum habet in Republ. Ali altius adſcendendo in ipſam ſublimita tem, Spiritualem & corporalem, ſive ci vilem conſtituunt: Alii Coactionis, qua Deo abſolute ſubjiciatur, & rebus cæ teris infra Deum ſecundum quid ; a Contradictionis faciunt, quæ vergat i utrumque oppoſitum, ut poſſit agere, & non agere, prout viſum fuerit: Nonnul Chriſtianam & ſecularem Libertate volunt; ita tamen, ut Chriſtiana & Euan gelica, quùm hæc Chriſtianam Libert tem à jugo Legis Moſaicæ liberet in ho minibus, & proinde ſolis fidelibus attr buatur, iterum inter ſeſe diſtinguantu

quo

quos rectè refutat *Lenſæ. d. lib. 8. c. 12.* Alii ſibi pariunt libertatem Religionis & Politicam; atque hanc iterum vel perfectam, aut imperfectam; tum quoque perſonalem aut realem, &c. Sed quum potius opinandi libertatem in fide tales ambiant, quam Veritatem fidei Chriſtianæ quoad religionem, non definit quoque *Lens. d. Lib. 12. c. 5. 6. & 7* eoſdem refellere. Sunt etiam, qui ipſam Religionis libertatem in Conſcientiæ & exercitii diviſionem abripiunt: de quibus *Lens. d. l. 12. c. 15.* agit. Alii, veluti Iuris-Conſulti eam Privatam & publicam, ſive propriam & comunem eſſe volunt; Alii alias fingunt diſtinctiones, ut non mirum ſit, quod tot confuſiones in tam avidum Libertatis appetitum cujusvis irrepſerint, quùm quiſque in ſuas partes ſuæ libidinis eam abripere ſtuduerit. Demum quam plurimi ſunt, qui veram & falſam conſtituunt, aut quod fermè idem eſt Spiritualem & Carnalem; Quum verò hi non longè à ſcopo & natura veræ diſtinctionis aberrent, inter omnes, rectius poterimus ſequi eos, qui ductum eſſentiæ imitantur. Etenim in omni diſtinctione potius natura ſubjecti, ceu prius quid, quàm adjunctorum ſive accidentium aut Effecti advertenda venit, ut vulgò dici ſolet.

2. *Quotuplex igitur eſt Libertas?*

DUplex, alia Spiritualis ſive gratiæ cœleſtis, & alia Naturalis ſive mundana, aut corporalis.

3. *Quid eſt Spiritualis ſive gratiæ cœleſtis Libertas?*

EſSt ἐξουσία ſanctæ motionis, vel αὐτοκρατείας quæ ex Creatrice gratia Iehovæ, homini peculiariter cum principalibus & Angelicis creaturis à principio communicata fuit, ut quidem ad voluntatem Dei in lucis & juſtitiæ ejus gloria ſemper & in æternum viveret æqualis ſibi; ſed poſtea ex lapſu miſerè perdita fuit, nec minus à Chriſto Salvatore noſtro plenè reſtituta.

4. *Quid eſt Naturalis Libertas?*

EſSt ἐξουσία animæ ex corporea copula illius volitioni & motioni ſubordinata, ut opera externa vitæ juxta dictamen conſcientiæ ad legem creationis ipſi inſitam ubivis in gloriam Dei revocare & continere doceat 1. *Tim.* 3. 13. Sed hæc definitio maximè concernit hominis ſtatum integrum; quæ vero ſit in ſtatu corrupto ſequenti capite explibitur.

5. *Quid*

5. *Quid in iſtis definitionibus obſervandum?*

PLura heîc quidem declarari pro rerum neceſſitate poſſent; ſed quùm ſit alterius loci, jam ſaltem ad enumerationem ſpecierum, quæ ex tali diſtinctione utrinque oriuntur, pergemus.

6. *Quomodo ergò Spiritualis dividitur ulterius?*

IN Poſitivam, quæ modum in prima creatione & veritatis intentionem ac fundamentum in libertatis implantatione aut applicatione determinat, diciturque vera unicè: ac Negativam ſive falſam, qua homo ſe voluntati Iehovæ ſimplici & ejus obedientiæ contra leges Creationis ipſi impreſſas, ex inſtinctu Diaboli & propriæ imaginationis ſe Iehovæ ſuo ſubducebat, & in propriæ voluntatis multiplicitatem ac libidinoſam ſuperbiam extremæ ſervitutis inobedienter præcipitem agebat; diſtinguitur.

7. *Poſitiva autem libertas Spiritualis quotuplex?*

DUplex iterum; Namque eſt aut Originaria, aut Reſtituta per Chriſtum, ſive verè Chriſtiana.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*8. Quæ vocatur Originaria ?*

EA, quæ homini cum beatis Spiritibus in creatione ad bonum tantum inſita, pro iis officiis præſtandum omnibus, quæ Conſcientiæ rectæ in legibus divinis conveniebant.

*9. Quænam verò Libertas per Chriſtum nobis reſtituta dicitur ?*

ESt Spiritualis ea, qua homo à depravatæ imaginationis & cupiditatis aut voluntatis dominatu proprio, atque ab ipſa quoque peccati ſervitute & tyrannide Diaboli ſeu vinculo damnationis & mortis æternæ per Chriſti incarnationem & ſatisfactionem plenè exolutus divinis præceptis in amore novo Spiritus Sancti vivificantis lubens ſequitur; ut alacriter tàm animo quam corpore Deo ſerviat in juſtitia & ſanctitate. *Rom.* 4. 12. 13. 14. *Lenſæ. lib. 6. de Chr. lib. cap.* 1. *Item,* 1. *Cor.* 9. 27. Hinc non tantum verè Chriſtiana libertas, ſed etiam gratia cœleſtis dicitur.

*10. Quæ cauſæ hujus ſunt Libertatis ?*

1 EFficiens Principalis eſt Iehovæ miſericordia: Meritoria autem Solus Chriſtus

Chriſtus Ieſus Liberator. *Ioh.*8.32.36. *Gal.*3.4.5.& 4.31.& 51.13.*Rom.*6.18. & 8. 2.21. & 2. *Cor.* 3. 17. *Coll.*1.14. *Tit.*2.11.12. & 1. *Pet.* 1.18. & 2. 16. & 2. *Pet.* 2. 19. hanc enim libertatem precioſo ſuo ſanguine nobis paravit. *Colloſſ.*1.14. 1.*Pet.*1.18. Συνεργὸς Spiritus Sanctus 2.*Cor.* 3. 17. ubi Spiritus Domini,ibi Libertas; qui idem ejuſdem arrhabo & teſtis eſt.

2. Deinde Inſtrumentales, partim eſt Verbum Dei, ſive veritas Euangelii,quo nobis offertur hæc libertas. *Iere.*34.15. Ecce ego prædicabo libertatem.Et *Ioh.* 8. 32. Cognoſcetis veritatem, & Veritas vos in libertatem vindicabit. Partim Fides, quâ accipitur ea. *Rom.*5.2. Fide adducti ſumus in hanc gratiam , qua ſtamus.

3. Subjectum,Omnis credens,& Spiritui Dei ſe ſubmittens,ſive Græcus,ſive Iudæus, ſive mas, ſive fœmina , ſive ſervus,ſeu liber,1.*Cor.*7.22.*Gal.*3.28. unde patet,expreſsè, quod cum ſervitute carnali aut potius corporali non pugnet.

4. Forma hujus Spiritualis libertatis in regeneratione & donatione Spiritus Sancti maximè conſiſtit , qua per meritum Chriſti & operationē Spiritus ejus gratioſam priſtinæ integritati reſtituuntur homines , & penitus illuminatione nova Chriſtum induendo reformantur, ac Conſcientiæ Fide purgantur ab ope-

ribus mortuis ad ſerviendum Deo viventi, *Hebr.* 9. 14. ut quiſque ita ſit καινὴ κτίσις nova creatura. *Gal.* 6. 15. & 1. *Pet.* 2. 13. ac novus homo. *Eph.* 4. 24. novus Adam, &c. qui ſecundum Deum conditus ſit ad juſtitiam & imaginem veritatis ac vitæ ſanctitatem. *Ibidem*, 1. *Cor.* 15. 45. *Vide Arnd. de Ver. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 7.

5. Finis & fructus hujus Libertatis in eo conſiſtit, ut in Chriſto ejuſque veſtigiis undiq; ſancti & inculpati vivamus. *Gall.* 2. *v.* 20. 2. *Cor.* 5. 15. *Luc.* 20. 38. *Rom.* 6. 8. & 14. 8. *Coloſſ.* 3. 3. nec non in Spiritu ejus ambulemus. *Gal.* 5. ac Dei donis pacata conſcientia utamur, proximi ædificationem & dilectionem in ſingulis actionibus vitæ reſpiciendo. *Tit.* 3. 1. 2. ut juſtificati illius gratia hæredes efficiamur ſecundum ſpem vitæ æternæ. *Tit.* 3. 7.

### 11. *Quomodo dividitur hæc libertas Chriſtiana?*

DUplici modo: Vel enim reſpectu Liberationis à malo; vel reſpectu hominum ipſorum, ex illorum conditione Sancta.

12. *Quænam*

12. *Quænam eſt Libertas Chriſtiana reſpectu liberationis à malo?*

DUplex eſt, alia gratiæ libertas, qua Juſtitiæ Servitus Chriſtique Liberatoris ſuave portatur jugum: & alia eſt gloriæ, qua filii Dei quidem ſumus in hoc mundo; at in futuro cõplebitur ſeculo. Nam quùm duo generatim ſint mala; unum, ex quo mali & pravi ſumus ipſi, alterum, ex quo plus quàm miſeri, ac perpetuis conflictationibus uſque ad mortem obnoxii; pars una eſt noſtræ libertatis, quâ liberamur per Chriſtum à peccato, eoque ipſo à diaboli tyrannide, malitia & furore: altera verò, quâ ex miſeriis quidem & morte æterna educimur; ſed tamen ſub Crucis ſigno nobis uſque ad exolutionem hujus vitæ militandum eſt. Unde poſterior illa Libertatis pars potius in ſpe, quam re obtinetur, ut *ait D. Aug. in Enchir. cap. 106.* quùm Gloriæ libertas non prius ad nos plenè perveniat, quàm à ſervitute corruptionis totaliter homo liberari, ac corruptibile hoc incorruptionem induere queat.

13. *Quænam vero eſt Libertas Chriſtiana reſpectu hominum ipſorum?*

EA Duplex eſt, vel Communis omnibus fidelibus, tam in Veteri quàm Novo Teſta-

Teſtamento: vel Propria Fidelium tantum in novo Teſtamento. *Vide Lenſæ, lib. 8. de lib. Chr. c. 11.*

### 14. *Quomodo Communis à Propria differt?*

PRopria Libertas quidem, omnia in ſe continet dona liberationis, quæ per fidem in Chriſtum obtinuêre veteres, ceu ſunt manumiſſio à Iure peccati. *Rom.* 8. 2. *Eph.* 1. 7. *Gal.* 1. 14. *Hebr.* 9. 13. ab Ira Dei liberatio. 1. *Theſſ.* 1. 10. à rigore & damnatione Legis *Gal.* 3. 13. & 4. 5. à tyrannide diaboli. *Hebr.* 2. 14. & morte æterna. 2. *Tim.* 1. 10. Sed tamen iſta hanc peculiarem, præ communi libertate promiſſionis obſignationē habet, quæ conſiſtit in prædicatione Euangelii & in donatione & miſſione vivifica Spiritus Sancti, inchoantis in nobis novam obedientiam, & vitæ æternæ in imitatione Chriſti vivida, verum ſimulacrum. *Rom.* 8. 13. 15. 19. & 2. *Cor.* 3. 17. Velut Chriſtus inde dicit: *Ioh.* 16. *v.* 7. Bonum eſt vobis, quod ego abeam. Niſi enim abiero Advocatus ille non veniet ad vos: Sin autem abiero, mittam eum ad vos. *Item, verſ.* 13. Quùm autem venerit ille Spiritus Veritatis, ille vos in omnem introducet Veritatem. Ille me glorificabit; quia de meo accipiet & vobis annunciabit; καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, ut in

eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eo Vis Euangelii vera conſiſtat, quæ ex dictamine unico Spiritus Sancti, non ullius Ethniciſmi ratiocinatione & terminis intellectualibus profluit. *Eſa.* 44. 3. *Ezech.* 36. 26. 27. & 37. 5. 6. 7. &c. *Vide, Lenſæ. lib.* 8. *de Lib. Ch. c.* 10. 11. & 12. *in reliquis.*

15. *Quid eſt hæc novi teſtamenti aut Euangelii Libertas?*

LIcet ex ſuperioribus id ſatis conſtet; attamen, quùm maximus heîc propter carnalem & nefariam illam licentiam, quidvis ſibi arrogandi, peſſimè ſeſe ac nequiter valde, imò aſtutiſſimè immiſceat ac intercedat abuſus; denuò id heîc loco definitionis inculcandũ venit, quod eſſentialem notam & normam veram huic libertati exhibeat. Non eſt igitur, quod quis ſe ſomniare velit prorſus ab omni diſciplina legum honeſtarum exemptum, ut quidvis pro adiaphoris ſibi fingere ſtuduerit, quodcunque ipſi pro carnis ratione arguta & Sophiſticatione hypocritica libitum fuerit, ne uſpiam bona opera proximo, & in iis debitam obedientiamDeo præſtare teneatur. Nec eſt, quod quis opinionis ſuæ obſtinatam proterviam Verbo Dei affingere, & eidem extrema vitæ impendere pericula velit. Si neſcis, aut ex ſuperioribus addiſcere noluiſti; Regnum Dei, eſt meri

Amo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Amoris ſancti regnum, nec ullas novit auſteritates, vel atrocitates. Si non habes amorem cordis ſyncerum, in Euangelii libertate vera, nunquam certè vives; ſed potius ex imaginatione opinionis propriæ in quaſvis te facilè præcipitabis vitæ pugnas, tibi ipſi in tua glorioſitate vanus & noxius. Agnus enim immaculatus ille Chriſtus, 1. *Petr.* 1. 19. nos quidem eripuit de poteſtate tenebrarum & in ſuum tranſtulit regnum propterea, non ut opera tenebrarum operari amplius pergamus; ſed ut fidos ipſi nos ſiſtamus gratiæ miniſtros, & alter alteri vividè & efficaciter ex toto corde ſerviat. Quippe in veritate & virtute facti, non in nuda ſyllogiſticatione & connexione verborum aut nundinatione ſermonis ſaltem, regnum Dei conſiſtit, ut ſine metu è manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus ipſi, cum ſanctitate & juſtitia in ipſius conſpectu, cunctis vitæ noſtræ diebus, *ait D. Zachar. Luc.* 1. *v.* 74. & 75. Eſtote igitur imitatores Dei, ut filii dilecti, & incedite cum charitate; ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & victimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ. *Epheſ.* 5. 1. 2. Hæc enim vera eſt Libertas Euangelica, ut in Chriſto toti vivamus, quùm in eo reſurexerimus, & vitam in ipſo obtinuerimus; atque propterea ex ipſo

nos

nos invicem ſine mendacio & fuco cordicitus integrè amemus, mutuoque nobis inter nos inſerviamus, quùm membra ſancti illius ſimus corporis, non mortua, ſed vivida; unde ne Fides ſaltem verbalis aut confeſſionaria, ſed realis & facti vividi plena eſſe debebit. *Epheſ.* 4. *verſ.* 24. & 25. Profeſſio enim vera & confeſſio Dei in hac libertate non ſaltem eſt ſoni aut linguæ, ſed facti. Deum profitentur ſe ſcire ait *D. Paul. Tit.* 1. *v.* 16. ſed factis negant, quùm ſint abominandi, & rebelles, & ad omne bonum opus rejectanei. Namque non propterea ſumus liberati, ut carni & ejus cupiditatibus vivamus; ſed Juſtitiæ Chriſti, & quam ille in nobis requirit; ſic verè liberi erimus. *Ioh.* 8. Liberati enim à peccato, mancipati ſumus Iuſtitiæ *Rom.* 6. *v.* 18. quæ in Charitate ſe exerit per fidem, *ut Paul. ait* 1. *Cor.* 13. 2. 3. *&c.* quùm Charitas ſit maxima, quæ uſque in æternam efflorefcit vitam, atq; cuique ſua ante oculos in conſpectu commonſtrat opera, ut Apocal. habet, quod opera nos ſequantur uſque in æternitatem. *Vide Lens. lib.* 8. *de lib. Chr. c.* 12.

16. *Annè hæc quoque eſt Libertas ea, quam Religionis dicunt?*

NOn eſt alia; ſive enim Euangelii nunc appelles, ſive novi teſtamenti, ſive

Verbi

Verbi Dei, ſive Iuſtitiæ,ſive Chriſti.ſive Spiritus Dei, & Chriſti, ſive Religionis &c. vocites,eadem eſt ſemper, & manet, nec poteſt mutari, ſi non ſaltem proprios conceptus falſi animi, aut opinionis phantaſticæ nomine Religionis venditare labores. Ubi enim Spiritus Dei eſt, *ait Apoſt.* 2. *Cor.* 3. ibi libertas. Quippe hujus Spiritus dono, inquit, D. Auguſt. quo juſtificamur, fit in nobis, ut non peccare delectet, ubi Libertas eſt: Sicut præter hunc Spiritum peccare delectat maximè, ubi Servitus: à cujus operibus abſtinendum id eſt, Spiritualiter ſabbatizandum eſt. *Aug. lib. de Spir. & litt. c.* 26. Spiritus itaque Sanct. qui ſpirat, ubi vult, & à cujus potentia, ac calore nemo eſt, qui ſe abſcondat; dejectam ſervitute voluntatem erigit, duplicique peccati conſtrictam vinculo ſolutam & liberam reddit. Namque à cupiditate ſeculi vitioſoq; amore, quo quaſi vincta & incurvata tenebatur, correctam atque immutatam,primùm liberat, ut amet veritatis & juſtitiæ bonũ,quod deteſtabatur; Errorem verò & iniquitatem, quam amabat, execretur: quæ ſanè mutatio eſt dexteræ Excelſi. Tum verò contractum ob priores offenſas reatum ſolvit, charitatem infundens, vereque Dei Filium & amicum efficiens: qui deinceps Patri cœleſti lubens atque alacris obtemperet. Quum enim (*ait B. Baſil. lib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*lib. 1. de bapt.*) data fuerit remiſſio peccatorum, tunc accipit homo Libertatem à peccato, &c. *Lens. lib. 6. de lib. Chr. c. 3.* Quam libertatem habere nos Apoſt. cupit, dum his adhortatur verbis *Rom. 6. verſ. 12. & ſeqq.* Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. Neque ſiſtite membra veſtra arma injuſtitiæ peccato: ſed ſiſtite vos Deo ut ex mortuis vivos, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo. Peccatum enim non dominabitur vobis, quùm non ſitis ſub lege, ſed ſub gratia. Quid igitur? Peccabimus, quod ſub lege non ſimus, ſed ſub Gratia? Abſit. An neſcitis, quod, cui ſiſtitis vos ſervos ad obediendum, ejus ſervi eſtis, cui obeditis, ſive peccati ad mortem, ſive obedientiæ ad juſtitiam? Tunc enim (*ait D. Aug. Epiſt. 90.*) ipſum noſtræ voluntatis arbitrium verè fit liberum, dum à carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: ſi vos filius liberaverit, verè liberi eritis. *Joh.* 8. Et rurſum Epiſt. 144. Non eſt libera dicenda voluntas humana, quām diu eſt vincentibus & vincientibus cupiditatibus ſubdita. A quo enim quis devictus eſt, huic & ſervus addictus eſt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

17. *Quotuplex eſt hæc Religionis aut Euangelii libertas?*

DUplex, ex uſu & obedientia vera erga Chriſtum efficitur; aut enim Perfecta aut Imperfecta dicitur, quum gradus tales in Fide dentur. 1. *Cor.* 3. 2. *Hebr.* 5. 12. 13. qui undique per totum vitæ Chriſtianæ curſum opera non alia quàm Charitatis requirunt; ne Fides ſit mortua, *ut D. Apoſt. ait*, & nudo nomine inanes vel maligni deprehendamur Chriſtiani. *Iacob.* 2. 26. *Gen.* 15. 6. *Marc.* 16. 16. *Luc.* 1. 45. & 8. 47. & 23. 41. *Ioh.* 5. 24. & 17. 3. *Actor.* 13. 38. & 16. 31. *Rom.* 3. 22. & 4. 3. 21. & 5. 10. & 1. *Pet.* 2. *Hebr.* 4. 3. *Ier.* 39. 8. *Matt.* 7. 5. Namque facto id quisque Chriſtianus præſtare debet, quod nomine cupit audire: Velut *D. Iacob. ait*, 2. *v.* 18. oſtende mihi Fidem tuam, &c. Attamen, quum extra controverſiam ſit, pleniorem multo fore libertatem in futura vita, in hac vita non poterit dari abſoluta à peccatis Libertas, uti id quoque docet *Lenſ. lib.* 6. *cap.* 8. 9. & 10. qui ibi conſulatur.

18. *Quomodo Perfectio aut imperfectio Libertatis in obedientia Chriſtiana accipitur?*

VAriis & quidē duodecim fermè modis apud Auctores quid perfectum aut imper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

imperfectum ſtatuitur, quos omnes heîc recenſere jam non tempus nec locus admittit. Sufficiat ſaltem heîc noviſſe, quod non ita abſolutè perfectio talis ſumatur, ut carnalitatis nimio ſtudio addicti proterviores homines, pro ſui exculpatione, id prætendere ſolent, ne neceſſum habeant, Spiritui Dei meliorem operam bonis operibus renovati cordis dare; Sed comparatione graduali ad invicem inſtituta heîc ſic utimur hoc nomine, ut ſtimulus ſit ferventior paulùm in imitatione Chriſti, & repræſentatione ejuſdem perfectiori. Velut ipſe Chriſtus ſemetipſum exemplo nobis proponit, quod in omnibus actionibus vitæ imitari eum debeamus, quando dicit *Matt.* 11. Diſcite ex me, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶος εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, quia mitis ſum, & humilis corde. Ille vult, & mandat, ut ex eo diſcamus omnes vitæ noſtræ mores, doctrinas & actiones. Quomodo? ais. In manſuetudine & humilitate cuncta. An non hoc nos pudore & rubore ſummo confundat, quod ille tàm obſtupeſcendo modo amabiliter manſuetum ſe nobis offerat, ut velit ſuo exemplo & præceptis nos informatos? Quur nos non potius illi noſtra ſpontè præveniendo offerimus cœci & ſtulti, qui omnis ſalutis noſtræ fons, origo & auctor eſt? Quid ſomniamus nobis? An præcepta ejus tàm



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

dura & impracticabilia ſint, ut vulgò carnalitatis ſtudioſi clamant? Divus Iohan. id planè negat 1.*Ioh.* 1. quando dicit; mandata ejus levia ſunt: nec ſunt gravia certè volentibus. Nam Imperia lubens & ex amore juſtitiæ excipit, omnem ſervitutis partem effugit *ait Senec. Epiſt.* 62. Ideoque *D. Paul.* 1. *Cor.* 9. 29. ait commonendo nos ſtrenuè: τρέχετε, currite ut comprendatis metam hanc perfectionis. Et Chriſtus, *Matth.* 11. *verſ.* 12. vult ut vis regno Dei in nobis inferatur. An non etiam quicquid ex Deo natum eſt vincit mundum? 1. *Ioh.* 5. 4. Et qui opera Iehovæ fideliter & in veritate cordis ac timore Domini perficit, an non ille ſit perfectus? 2. *Chron.* 19. 9. *Eſai.* 38. 3. Et quid potius optet homo verè renatus, quàm ut Salvatoris ſui exemplum in imitatione forti & ſancta ubique lubens cum auxilio Spiritus Iehovæ ſequatur? Quid poſſit ipſi utilius aut eſſe beatius? In factis enim & actionibus fidis conſiſtit omnis perfectio, non in nuda diſputationum vaniloquentia & linguæ impudenti & habituali garrulitate; uti eò ad praxin vividam vitæ Chriſtus adoleſcentem naſutulum remittit; qui tanta efferveſcebat gloria ſui, *Matt.* 19. 21. ſi vis perfectus eſſe, ait, vade, & vende bona tua, ac da pauperibus. Ita in praxi ſe exerit perfectio ea ſolummodo, quam expetit Chriſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Chriſtus. Veluti etiam talem adſimilat ædibus, quæ ſaxo infiguntur, *Matt.* 7. 25. 26. *Luc.* 6. 48. Namque in ea perfectione amicitia vera nobis cum Deo conſtat. Vos amici mei, inquit, eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. *Ioh.* 15. *Phil.* 3. 12. 13.

19. *An poteſt homo noſcere perfectionem ſui in Amore erga Deum & proximum?*

OMninò, & hoc quidem ex propriæ conſcientiæ teſtimonio atque judicio.

20. *Quomodo?*

OPtimam ſecum in ſemetipſo inveniet probam, ſi cor exploret ſuum intus, num ad eam pervenerit perfectionem, ut juxta mandatum Chriſti, *Matt.* 5. 44. *Luc.* 6. 27. & etiam hoſtes amare ſuos, & ab omni vindicta eſſe vacuus; *verſ.* 23. ac pro hoſtibus precari ad Deum: Imò num præſtare poſſit hominibus id, quod ipſe boni à quovis expectat. *Matt.* 7. 12. Proba certè melior aut firmior perfectionis dari nequit. *Roman.* 8. 16.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

21. *An verò non Chriſti merito inde quid detrahitur, ſi bonis & libertatis operibus attribuendo quid nitamur?*

HOc ſanè omnium & commune effugium; & totus ab iis, qui nihil prope Charitatis in corde habent, decantatur cotidiè, ut tot clamoribus perverſis fermè ex toto Chriſtianiſmo in duriſſimum omnia bona opera ejecerint exitium, & penitus à ſe profligarint. Inde eſt, quod totus tam ſterilis ſit mundus & prorſus vacet à bonis operibus, præſertim cum tanto quoque id ſtudio peragant, qui miniſtros Verbi ſe profitentur, dum toties publicè rejiciunt acerbis quaſi deteſtationibus Sanctos operarios in vinea Chriſti, quaſi ſanctitas operum omninò Fidei & merito Chriſti repugnet, ejusq; auctoritatem & perfectionem imminuat. Hoc verò quùm toties tam acerbè deteſtabile in animis mortalium reddatur, inde quisque propriorum bonorum & amoris ſui plus quam ſtrenuus videri cupit poſſeſſor, ne quid temerè in proximum effundat beneficii, aut prodigus charitatis videatur ſuæ. Idcirco tàm fortiter unusquisque præſidet ſibi & affectibus ſuis, in tam firma & obſtinata poteſtate, ut quoque duriſſimam iis ſervitutem ſervire non vereantur,

ur, quum ex opinione falſa ſibi ſe ſomnient liberos. Veluti id apertè videre eſt in Mammonæ & libidini ſervientibus, ut licet hoc ſervitium ſit admodum horrendũ & damnabile Idololatricum, tamen illi haud noſcant tam dira Jura dominatus; ſed ipſi ſibi jugum deteſtandum ſervitutis eò atrocius imponant & ipſismet imperent. Neque enim juſta eſt poteſtas; ſed longè injuſtiſſima ſervitus, quæ cum æternitatis igne ferventiſſimo connectitur, *Div. Ambr. lib. 8. in Luc. c.* 67. Nec tamen injucunda ulli talis videtur ſervitus perfidæ carnis, quum ipſe ſibi talia conficiat præcepta in bonis ſuis & malitiâ cordis ſecum adſervanda. Quare? Cotidiè ille audit ad aures ſibi inſuſurrarier iſtud verbum, de Sola Fide, quod non ſine corruptione gravi aut fortè non ſine crimine falſi textui biblico *ad Rom. 3. v. 28.* inſertum & intruſum eſt à nonnullis, qui id mordicus contrà auctoritatem Spiritus Sancti; aut ut D. Paulum ſibi contradictorium forſan faciant, defendere non verentur. *Vid. Haf. in com. Th. lib. 3. ſt. 3. loc. 8. q. b.* Colligimus igitur, ait Apoſt. πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, id eſt Fide juſtificari hominem, absque operibus legis: ubi certè nuſpiam vocabulum μόνη aut ſimile invenitur, ut ita ſimpliciter omnia bona opera velit à Fide Chriſtiana ſeparari D. Paul. quaſi Fides nuſquã bonis

operibus in declaratione ſui efficaciter indigeat: Sed potius ille omninò includit cum fide bona opera hominis, qui in nova & filiali vivat obedientia regeneratus, non in ſervili glorioſa jactantia; *ceu verſ.* 27. 4. quoq; propterea Legem Fidei expreſſe ponit, quod ea à ſe gloriationem operum omnẽ excludat, non ipſa opera: quando quærit. 1. Ubi igitur gloriatio? Reſpondet ſibi: Excluſa eſt, inquiens. 2. Quærit exinde porro, quùm gloriatio ea, quam Phariſaica juſtitia homines Legi ſerviliter obnoxii ſibi imputare ſolent, ex operibus præſtitis, excluſa omnino ſit à vera Juſtitia Chriſti. quam ille merito ſuo nobis comparavit; unde & quomodo fiat talis excluſio? Reſpondet ad hoc iterum ſibi; fieri quidem talem excluſionem per Legem ipſam. Verũ quùm duplicitate homo ipſe heîc laboret, quærit, tertio, per quam Legem reſpectu hominis excluſio talis fieri poſſit?

Hinc 3. iterum reſpondet diſtinctivè; & adſeverat, quod Lex operum non excludat gloriationem aut glorioſum hominem à Juſtitia Chriſti; ſed quod Lex Fidei hoc faciat. Verba expreſſa ſunt. Fides enim vera regeneratum in corde præſupponit hominem, & omnem à ſe excludit hypocriticam gloriationem juſtitiæ, quùm ipſa ex ſimplici amore & proximi dilectione ſanctâ præſtet ſyncera

cera opera, non corde Phariſaico & duplicis conſcientiæ larva, ut inde gloriationem Juſtitiæ ſuæ ſibi conficiat.

Proinde ita fit, ut duo licet idem faciant, non tamen idem ſit aut eſſe poſſit; quia diverſitas operum ex corde dependet & perſpicitur, quùm Cor hypocritæ & ſervi legis non ea rectitudine & fidelitate quid præſtet in operibus, quàm cor ſolidum verè pii & renati, qui omnia ex mero & ſimplici amore ac pietate interni hominis perficit opera ſyncerus & integer juxta filialem obedientiam erga Deum, non ex metu ſervili aut commodi proprii ſtudio, ſed ex filiali puritate & Fide erga legem parentis & ardore vero aut infucato erga proximum. Internus enim homo ſi non ſit verè & vividè renatus, non præſtat opera Fidei, ſed Legis externæ ſaltem opera fuco tenus ex amore ſui proprio, non ex vivida dilectione proximi.

Idcirco etiam ſolemniſſimè quaſi proteſtatur D. Paul. v. 31. quod legem nullatenus inanem faciat per Fidem; Sed potius ſtabiliat legem, ut omnis qui ita bona opera ex fide præſtet, ſive Judæus ſit, ſive gentium quiſpiam, ille habeat & inveniat Deum juſtificantem ſe. Locus iſte igitur D. Pauli nihil aliud agit, quàm ut dictum Chriſti *Matt.* 5. *v.* 20. plenius explicet, ubi Chriſtus ad diſcipulos ait; niſi Juſtitia veſtra *περισσεύσῃ* abundave-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rit plusquam Scribarũ & Phariſæorum, non ingrediemini regnum cœlorum. *Luc.* 11. 39. & *Matt.* 6. *v.* 1. Attendite, ne juſtitiam veſtram exerceatis coram hominibus, ut ſpectemini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, &c. Quippe gloriatio & jactantia ſibi imputat juſtitiam, quam non habet, quùm fundamento Fidei & amoris ſancti careat, nec Chriſti meritum attingere poſſit. Veluti nec ulla caro aut homo carnalis ex operibus legis juſtificari poteſt, quùm homini interno & in Fide viventi Gratia ea per Chriſtum ſola conceſſa ſit, cui Chriſtus ipſe quidem ſuam juſtitiam imputat. *Rom.* 4. 6. *Gall.* 2. 16. *Eph.* 2. 8. *Rom.* 3. 23. ſed ita, ut ejus veſtigia ſequamur aſſiduè & in ejuſdem imitatione nos perficiamus cotidiè, velut ipſe præcipit. *Matt.* 5. *v.* 48. & *Luc.* 9. Eſtote igitur vos τέλειοι, perfecti, ut Pater veſter, qui in cœlis perfectus eſt. Magnam certè heîc perfectionem in nobis expetit, ſed non impoſſibilẽ; uti homines carnales clamant, quùm ipſe merito ſuo eam in noſtris bonis operibus perficiat, ſi in exemplo ejus ritè veſtigia ejuſdem ſequamur, 1. *Petr.* 1. 15. & 2. *Petr.* 2. 21. Namque propterea ex gratia ſumus ſervati per fidem, ut ipſius ſimus opus, conditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in iis incederemus, *Eph.* 2.

*verſ.*

*verſ.* 8. & 10. Quare qui Gratiam Dei hanc in tali proterva carnalis opinionis Fide ita habitualiter arripiunt, quod ore Fidem ſonare & verbis diſputabilibus venditare, ac æternam eâ beatitudinem ſufficienter per Juſtitiam Chriſti impetrare poſſint, licet nihil bonorum operum ex Charitate præſtent; ipſi certè finem creationis ipſis ſibimet abſcindunt, & beatitudinem derogant, quam Chriſtus omnibus pacificis, miſericordibus, mala patientibus, & bona quæque operantibus. *Matt.* 5. 6. & 7. per totum apponit; & ex quibus ultimo die quemvis juxta merita actionum & vitæ judicaturus eſt. *Matt.* 25. Inde ex numero beatorum ſemetipſos turpiter & protervisſimè excludunt, quùm potius carni vivere, quam Deum in corpore ſuo glorificare & portare velint. 1. *Cor.* 6. Interim tamen craſſiſſimè errant, in eo, quod inter opera meritoria Chriſti, & propriæ perfectionis neſciant diſtinguere, unde illis totus conſtat iſte lapſus, qui tot conſcientiarum gignit ſecuritates. Nihil enim meretur homo ſuis operibus coram Deo, *Luc.* 17. *verſ.* 10. quùm Chriſtus id abſolutiſſimè præſtiterit ſuo merito *Matt.* 6. 17. Sed, ut in imitatione Chriſti ſe perficere cotidie ſtudeat, alligatus eſt omnino ad opera bona in fructibus Fidei vividæ, non mortuæ, perpetuo exerenda & exercenda. Namque

que

que ſi juſtum eſt,homines ſervire hominibus dominantibus, quod hoc utile ſit ritè ſervientibus, quùm ſic improbis auferatur injuriarum licentia, domitique ſe melius habeant, quia indomiti ſe deterius habuerunt: quantò æquius eſt hominem in vera pietatis obedientia & conſcientiæ libertate Deo ſervire; non modo,quia ipſe verus & legitimus piusque & gratioſus Dominus eſt; verum etiam, quia totū hoc ipſum Servire Deo non illi, ſed nobismetipſis incredibilem affert utilitatem! Sicut enim, qui verſatur in lumine, nihil ipſi quidem lumini præſtat beneficii; ſed ab eo potius beneficium accipit: Sic & filialis ſervitus erga Deum, inquit *Irenæ. lib. 4. contra hæreſ. c. 28.* Deo quidem nihil confert, qui bonorum noſtrorum non eget: ipſe autem ſibi ſervientibus vitam & incorruptam beatitudinem præbet. Et idcircò exigit ab hominibus ſervitutem, ut, quoniam eſt bonus & miſericors, benefaciat eis, qui in ejus ſervitutis perfectione perſeverant. Bene igitur *D. Proſper. Cont. Collat. cap. 21. ait:* Nemo ſervit, niſi cum aliqua libertate; & nemo liber eſt; niſi cum aliqua ſervitute, dicente Apoſtolo. Hinc ex mera charitate ſervos nos ſuos fecit is, qui ſuo ſanguine nos liberos reddidit in imitamine ſui ſancto, ex quo beatitudo unicè ſequitur, veluti David verè eos

paſſim

paſſim prædicat beatos , qui ita in viis
ambulant Iehovæ. *Pſalm.* 1.1. & 2.12.
& 32.1.2. & 33.12. & 34.9. & 40.5.
& 41.2.3. & 56.5. & 84.5.6.13. & 89.
16. & 94. 12. & 106. 3. & 112. 1.
& 119. 1. 2. & 127. 5. & 128. 1. 2.
& 137. 8. 9. & 144. 15. & 146. 5.
Sed quid opus, ut pluribus hæc expediantur. Ipſe *D. Paul.* ſic tandem toti huic informationi hanc imponit concluſionem abſolutam *c.6. v.*18. Quùm jam liberati ſitis à peccato, ſervi facti eſtis juſtitiæ, *& cap.* 7. *v.* 6. ita, ut ſerviamus in novitate Spiritus; ac non in vetuſtate litteræ. Nulla igitur, ait porrò *Rom.*8.1. & 4. nunc eſt condemnatio iis : ( Quibusnam? ) qui in Chriſto Ieſu non ſecundum carnem NB. incedunt, ſed ſecundum Spiritum 1.*Cor.*14.1. & *Eph.*5. 1. 2. & 1. *Theſſ.* 4. 1. 2. Proinde tandem quàm optimè *D. Iacob.* 2.24. hanc deciſivam ſententiam huic toti negotio ſubnectit, apertè ita hoc atteſtans : Videtis igitur ex operibus juſtificari hominem non ex Fide *NB.* μόνον tantum? *Et verſ.* 26. ad pondus rationis. Nam ſicut corpus absque Spiritu mortuum eſt; ita & fides illa, quæ eſt absque operibus mortua eſt; quia caret charitatis perfectione, ut ſupra dictum eſt. Vide heîc exhortationes tot ſanctas ad perfectionem nos allicientes. *Gen.* 17. 1. *Deut.* 18, 13. *Matt.*5.48. 1.*Cor.*1.10. & 14.20.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

& 2.*Cor.*13.11. *Eph.* 6. 13. & 1.*Pet.*1. 13. *Vide Lenſæ. lib.* 8. *de lib. Chr. C.* 5. *& lib.* 6 *cap.* 5. *&* 5 *per totum, optimè hæc explicantem. Item, lib.* 6. *c.* 12. *& lib.* 7 *c.* 4. *Item, lib.* 8. *cap.* 4.

22. *Quis uſus ſeu Effectus hujus Libertatis?*

UT credentes & renati pacatam habeant Conſcientiam, & ad carnalitatem exhorreſcant omnem, quæ libertati Chriſtianæ ſe ſemper ſubmiſcere cupit, ut homines in licentia vivendi ſecuros reddat, dum ſuis obſtinatis adhærent opinionibus, quas pro Fide venditant: Utque demum imitationi Chriſti beatæ non ſubducant, ſed lubenter pro ipſius libertinis ad omne charitatis opus perficiendum ſe agnoſcant promptiſſimè. Ibi enim vera & nobilis libertas, ubi recti facti lætitia; ſimul & pia ſervitus, ubi obedientia præcepti divini prompta. *Aug. lib.* 1. *cont.* 2. *epiſt. Pelag. cap.* 3. Sed hæc de libertate Spirituali ſufficiant: Nunc ad alteram Libertatis partem *ex cap. h. q.* 4. properandum: Interim tamen hoc iterum benè notetur pro Regula abſolutiſſima, quod undique ſcientiæ & doctrinæ factum Chriſtus requirat unicè. *Matt.* 5.19. in hominibus; aliàs omnes ſpeculationes & diſputationes argutæ in ſuam vaniſſimam abeunt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſunt vanitatem, & ſcire illud magis condemnat, quàm prodeſt. Ideoque bene notetur *id* 1. *Ioh.* 3. *verſ.* 7. *ubi ait.* Dilecti, nemo vos ſeducat: Qui juſta agit, juſtus eſt, velut ille juſtus eſt. At qui peccat ex Diabolo eſt.

## CAP. X. Præcogn.

# De Libertate Naturali.

1. *Quid eſt Libertas Naturalis?*

AD hanc quæſtionem quidem ſuperius *c.* 9. *q.* 4. reſponſum eſt; ſed quùm absque graviſſimi lapſus humani determinatione ibi quid poſitum ſit; accuratior ratio ejus haberi nunc debebit. Namque ſtatim poſt creationem, ſanè homo ingentem, &, plus quàm credi poteſt, miſerabilẽ, ex natura æterna ac regno aut mundo Paradiſiaco eſſentiæ puræ & ſubtilis, in hoc externum corruptæ naturæ corpus craſsè condenſatum, ac regnum animale imaginatione & appetitu ſuo falſo, ſaltum perfecit. Ah quid miſerabilius poteſt fingi aut dici, quod homo falſa perſuaſione ſui, ex inſtinctu Satanæ, tàm pervicaciter & turpiter ex æterno omnis boni vigore ac beatitudine ipſa, in tàm miſerum corruptionis omnis utrem & ſtatum ſeſe

præci-

præcipitarit, ac propterea non tantum animæ lucem in corpore cœleſti prorſus amiſerit, ſed etiam in ipſam peccati voraginem deſultorium deſperabundè fecerit ſaltum! Nunquam certè ſatis hæc deplorari poteſt calamitas ſumma, & in æternum foret nobis cum æterno tenebrarum cruciatu deploranda, niſi Chriſtus amiſſa nobis reſtituiſſet bona perfectiſſimè. Ideoque rectè faciunt ii, qui hominis ſtatum diverſimodè conſiderant 1. in natura Inſtituta, id eſt in integritate ante Lapſum. 2. In natura deſtituta aut corrupta per peccatum, quum Iehovæ maledictio ei in terris excreta accederet, *Gen.* 3. 17. ante regenerationem. *Ac* 3. in natura reſtitui cœpta per converſionem, in hac vita, & liberata à malis 4. demum plenè reſtituta. *Menz. ad art. 18. Aug. C. Div. Aug in Enchi. cap. 30. & Epiſt. contra Pelag & Coſt. part. 2. Th. Sch. tr. 1. c. 2. q. 9.* Quùm itaque ex hoc lapſu nobis in hoc mundo noſtra vitæ hujus tranſigamus tempora, in admodum gravi cæcitate mentis & voluntatis imbecillitate extrema, donec Iehovæ miſericordia nos ad meliora transferat, corporeâ vi moleq; hac corruptiſſima abjectâ; non erit heîc quæſtio, de ſtatu integritatis ante lapſum, quo in homine verè libertas fuit plenè abſoluta in facultate omni, non minus circa res Spirituales, quàm morales actio-

actionum omnium. Sed neq; nobis ſermo eſt de conſummata illa perfectione, quæ demum in altera vita erit, ubi reſtitutâ ἀταξία mentis & luce animæ cum cœleſti corpore, ſic in illa confirmabimur, ut ab ea per Chriſtum in æternum dimoveri nequeamus. Verum hoc quæritur, quæ libertas nunc homini in naturâ ſuâ corruptâ & viribus humanis, quibus ſe Spiritui mundi obligatum reddidit, ante converſionem, ſive regeneratione ſuperſtes relicta ſit. Namq; de ſtatu hominis renati poſt converſionem, & quomodo ex regimine aſtrali ejuſq; influxionis malo per regenerationem in Chriſto liberetur, ac quid talis libertas in eo requirat, hucusq; pro loci ratione actum eſt. Maximas heîc & non ſine acerbiſſimis cōviciis digladiationes, illi, qui ſe Theologos ad imitationem Divi Ioan. Euangeliſtæ dicunt, & dici amant, exercent, ac ſeſe miris modis invicem condemnant; quo Jure autem, ipſi videant, quum nec Chriſtus ipſe *Matt.* 7. *v.* 1. & 2. *Marc.* 4. 24. *Luc.* 6. 37. illis hoc concedat, nec *Apoſtoli ejus Rom.* 2. 1. nec Divus Iohan. in his exemplum iis exhibeant; ſed potius teſtetur hic apertè quod omnis, qui non proximum diligat, haud noſcat Deum 1. *Ioh.* 4. *v.* 9. ſed ſit mendax. 1. *Ioh.* 2. *v.* 4. & 4. *v.* 20. maneatque in morte. *cap.* 3. *v.* 14. imò ſit ex diabolo *c. d. v.* 10. & homicida *c. d.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*verſ.* 15. Velut Cain. Nihilominus ex nimia diſputandi libidine hinc in cœcitate ſua tot ſibi confingunt ſectas, ut nunc Pelagianos aliquos, vel Semipelagianos, vel Synergiſtas, vel Serviſtas arbitrii, vel purè Paſſivos, aut Trunciſtas nonnullos Enthuſiaſtas, Naturaliſtas, Neutraliſtas, &c. mutuò ſe vocitent absque omni manſuetudine contra Chriſti & Pauli doctrinam, *Matt.* 5. & 2. *Tim.* 2. 24. & 2. *Corinth.* 10. 1. Non vero noſtram heîc nobis hanc faciemus litem; vivant ſuis opinionum affectibus quouſq; velint; judicio Iehovæ nemo ſe ſurripiat, qui tanta belli ſcandala in cœca malitia movet; imo & alios ad funeſtà, contra naturam animæ, protrahunt aut concitant arma. Væ illis, qui tot crudelitatum ſanguinolentarum, propter nudas opiniones ſunt auctores aut patroni! Si juxta D. Pauli monitum, *Epheſ.* 4. *verſ.* 3. tam ſeduli eſſent ad culturam unitatis in Spiritu per vinculum Pacis, & ſe Spiritui Iehovæ præ Spiritu propriæ libidinis ex animo ritè ſubmittere ſtuderent, facili coirent inter ſeſe amicitia & amore, quod toties D. Iohan. exoptat. Dum enim tanta ſerunt litigia, an non in hoc ipſo actu & facto confitentur realiter, quod Libertas hæc ſit potius carnis & falſa quàm Spiritus, qui unitatem amat *Epheſ.* 4. *verſ.* 3. An non præter decorum

rum ſe nimis liberales in conviciis & condemnationibus exerunt? An non etiam hoc ipſo ſuæ quisque depravatæ naturæ in corde eſt ipſe proditor? Non certè hæc ſimpliciter animalis eſt, ſed planè ferina ferocitas. Etenim vulgariter homo definitur Animal rationale. Qui hæc aſſeverant, certè vix intelligunt, qualis ſit hæc locutio. Quippe primus homo adeo miſeram ſui commiſit ruinam, ut ex cœleſti & Paradiſiaco ſtatu ſe in terrenam detruderet ac Spiritui mundi planè obnoxium efficeret & graviſſimæ inde Corporeitatis corruptioni ſe imaginatione ſua animaliter immergeret, atque ita prorſus in ſervitutem extremam libertatem cœlicam commutaret. Unde nec amplius ejus naturæ eſt Libertas, quæ antea in corpore Paradiſiaco & planè ab ullis obſtaculis libero erat. Ut vero hoc eo rectius percipiamus, paucis noſcendum eſt, quid propriè heîc in hac naturalitate nomen naturæ importet.

2. *Quid igitur intelligis heic per Naturæ vocabulum?*

ARduum eſt admodum, id rectè explicare velle, quid Natura propriè in ſuo eſſe ſit, ut ipſius etiam naturæ linguâ heîc omnino indigeremus. Imo ipſa eſt,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quæ ὀσίαν rei alicujus exprimit, & ſe ſiſtere facit. Namque, ait Sacer ille *Phil. lib. de 3. vit. c.4. in prin.* res omnes & omnia in Voluntate conſiſtunt, & in voluntatis motione urgentur. Namque ſi ego non concipiam voluntatem ad prodeundum, corpus absq; motu meum fixum hæret. Ideoque voluntas mea me fert: atque ſi non aliquid appetam loci in me, nec mihi adeſt voluntas talis. Si verò aliquid anhelem, tunc id eſſentiarum cauſat voluntas. Jam autem Eſſentiæ nil aliud deſiderant, quàm conſervationem & ædificationem corporis: quia corpus eſt nutrimentum aut cibus earum, ut ita eſſentia eſſentiarum omnium nil aliud ſit, quàm adſidua & perpetua deſiderii expletio, & ex completo alicujus rei nova generatio, velut hoc evidenter apparet in ſpeciebus ſpirituum, quomodo unaquæque perpetuo alteram appetat in deſiderio, atq; ſi eam nanciſcatur ſtatim alteram novam procreet; nec tamen prior erit; ſed altera in priori ſe format alia imagine, & tamen ambæ una in altera atque ita unaquæque ſuam retinet peculiariter proprietatem. Veluti hanc neceſſitatem mutuam in 6. ſpecierum Naturæ deductione explicavimus, quum corporeitas heîc ſeptimam naturæ ſpeciem determinet, &c. Sic cap. 8. habet hoc; Tinctura eſt, quæ eſſentiam efficit, cujus Centrum mitiſſimum eſt, & ſe

inſtar

inſtar depreſſionis habet, velut ignis è contra ſemper exſurrectionem intendit. Quum vero lux, tanquam Tinctura Eſſentialitatem efficiat in deſcenſu ſuæ inclinationis, quæ ita eſſentiam aquæ ſimilem in luce exprimit, nec tamen aqua propriè, ſed Spiritus talis & ſcaturigo; proinde ignis eſſentiam illam in ſe devorat, & hinc fremitus ejus extinguitur, atque ſic exurgit in eſſentialitatem, & urit velut ignis in oleo. Atque hæc propriè eſt vita vera naturalis omnium creaturarum, vocaturque Tinctura, *&c.* *Et paulo poſt ait.*

Hæc vita jam dicta eſt in animalibus ſimplex; quum originem ſumat ex principio hujus mundi in Matrice Naturæ, quæ undiquaq; talem ſpiritum exhibet, & talis vita in ſemetipſa eſt; at in homine duplex exiſtit. Namq; homo quoque vitam hujus Principii in ſe continet. Verum ille deſiderat etiam aliam ſuperiorem & meliorem hac. Ubi igitur appetitus deſiderans eſt; ibi Matrix ſimul, quæ deſiderium ipſum in appetitu determinat. Nullus enim appetitus ſemetipſum conficere poteſt, niſi ex Voluntate aliqua cauſetur, & Voluntas ea ex Tinctura, quæ voluntatis vita eſt. Atque ſic ſcimus ac ex fundamento percipimus, quod in Tinctura Principii hujus mundi adhuc alia altior & ſublimior Tinctura conſiſtat, in qua renatus quiſq;



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vivere optat, ut ita in Renato vita verè triplex ſit, Ternarium referens numerum, &c. Unde patet, in quantam abyſſum arcanorum impenetret, qui naturæ determinationem quærat in proprio ſuo intuitu, ut non ita facilè poſſit Natura exprimi, ceu vulgus in ſuperficie vocabulorum philoſophantium putat. Ideoque Lactant. adeò ſollicitus heîc hæret in ejus definitione, & Lib. 2. Div. Inſt. Naturam à naſcendo vocari quidem dicit; ſed vim ejus vix percipi, quum non ſit niſi ex re externa perceptibilis. Ita *D. Auguſt. lib. de Spir. & Anim. Cap. 42.* Natura, inquit, vis quædam eſt & potentia, divinitus rebus creatis inſita, quæ unicuiq; rei omne ſuum (videlicet exiſtentiæ proprietates) tribuit, ſive bonum ſive malum ſit. Sed longè adhuc à ſcopo abeſt, quùm creata ab increata dependeat. Ideoque *Seneca hoc videns lib. 2. de benef.* Naturam Deum divinamque rationem toti Mundo & omnibus ejus partibus inſertam, aſſeveravit. Alii volunt, quod natura ſit id, quod unicuique exiſtenti rei ex nativitate inhæret, & naturales ipſi induſtrias ſuggerit. Sed quum neque hæc conceptio ſufficiat, propterea Piccol. hanc pronuntiat Naturæ conditionem, ut ſit eſſentia rerum, natura conſtantium, & principium internum naturalium earum operationum; quod quàm quàm latiſſimè

imè ſe effundere putet, pluſquam 13. acceptiones Naturæ explicat. Quùm verò hæc naturata omnia, ex cauſa Naturante ſua dependeant, neceſſum eſt, ut illud ſummè Naturans detur, de quo variæ quidem habentur quæſtiones, quomodo id ſit intelligendum; ſed non ſunt hujus loci. Sufficit heîc noviſſe jam ſaltem naturæ differentiam.

### 3. *Quomodo diſtinguitur natura?*

TAm multiplex quidem eſt naturarum diverſitas, quam multiplex eſt eorum quæ ſunt, & exiſtunt, paſſim varietas; ſed quum maximè Principiatum à ſuo Principio diſtet, neceſſe erit, ut quoq; in hac diſtinctione id obſervetur.

### 4. *Quotuplex igitur eſt Natura?*

DUplex; Non facta una, ſed æterna, Interna & Increata; altera facta & in extrenum eſſe creatione producta; quæ iterum aut perpetua eſt aut temporalis.

### 5. *An Natura locum habet in Deo?*

QVatenus vis quædam innata & inſita Naturæ attribuitur, Deo nullatenus id applicari poterit. Nihilominus tamen rectè in ore omnium eſt Natura divina,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

velut etiam *Cic. lib. de natur. Deor.* conſcripſit: Et Pet. talia nobis promiſſa data eſſe, dicit, per quæ divinæ naturæ reddamur conſortes. 2. *Pet.* 1. 4. Nam quomodo verum hoc eſſe poterit, ſi natura in Deo non eſſet? *Et D. Paul. Gal.* 4. 8. Sed tunc quidẽ quùm ignoraretis Deum, ſerviebatis iis, qui natura non ſunt Dii. Ita ethnici ex opinione falſa pro Diis habuerunt, qui non ſunt tales natura ſua. Quùm igitur Deus natura ſit Deus, utiq; illi ineſt Natura, & ipſi principaliter cõpetit ita, ut ab omni reliqua in æternum fuerit ſitque ſeparata, in qua ille opifi-cem ſe declarat unicè ſummum æternum, & Centralem.

*7. Sed quomodo heîc in Libertate extrinſeca natura accipitur?*

ADmodum corrupta, infecta & perdita, quum non tantum vanitati adeo ſit in creaturis ſuis obnoxia, ut mundus totus anxia ſpe liberationem & tanta corruptionis ſervitute expectet. *Rom.* 8. 20. 21. Sed etiam propter transgreſſionem Adami maledictionem *Gen.* 3. *v.* 17. & pœnam peccati ſimul tolerare cogatur. Quippe Spiritui mundi & ejus regimini, cui ſe undique Satanas ſubmiſcet 2. *Cor.* 4. 4. *Ioh.* 12. 31. *Eph.* 2. 2. & 6. 12. ſubjecta eſt per totum. Unde Libertas etiam ejus nulla amplius eſt ſyncera &

vera;

vera; ſed ſummis impuritatibus & falſationibus ſervitutibusq; extremis commixta, variasque ſortitur appellationes.

8. *Quænam eæ ſunt appellationes Libertatis naturalis?*

A Nonnullis vocatur Libertas ſervilis, mundana, corrupta, amiſſa, Spiritui mundi ſubjugata, adulterina, minus libera, depravata, in peccatis mortua, ſepulta, ſauciata, vulnerata, claudicans, involuta, obtenebrata, impedita, languida, imbecillis, perverſa, quum Corporeitati incluſa, aut corpori animali addicta, itemque Captiva in eo facta ſit, quod propter corporis incluſionē quaſi captiva ducatur, & inde non ſolum perpetuis ſubjugetur impedimentis; ſed etiam ex ſe in averſionem à Deo propter defectum ſanitatis ſemper inclinet. *Rom.* 8.7. & *Pſalmo* 5. *verſ.* 3. non eſt, qui exquirat Deum, omnes deflexerunt, *&c.*

9. *Quænam autem impedimenta hæc ſunt talis Libertatis Corporalis aut minus liberæ?*

VAria ea ſunt; Proinde vel univerſalia, vel particularia. Univerſale enim eſt ipſa corruptio. 2. Diabolus, qui in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

non renatis maximam ſuam habet efficaciam. 3. Spiritus mundi cum Planetarum influxionibus. 4. Vulneratio donorum, quæ in natura ſunt reliqua apud homines & alias res, &c. Inter Particularia ſunt 1. errores, qui ſe ex ignorantia & cœcitate mentis paſſim in deliberationibus exerunt; unde eventus & ſucceſſus non poteſt in hominum malorum eſſe poteſtate, quùm ſemper prædominium in iis ſibi princeps mundi arroget. 2. eſt Impietas, & propriæ voluntatis prolubium ac libido, ſive caro ipſa quæ homines cumulatim à viis Iehovæ ſeducit; ut nemo fermè ſit, qui voluntati Dei ſe ex animo ſubmittere cupiat. Propterea admodum gravis Iehovæ querela eſt *apud David. in Pſalm.* 82. 6. 7. 8. Non corrigi ſe patiuntur, & nihil curant: Semper in tenebris ambulant; unde omnia fundamenta terræ corruunt. Ego dico; dii quidem eſtis, & filii Excelſi omnes: ſed velut plebeius moriemini, & velut tyranni funditus concidetis. *Pſalm.* 81. 12. 13. 14. Non audit vocem meam populus; Iſrael non acquieſcit mihi. Quapropter dimiſi eos ambulantes ex ſententia animi ſui; dicens: abeant cum pravis conſiliis ſuis. O ſi pupulus meus auſcultaſſet mihi; ſi Iſraelitæ ambulaſſent in viis meis: Vel momento inimicos eorum fuiſſem depreſſurus, quum in
hoſtes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Iſtes eorum convertiſſem manum
eam. Oſores Iehovæ mendaciter ſe
diſſent ei , & futurum fuiſſet tem-
s iſtorum in ſeculum. Denique ci-
turus eſſem eos adipe tritici ; etiam
rupe ſatiaturus eſſem eos melle, &c.
a atteſtante Jehova ipſo , in homi-
m ipſum undique ſuæ averſionis cul-
redundat.

Illi quoque qui ſaniori Philoſophiæ
nt operam in ipſa natura hoc ſatis li-
idò monſtrare poſſunt , quod etiam
ta ipſa ſit veneno ſuo intricata , pro-
er exaltationem & concurſum Mar-
s & Mercurii , qui ſemper acerbi-
tis auctores ſunt , niſi à Jove & Sole
t Venere corrigantur. 3. Eſt ſecu-
tas , quæ maximè obeſt , ne homi-
es ad ſanam à peccatis ſe revocent
onſcientiam , quum tamen propter
riarum tentationum pericula ſem-
er ſit vigilandum , uti Chriſtus ſe-
lò monet : vigilate & orate , ne
tentationes incidatis : Spiritus enim
romptus quidem ; ſed caro infirma.
*Matth. 26. verſ. 41. Vide Lenſæ lib.*
*ptimo , de libertate Chriſtiana , cap. 7.*
*& 8. & 9. nec non capite 11. & 12.*
*dem libro.*

10. *Quo-*

10. *Quouſque verò ſe extendit libertas hæc naturalis ſive corporalis?*

AD omnes quidem res objectas; ſed maximè externas & civiles; ſicut etiam ad diſciplinas, id eſt diligentiam & prudentiã gubernandi externas actiones & coercendi externa membra, juxta præcepta Decalogi. Nam menti etiam non renovatæ tribuit *D. Paul. Rom.* 1. *v.* 20. cogitationes bonas, agnitionem, & veritatem, ſi maneat in ſimplicitate, &c. Quo pertinet inventio variarum artium: ubi non impiè dicitur, inſignes artifices in inveniendis & illuſtrandis artibus peculiari quodam afflatu excitari *Exod.* 31. 2. & 25. 31. *Eſa.* 54. 16. Sic & in voluntate remanſit ea libertas, ut poſſit eligere ea, quæ ab intellectu vel etiam externo rationis judicio, adeoq; conſcientiæ dictamine ſunt monſtrata. Unde diſcrimen eſt virtutum & vitiorum, item inſtinctus pietatis & probitatis ad res honeſtas etiam apud non renatos. Et Apoſt. affirmat, eſſe Juſtitiam aliquam carnis. *Rom.* 2. 14. & 10. 3. *Phil.* 3. 4. 6. Sic dicit legem eſſe objectum liberi Arbitrii etiam in injuſtis 1. *Tim.* 1. *verſ.* 9. Unde *D. Aug. lib.* 5 *de Civ. Dei cap.* 15. ſcribit Deum externam diſciplinam quoque in non

non renatis remunerare temporalibus præmiis. *Menz. Verba ſunt in Exeg. Aug. Conf. ad Art. 18.* Inde Originem ſimul traxit Legislatorum diſciplina,& pœnarum conſtitutio;ſecundum quæ non tantum Seniores vixerunt;ſed etiam cœtus hominum, integrasque Reſpubl. gubernarunt, dicente ſic *Sigvvart. in diſputat. Theol. 9.th.13.14.& Selnec. in Expl. Symb. Apoſt. pag. 145.* Hinc eſt, quod libertas etiam de rebus pronuncietur , ceu ædes liberæ habentur. l.ſi quis æd. ff de ſerv. urb. eadem forma qua libera ruſtica prædia dicuntur , quæ ſervitutem non debent,& nulli ſunt obligata], vel nexu pignoris liberata *l.8. l. 51. parag. ff. de act. empt. l.6. ff. com. præd.* Velut & libertatem naturalem recipiunt aves ac feræ & animantia bruta , quum in naturalem laxitatem pervenerint, *l. 44. l. 55. ff. de acquir. rer. Dom.* Jur. Conſ. enim tam latè extendunt libertatem naturalem; quousque excurrit uſus rerum, quæ hominis dominio ſunt ſubjectæ, quum Iehova mundum hunc humano imperio & poteſtati ſubjecerit. *Geneſ. 2. verſ.17. & Pſal. 8.* ut mox ex diviſione libertatis naturalis patebit.

II. *Quid verò eſt reliqua libertas naturalis in homine non renato?*

EST Facultas in mente penitus ſervituti & pravitati ſuæ ex forti regimine

mine Spiritus mundi mixtim involut
atque in corpore adeò corrupta, ut lic
homo non quidem voluntate privat
ſit prorſus, tamen ad peccandum pro
inclinatione ubique, præſertim ſi aſtr
rum influentiæ & Diaboli inſtinctus
perverſitatem concurrant, fervidus f
ratur, & à Deo in omnibus viribus ſu
averſum ſe agat. Jdeo *D. Bernh. a*
ſimpliciter velle hominis eſt; malè ve
le, corruptæ naturæ; benè velle, ſupe
naturalis gratiæ; quum voluntas hom
nis non renati & ſerva & libera ſit, d
verſo reſpectu. Serva propter lapſum
quo ſe præcipitavit in ſervitutem pec
cati & Spiritus mundi; quum egreſſi
ſit ex voluntate Dei libera propter vo
luntatem propriam. *Johan.* 8.38. omni
qui facit peccatum, ſervus eſt peccati
*Et verſ.* 36. Si filius liberaverit, ver
eritis liberi. *Vide Hoier. Diſp. Theol.* 10
*th.* 45. 46.

### 12. *Num poteſt hoc plenius ex S. Scriptura probari?*

OMnino, & perquam dilucida haben-
tur dicta paſſim, quorum indicatio-
nes heîc jam nobis ſatis ſint, Veluti:
*Gen.* 3.17. & 6.3.5. & 4.7. *Deut.* 12.8.
& 30.19. *Joſ.* 24.15. *Pſal.* 27.9. *Sap.* 9.
10. & 1. *Sam.* 7.3. & 1. *Paral.* 12.14.
*Pſal.* 10.17. & 73.13. *Proverb.* 16.1.5.9.

*Eccleſ.*

*ccleſ.*2.20.& 15.18.& 31.10. *Eſa.*1.
.17.18. & 40. 3. & 46.8. & 56.6.7.
*erem.* 3.1.12. 22. & 4.3.4.14. & 7.3.
& 18. 8. 11. & 25. 5. & 26.13. & 32.
5. *Ezech.* 18.21.22. & 27.28.30.31.
& 33.14.15.16.19. *Zach.* 1.3. *Malach.*
.7. *Matt.* 3.2. 3. & 11.33. & 12. 28.
& 16.17. *Marc.* 1.3. *Luc.* 3.4. *Ioh.* 1. *v.* 5.
.12.13.23. & 7.37. & 8.34. & 15.4.
. *Actor.* 3.19. & 8. 22. & 9.6. & 10.
5. *Rom.* 2.1.3.5. & 3.5. & 5.9.13. &
0.13. & 1. *Cor.* 3.9. & 7.37. & 15.10.
& 2. *Cor.* 7.1. *Eph.* 5. 14. *Phil.* 2.12.13.
& 4.13. *Coll.* 1.29. & 3.9.10. & 1. *Tim.*
.16. & 2. *Tim.* 2. 21. *Hebr.* 4. 16.
& 12. 13. *Iacob.* 4. 8. & 1. *Petr.* 1.
2. & 1. *Iohan.* 33. & *ſeqq.* *Apoca-
ypſ.* 3. 20.

13. *Libertas hæc naturalis quotuplex ?*

DVplex vel civilis, & Politica, quæ & ſeculi hujus dicitur, aut Carnalis, & corruptioni ſemper inhærens.

14. *Quid eſt Civilis Libertas ſive Politica ?*

ESt, quæ Conſcientiæ & ordinationis divinæ cauſa lubenter ſe totum cum omnibus membris, diſciplinæ virtutum & pietatis aut legibus inde

inde promanantium in quavis vitæ actione accommodat, ut dilectio & cohabitatio proximi ritè in tranquillitate conſerve ur, proinde veritati pro poſſe ubique ſtudet. Quam ob cauſam etiam Obedientialis, aut coactiva dicitur, ſi neceſſum ſit, ut in ordinem alicubi redigatur. 1. *Cor.* 8. 9. *l.* 15. *C. de teſtam. l.* 21. *C. de nupt. l.* 3. *C. de Iur. dot.*

### 15. *Quomodo hæc Civilis aut Politica Libertas dividi ur?*

DUplici modo, & hoc tam ratione Subjecti, quam Adjuncti.

### 16. *Quomodo ratione Subjecti diſtinguitur?*

VEl in partes aut Species.

### 17. *Quænam ſunt ejus Partes?*

DUæ, corpus & mens ſive animus.

### 18. *Quid eſt libertas Civilis Corporis?*

ESt, qua Jure civili uſus membrorum corporis liber conceditur, ita, ut facere tractare & agere cuilibet liceat, quæcunque Jure naturali ſunt conceſſa,

2. *Cor.*

2. *Cor*.9.7.& 1.*Cor*.7.36.37.38.& 6.12. & 8.9. *& ſeqq*. & 9.4.5.6.*Deut*.30.11. *Sirach*.33.20. *Actor*.5.4. *Epheſ*. 5. 29. *l*. 48. *ff*. *de V. S. l*. 9. *l*. 10. *ff*. *ex quib. cauſ. mai. l* 3.*l*.5 *l*.44. *l*.55 *ff*. *de acq.rer. Dom. parag* 1. *Inſt.de Iur perſ. l*.4. *ff*. *de ſtat. hom. l*.197. *ff*. *de R. I.*

19. *Quodnam ejus contrarium?*

INcarceratio, cuſtodia, nexus vinculum. *Ierem*. 40. 1. 2. 3. *l*.9. *l*.10. *l*.28. *parag*.1. *ff*. *ex quib. cauſ. mai. l*. 48. *ff*. *d. V.S. l*. 8. *parag* 9. *ff*. *de pœn.*

20. *Quidnam eſt civilis Libertas animi?*

EST, qua quis omnia, quæcunque Jure naturali ſunt conceſſa, etiam velle atque de iis libere diſponere poteſt. *Exod*. 21.5.6.7. *Rom*.7.18.19.20. & 1.*Cor*.7. 36.37. & 9.1.2.3.12. *Iacob*.1.4.*parag*. 1. *Inſt. de Iur. pers. l*. 4. *ff*. *de ſtat. hom. l*.9. *parag. hæ ff*. *de acq. rer. dom. l*.21. *C. Mand. l*.16. *C. de Iur. delib. l*.4. *C. de O. & A.* Inde libera poteſtas volendi, eligendi, nolendi, & repudiandi dicitur: *Proverb*. 15. 14. *Iohan*. 8. 32. 33. &c. *Geneſ*. 4. 7. & 1. *Corinth*. 7. 37. *l*. 17. *ff*. *Commod. l*. 76. *ff*. *de R. I. l*. 15. *C. de teſtam. l*. 8. *in fin. C. qui teſt. fac. poſſ. l*. 22. *ff*. *de rit. nupt. l*. 22.

 *l*. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*l. 10. l. 11. l. 12. l. ult. ff. de curat. furioſ.*

21. *Quodnam ejus Contrarium?*

VIs, coarctio, deceptio, fraus, dolus, mendacium, falſitas, metus, *Ezech.* 46.18. *Prov.* 11.2.4. *Pſalm.* 105.5. *Ierem.* 5.26. & 6.13. *Marc.* 10.19. *Luc.* 19.11. & 1. *Cor.* 6.8. & 1. *Petr.* 2.1. *Ierem.* 9.6. *Pſalm.* 53.30. *Prov.* 1.17. & 1. *Theſſ.* 4.6. *Exod.* 20.16. *Deut.* 5.20. *&c.*

22. *Quænam ſunt ſpecies libertatis hujus Politicæ?*

QVæ ſtatum hominis concernunt, & ſunt duæ: Eſt enim quædam Libertas plena; quædam non plena, ſed limitata, & imperfecta.

23. *Unde hæc diſtinctio ita deſumpta eſt?*

MAximè ex formatione ſtatus hominis, qui in Societate Civili omni obſervandus eſt. Etenim ex eo tempore, quo hominum multitudo accreſcere in terris, & ſe per omnes mundi angulos in familiis diffundere cæpit, neceſſum ſemper fuit, ut pro vitæ & loci ratione munerum ordinumque haberentur gradus,

dus, & ita nimium diffuſè diſperſa Libertas, pro gratiori vivendi commoditate, certam & diſtinctam acciperet formam ſive modum, per quem cuique ſuus reſpectus agendi in Societate communi ſubſiſteret integer. Unde factum eſt, ut libertatis ederentur gradus, & alter alterum in juſto metu & conſervatione amoris detineret, eoq; promptius negotia neceſſaria vitæ expedire poſſet. Quapropter juxta ſtatus hujus conditionem in perſonis dimenſio libertatis facta eſt, ne ex æqualitate in tot individuis diſperſa oriretur confuſio licentiæ & proterviæ perverſæ; velut id in mortalibus ante diluvium repertum fuit, uti ipſe Iehova conqueritur *Gen.*6.13.quod talis nimis laxa procacitas finem omni carni imponat, & hinc terram in confuſione violenta perdere cogatur. Ex cujus rei memoria poſteà Noachus & poſteri ejus Libertatis conſtrictiones & graduum dimenſiones in diviſione regionum confecerunt, ut ita quaſi per vincula catenatim rectius cohærerent in mutuo reſpectu mortales, ne iterum ruina & interitus inde cauſaretur, ceu *Gen.*10. *v.*5.9.19.20.& 11.1.6.7.*&c.* id ſatis luculenter docetur, ſicut & in his *Myſt.Mag.Sac.Phil.*ad hunc locum conſuli poterit.

24. *Quid eſt plena Libertas civilis?*

UTi ipſius vocabuli plenitudo, quæ heîc completionem ſignificat, indicium facit, eſt ſtatus hominis in legitimis externæ vitæ requiſitis perfectus ex quo ſecundum jura ingenuitatis, familiæ & Reipubl. ſive Civitatis in Societate publica pro utilitate communis boni feliciter degat, *Gen.* 10.9. *Exod.* 18 19.20. *Deut.* 20.10.11.12. *Ioſ.* 9.19, & 1 *Reg.* 9.20.21.22.23, & 2. *Cor.* 11.22 *Coloſſ* 4 12. *parag.* 3. *Inſt. de libert. l.ult ff. de cap. minut. parag* 1. *Inſt. de Iur pers parag.* 1. *Inſt. de cap. min. l. unic. C. de Lat. Lib. toll.*

25. *Quænam dicis vitæ externæ requiſita?*

QUæ non tantum ad vitæ Naturalis ſuſtentationem in communi Societate faciunt; ſed etiam aliquem auctoritatis reſpectum & libertatis prærogativam ipſi addunt; ſine quibus Libertas plena in Societate publica & converſatione civili ritè exerceri aut conſervari omninò nequit. Sunt autem maximè tria: Jus ingenuitatis, familiæ & Reipubl. quod communiter Jus civitatis dicunt,

26. Qui

26. *Quid eſt Ius ingenuitatis?*

EST libertatis plenæ pars ex natalibus, vel privilegio aliquo, aut favore ſuperioris vel etiam virtutis ſtudio alicui competens. Græcis dicitur ἐυγένεια ἐλευθερία, Latinis ingenuitas, quaſi ſynceritas ingenerata, & ipſius honeſtatis probitas, quæ in æquitatis integritate perſpicitur, unde *Cic. de Ami.* ait: Apertè vel odiſſe ingenuum magis eſt, quàm fronte occultare ſententiam. A qua tamen nativa integritate, homines hodiè multum defecerunt; ut vix ad majorum generoſitatem in iis vix quid conferant non ſine magno ſui pudore, quùm omnia crimina ad Politicum tegmen conjecerint, aut pallium Chriſtianitatis, quaſi ſub ea ſpecie omnis generis nequitiæ optimè poſſint colorari. Sed Jehova habet vindicem oculum, & nequiter agitur cum tali ingenuitate. Germanis quondam hæc laus peculiaris adſignata fuit præ omnibus gentibus, quod ingenuitatem talem quaſi fronte oſtenderent absque duplicitate cordis, unde dicebantur, *Die redlichen teutſche*. Sed quæ non ſecula progeniem deteriorem exhibent inter omnes populos? *Num.* 18. *v.* 2. 3. *parag. fin. Inſt. de Iur. pers. l.* 5. *ff. de ſtat. hom.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

27. *Quotuplex eſt ea Ingenuitas?*

DUplex, ut ex definitione conſtat. Al nativa ſive innata, & alia lata i *princ. Inſt. de Ingen.* Quid innata ſi quodq; ex parentum nativitate profluat per ſe patet. Data autem à ſuperiore, ve principe, vel patrono alicui adſcribitur *Gen.* 49. 16. *l 1 l.2.3.5.ff. de nat. reſtit. l.3. 4.5.6. ff. de Iur. aur. annul.*

28. *Quid Ius eſt familiæ in hac libertate?*

ESt Libertatis plenæ pars, qua alicu facultas utendi & fruendi omnibu iis, quæ ad familiam aut cognationem ipſius pertinent, conceditur & obfertur, diciturq; alias Jus ſanguinis aut ſanguinitatis, *Gen.* 29.14.15.19. *&* 34.9.16 *Levit.* 27. *Iud.* 11.4 5.6.7. *Rom.* 3.2.3 *&* 9.3.4, *&c. &* 11, 1. 13. 14. *Actor* 10.24.33. *&* 13.26.32. *l. 8. ff. d. R.I. l. 4. ff. de grad. & Aff. l. 34. ff. de pact. l. 15. parag. 3. C. Com. d. Succeſſ. l ult. ff de I. & Iur. Noell. 118.* Quæ commoda autem inde ſint, cognoſce *Deut.* 22.1.2.4.3. *&* 13.6. *&* 2. *Sam.* 19.13. *&* 18.33 *Iud* 11. 2 *& ſeqq.* 1 *Tim.* 5.4.8. *Rom.* 9.3. *&* 10. 1.2. *l. 5. parag. 2. ff. de lib. agnoſ. & alend. l 8 ff. quod met. cauſ. l fin C. de Curat. furioſ.* Quæ verò ibidem onera ſubſint, lege

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ege *Gen.*37.22.26.*&* 47.12.13.*&* 44.
5.11.*&* 50.21. *Iud.*19.24 *&* 2 *Sam.*
10.12.*&* 23.8.9. *Iob.*6.13.15. *&* 19.
13.14. *Eſther.* 4.15. *Nehem.*2.2.3.*&*
*ſeqq.* 4.14. *&* 5.5. *Proverb.*18.24.*&* 1.
*Tim.*5.8.16. *l.*4.*ff. ubi pupill. ed. l.* 2 *C.*
*de pat.pot.l.*2.*l.*7.*parag.ult l.*9.*ff de Injur.*
*l. penult. ff. de lib. agnoſ. & al. Vid. Me-*
*noch. lib.*2.*præſ q* 52.*& lib.*5.*præſ* 16.

29. *Quid eſt Ius Reipubl. aut Civitatis in hac libertate?*

Est Libertatis plenæ pars, quã alicui politiæ, ſacrorum, Religionis, morum, legum, judiciorum, magiſtratuum, ſuffragiorum, munerum, privilegiorum, & aliarum rerum publico uſui deſtinatarum communio mediante inſcriptione, homagiique præſtatione participatur & conceditur, *Gen* 34.9. *Ruth.*1.8. *& ſeqq. Philip.* 3.4.5. *Actor.*22.25. *& ſeqq.* 16. 21. 37.38. *Matt.* 17.25.26. *Rom.*9.3.4. *& ſeqq.* 10.6.*&c. l.*1. *ff. de Iuſt. & I. parag. flum. & ſeqq Inſt.de rer. diviſ. l.*15. *ff. de V.S. l.*1.*l.*2.*ff. ne quid in loc.publ.Tholoſ.lib.*1. *c.*1. *lib.*4.*c* 5. *de Republ. Sigon. de antiq. Iur.Rom lib.* 1. *&* 2. Onera & commoda, quæ hinc emergant, & ut ſint cõmunia omnibus membris iſtius corporis. *Vide Gen.*45.18. *&* 47,6,11,15,17, *& ſeqq.* 2, *Sam.* 10,12, *&* 23, 8, 9, 10. *Nehem.* 2, 3, 4, 5, 6.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Eſther* 10,3. *Ierem.*29,7. & 28,6. & 1. *Macchab.*13,2,3. *& ſeqq.*16,1,2. *& ſeqq.* 2.*Macc.* 14,4,5. & 1,*Cor.*12,13. & 6, 12. & 10,23. *Epheſ.*2,10. *Phil.*3,2. *Hebr.* 12,22. & 13,14 *& ſeqq. l 1. parag. 16. ff. de vent. inſpic. l. 19. parag.7. de Capt. & poſtl. Menoch. lib. 5. præſ.12. Sigon. de ant. I Civ. & Rom. lib.1,2. &c.* Qui vero tale Jus Reip. non obtinent, Extranei, peregrini aut hoſpites dicuntur, ut ſuo loco patebit.

30. *Quidnam eſt non plena Libertas?*

EST ſtatus hominis non ita in omnibus requiſitis vitæ externæ perfectus, unde haut omni Jure ſui in ſocietate publica uti valet, ſed in aliqua ejus parte diminutus exſtat. *Gen.*31,14,15. *parag.* 1,2,3. *Inſt. de cap. dim. l. penult. ff. de var. & extr. cog.*

31. *Quotuplex eſt hæc Libertas non plena?*

DVplex, una ex diminutione libertatis, altera ex conſumptione Civitatis aut familiæ. Et diminutio nihil aliud eſt, quàm qua quis ſui uſum aut Parentibus, aut Patronis & ſuperioribus debet: velut obedientiam & honorem liberi ſuis debent parentibus. *Exod.*20,12. *Deut.* 5,6. *Levit.*19,3. *Syr.*3,4,5,6. *Prov.*1,8,9.
*Eph.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Eph.6,1. Coloſſ.3,20.* & ſic obligatus eſt Officiarius Superiori ſuo, *2 Reg. 2,3, 4,8. Iohan 4,47, &c.* Ac Libertus Patrono. *Actor 6,9, &* 1 *Cor. 7. 22. tit. ff. de oper Libert. & tit. ff. de Iur. patr.* Vocatur Libertinitas, unde libertas, qui uſum ſui & operas ſuas ſuo debet patrono, *l. 2. parag. 1. ff. Si lib. ingen. eſſe dic. l. 2. C. de Iur. annul. l. penult. C. ubi de cauſſ. ſtat.* Dicuntur inde liberi, quod libertatem ex conditione habent dependentem, *l. 1. l. 9. parag. 1 ff de ſtat. lib. 1 C. qui dare tut. vel cur. p.* Hodie tamen pleniſſimè omnes liberi fiunt *l. 17. ff. de ſtat. hom.* Ac nuda Libertas dicitur, quæ caret beneficiis Juris Civilis *l. unic. C. de mult. quæ ſe prop. Serv. junx.*

Conſumptio Civitatis eſt, qua uſus & jus civitatis alicui deſit, licet voluntatem conſervet, aliàs media capitis Diminutio dicitur apud Iur. Conſult. *in pr. Inſt. de cap. minut. l. 20. parag. 7. ff. qui teſt. fac. poſ.* Sic familiæ conſumptio eſt, qua Jus familiæ alicui interdicitur in capitis minutione minimæ, *parag. 3. Inſt. de cap. min. l. ult. ff. eod. t.*

32. *Quæ eſt altera libertatis civilis diviſio?*

QVæ in conſideratione Adjunctorum ſe exhibet.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

33. *Quotuplex igitur eſt?*

DVplex: vel enim proprietates eſſentiæ ejus inhærendo concernit, au intimè ipſi inhæret: vel Concomitanti Adjuncta.

34. *Quid eſt Adjunctum Libertati Civili inhærens intimè?*

ESt quod in Jure Libertatis, aut in facto ejus conſiſtit, diciturque alias Libertas Juris aut facti. Per facta autem potiſſimũ Privilegia exprimuntur, quum propter aliquam naturalis æquitatis cauſam contra commune Jus introducta ſint, de quibus alibi plenius, quum ſit materia longè utiliſſima.

35. *Quid eſt Ius Libertati Civili inhærens?*

ESt quod vel concernit perſonam aut res ipſius.

36. *Quale Ius in libertate Civili inhæret Perſonæ?*

QVo non tantum ſtatum ſuiipſius ſibi habet, ut uſum Voluntatis judiciumque liberum in ſe conſervando & dimittendo teneat; Sed etiam res legitimè

poſſidere

poſſidere poſſit ; Vnde & libertatis ac ſtatus poſſeſſio dicitur. *Geneſ.9,2,3,11. Exod.21,7. Matt.18,25. Levit.25.Act.5,4,5.* & 1.*Cor.7,37.Deut.15,12. l.23. ff.de lib.cauſ.l.2.ff.de lib.hom.exhib.l.2.C. de capt. & poſtl. Sirach.33,20.* 1. *Theſſ.4,4. ad Philem.c.1,20,22,23. l.28. l.24. in fin. l.25. parag. 2. l.10. l.12. ff. de lib. cauſ.*

37. *Quid eſt Libertatis Civilis Ius inhærens rei ?*

EST quo non tantum homo rem legitimè poſſidet, ſed etiam in eam libera adminiſtratione, curâ & diſpoſitione à nullo alio, quàm à ſemet ipſo pendente, utitur ita, ut etiam abſque alterius reſpectu alienare poſſit. *Gen.9,2,3, &c. Matt.20,15. l. 2. ff. ſi quis à par. manumiß. l.9. parag. hæ ff. de acq. rer. dom. l.70. ff. de rei vind. l.15. qui teſt.fac.pos.l.3.4.5. ff. quod cum eo, qui in alt. poteſt.*

38. *Quæ ſint Libertatis Civilis concomitantia adjuncta ?*

IN duplici ſunt differentia : Aut enim ejus famam & honorem nominis; aut vitæ corporis incolumitatem & inculpationem concernunt.

39. *Quæ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 39. *Quænam ejus famam & honorem concernunt?*

DVo ſunt potiſſimum, vel Exiſtimatio hominis liberi, aut ejus dignitas.

### 40. *Quid eſt Exiſtimatio?*

ESt ſtatus libertatis in homine illæſæ opinionis, fama, Legibus, & moribus comprobatus integris, 1. *Sam.* 1,3. *Matt.* 6. *Proverb.* 22 & 1 *Cor.* 11. & 14,17. & 17,8,9, & 2 *Cor.* 10. *Philip.* 1,8. *Rom.* 14, 4,10,13. *Gal.* 5,26, & 6, 3. *Iacob* 2,1. *l.* 15 *parag.* 34. *ff. de Injur. l.* 3. *C. Injur. l.* 2,5,6. *C de Proxim. l. unic. C. de infam. l.* 13. *C. ex quib. cauſ. in fam irrog. Freher tract.* 1. *ſuo de infam. &c.* Habet hæc ſua tam commoda *Proverb.* 22.1. *Sirach.* 41,15, 16. *Gen.* 6,9. & 2 *Reg.* 20, 3. & 2 *Cor.* 15,12, 17, & 6, 4. *l. Iulianus, ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l.* 104. *ff. de R. I. l.* 8. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Quàm onera, *Gen.* 31,1, & 38,22, & 39,17.18. *Ioſ.* 22, 21, 1 *Sam.* 12,13, & 1,14. *Ierem.* 37, 12,13. *Iohan.* 8, 46. *& ſeqq.* & 18, 22, 23. *Actor.* 2, 15, 16, & 7, 2, & 28, 17, 18, & 22, 25, & 26, 25, 26, & 23, 3, 6, 7, 10, 11. *Syrac.* 10, 12, *&c.*

41. *Quid*

### 41. *Quid eſt dignitas Libertatis civilis in hoc adjuncto?*

EST excellentia in homine libero aut præſtantia, qua alius alium aut in naturæ dotibus & virtute, aut acceſſione Civilis præeminentiæ antecellit; & dicitur communiter Nobilitas. *Tranquill. de nobil. cap.* 2.

### 42. *Quotuplex eſt ea dignitas in Libertate Civili?*

DVplex, alia eſt naturalis, alia Civilis.

### 43. *Quæ eſt naturalis?*

EST excellentia, qua quis ob eximias animi corporisvè dotes in veris virtutibus præeminentiam meruit. *Prov.* 28,6. *Sirac.* 10,26,27,33, *&* 11,1. *&* 17,2, *&* 18,28. *Pſalm.* 113,7. *Gen.* 41. 37,41, *&* 1 *Cor.* 12,4,5, *&* *ſeqq.* *&* 13, 14. *tit. C. ut ord. dign. ſerv.* Habet hæc quoque tam commoda ſua. *Gen.* 41,39. 40. *Eſth.* 3,2,5,6,*&c.* *Dan.* 5, 7, 29. *Tholoſ. lib.* 4. *c.* 4. *de Republ.* Quàm ſua onera. *Geneſ.* 38,21,22. *Sirac.* 32,12. 13,*&* 24,5,6,*&c.* 2 *Cor.* 6.3. *Gal.* 6,4,*&* 1. *Tim.* 4,12. *Tit.* 1,6,*&* 2,3,4. *l.* 19. *ff. de off. præſ. l.* 9. *parag.* 2. *ff. de Off. procons.*

44. *Quæ eſt civilis dignitas in adjuncto Libertatis hujus?*

EST præcellentia & privilegium externum, quod teſtimonii, præmii & indicii publici cauſa à ſuperiori in ſignum virtutis alicui adjicitur. *Pſalm.* 113. 6. *Sirac.* 46, 15, & 44, 2, 7, 8, 10. *Dan.* 2, 48. *Eſth* 8, 11, & 3, & 5. *Rom.* 9. 7. *l.* 1, 2, 3. *ff. de Senat. l.* 12 *parag.* 3. *ff. de admin. tut. tit. C. de perfectiſſ. dig. tit. C. ubi ſenat. vel clariſſ. tit. C. de equeſt. dign. tot. lib.* 12. *Cod.*

45. *Quænam eſt vitæ corporisque incolumitas in hoc libertatis adjuncto?*

EST, quæ in vitæ virium internarũ conſervatione pura & integra, tum quoque in earum uſu legitimo & exercitio virtuoſo conſiſtit, quarum prior Caſtitas ſive virginitas, 1 *Cor.* 6, 18, 19, & 7, 36, 37. *Rom.* 1, 24, 5. *l* 9, 8. *C de adult.* Altera corporis rectitudoquoque dicitur. *Exod.* 22, 4. 21, 5, 6. *Iud.* 3. 8. & 4. 2. *Eph.* 5, 19. 1. *Cor.* 6. 17. *Sirac.* 23. 21. *parag.* 3. *Inſt. de Inner.* De his tamẽ plenius alibi. Sed tantum hac vice de libertate Politica; nunc ex hujus cap. quæſt. 13. Carnalis libertas nobis quoque paucis noſcenda & examinanda venit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XI. Præcogn.

# De Libertate Carnali & oppoſitis reliquis Libertatis.

1. *Quid verò eſt Libertas Carnalis?*

SUpra *quæſt. 11. & 13. præc. cap.* ſatis luculenter explicatum eſt, quæ natura ſit & conditio libertatis, quàm rectè inter ſe quidem Civilis & Carnalis commixtæ involvantur, ut quemadmodum peccatum ab homine naturali non poteſt ſeparari niſi per Chriſti Sanctum beneficium; quod ita nec corporalis libertas valeat redigi in ordinem niſi per diſciplinam civilis virtutis & potentiæ, de qua nunc egimus. Quùm verò carnis atrox malitia ſẽper hujusmodi ſit, ut potius ex libidine & luxuria ſua vivere cupiat, quàm ſe potentiori Sanctitati ſubmittere, adeoque Spiritui Iehovæ in actionibus cedere ſuis velit, fit proinde quod ſemper προθυμία ſua & prolubio pleno in furorem effervescentem & licentiam peccandi quamvis rapiatur, ac ſemper contradicat bonæ & renovatæ conſcientiæ, ut nequeat corrigi penitus; Jmò etiam id in falſitate ſua pro recta ratione & ſplendore ſummo libertatis ſummæ non abſque obſtinata proter-

protervia ſub habitu virtutis fictæ magnifico venditare auſit. Unde etiam D. Paul. luctam hanc aſſiduam dicit, qua ſe tàm perversè caro opponit in veteri homine Spiritui, ut ei ſemper præripere laboret habenas ſuis habitibus nitentibus fictæ ſanctimoniæ & eruditionis: Nam caro, ait, concupiſcit adverſus Spiritum; Spiritus autem adverſus carnem, ταῦτα δὲ ἀντικεῖται ἀλλήλοις: hæc autem inter ſe oppoſita ſunt, ut non, quæcunq; volueritis, eadem faciatis. *Gal.* 5. 17. Ita perpetua eſt hæc lucta, ut hoſtem ſe ſemper Caro Spiritui ex malitia peccati & libidine propria exhibeat, nec tamen id ſentire, aut ex Verbo Dei vero addiſcere, ſed ſemper ex Ethniciſmo ſummè phantaſtica habitualiter ſapere velit: quum tamen gentibus ex terra Jehovæ pereundum ſit. *Pſalm.* 10. 16. Quid igitur inde aliud expectetur, quàm dignum ejus præmium in morte? Nam quod caro ſapit, mors eſt: quōd autem ſapit Spiritus, vita & pax. Quoniam quod ſapit caro inimicitia eſt adverſus Deum. Legi enim Dei non ſubjicitur. Nam nec poteſt quidem. Ergo, qui in carne ſunt, Deo placere nequeunt. *Romanorum.* 8. 6. 7. 8.

2. Tan-

2. *Tantanè verò eſt Libertas Carnis, ut prorſus nolit Legi Dei ſubjici?*

IMò tanta ejus eſt perverſitas, ut Libertatis nobilis vocabulum non niſi per abuſum huc transferatur.

3. *Vnde autem eſt libertatis hujus in carne perverſitas?*

QVod tam procaciter ſemper peccato mancipata vivere cupiat, & dolorem externum fugiat, nil curans interni hominis ſalutem. Vnde etiam perpetuo ἀντίκειται ipſi illud, reſurgit, & ſe ſemper Spiritui Dei contumaciter reluctando opponit; ac, ſi nequeat vincere, in fremitum ſecum abit peſſimum, atque ſibi quidvis ex eo lubitum eſſe fingit. An non igitur incorrigibilis ſit, & in quævis flagitia prorumpat ſedulò adeoque, ut neque vitii virtutisque aut impietatis & honeſtatis amplius diſcrimen noſcat? Velut id in extremo hoc mundi ſeculo paſſim videre eſt, in quo homines, ex hujus Libertatis carnalis prædominatione, neque amplius quid moniti boni, quod ex ſyncero corde quis pius inculcat, perferre poſſint; quin ſtatim abeant in rabiem furore pleniſſimam. Quùm igitur correctioni ſe omni ſubducat, nequit

conſtituere ſpeciem eatenus naturalis Libertatis; ſed. dicente ipſo D. Paulo, ad oppoſita Libertatis referenda eſt, & meritò Contradictoria ſic appellatur, quùm nec diſciplinam quidem civilem perpeti aut tolerare velit.

4. *Itanè omnis Libertas Carnalis ad oppoſita veræ Libertatis eſt referenda?*

Rectè quidem hoc dicis, quod veræ libertati opponatur, ob falſitatem ſuam nimiam. Etenim veræ Libertatis hoc proprium eſt, ut Legi Dei, Creationis & naturæ rectiori ſive diſciplinæ ejus ſe lubenter accommodet, quùm etiam in eo hujus conſiſtat Libertas: At huic falſæ Carnali (quæ ob id rectè quoque falſa & nugax ſuisq; blanditiis perſuaſoria vocatur) hoc unicè ſemper voluptati eſt, ut titulum veræ Libertatis non tantum undique affectet; Sed etiam quævis peſſima ſub ejus ſplendore perpetrare gaudeat. Vnde omnes paſſim homines in tantum Libertatis carnalis ſtudioſi ſunt, & amatores ejus fortes, ut etiam quævis obvia, quæ non carnis blanditias ſapiant, bello atrociſſimo ſtatim expugnare velint, ceu nunc inde totus ſic furit, & furore ſuo ardet mundus, ut nequeat ſibi amplius pacem aut requiem invenire.

5. An

*5. An igitur omnis belli cauſa ex Libertate Carnis oritur?*

FAlſitas mentis, & opinionis carnalis vanitas in plurima ambiendo; parit quoque tam falſam & perversè atrocem Libertatem, ut homines potius crudelitatem belli atrociſſimam, quàm regularem in obedientia legitima & debita ſubire adament humilitatem; Vnde quoque quemvis ſibi, pro malitiæ ſuæ protervia prætextum, virtutis & conſtantiæ nomine confingunt, ut voluptati carnis & libidini ſuæ ſatisfaciant. *Iacob.* 4. 1. 2. *& ſeqq.*

*6. Quis verò iſte in Libertate hac eſt prætextus carnis?*

HVnc ſibi maximè in ſpecie religionis conſuunt, quâ tamē nihil aliud quærunt, quàm ut diſciplinæ juſtæ & Legi Dei ſe ſubducant in falſa ſui perſuaſione. Interim tamē ſimul eo ipſo facto oſtendunt, quàm nullam prorſus in cordis conſcientia foveant religionem, niſi omnino ſit falſa.

*7. Vbi autem eſt religio vera?*

NVſpiam alibi, quàm ubi dilectio Dei & proximi ritè viget in pace ſancta,

id eſt in facto pio vivida, non ſaltem in nudis ſermocinationibus oratoriis aut diſputatoriis refulget. Scire enim & dicere non ſufficit heic quidquam, ſed facere maximum eſt, in quo ſe pietas vera exerit, & ex quo ſola noſcitur. Velut ipſe Salvator Chriſtus hanc unicam notam quæ facto pio amorem verum exprimat, ei applicavit; *Iohan.* 13. 34. Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis; ſicut vos dilexi, ut vos etiam invicem diligatis. Ex hoc omnes γνώσονται NB. Cognoſcent vos eſſe diſcipulos meos. *v.* 35. *Item, Ioh.* 15. *v.* 12. Hoc eſt præceptum meum, ut vos invicem diligatis, ſicut vos dilexi. *Et v.* 10, Si præcepta mea ſerveris, manetis in amore meo, *&c. Ioh.* 14. *v.* 27. Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis, *&c.* Inde ait quoque *Ioh.* 14. 21. Qui præceptum meum habet, & id ſervat, ille eſt, qui me amat, ut ita veritas religionis unice in ſancta facti præſtatione conſiſtat. *Ita Ioh.* 15. 14. Vos, ait, eſtis Amici mei, ſi faciatis, quæ vobis præcipio. Atq; hoc præceptum eſt quoque ipſius Parentis Jehovæ: ideo ſic hoc atteſtatur Patri. *Ioh.* 17. *v.* 14. Ego illis dedi tuum Verbum, &c. Quapropter falsò ſic omnes acriter digladiantur inter ſeſe, qui notas alias Eccleſiæ veras, quàm dilectionem mutuam ex Verbi efficacia profluentem, affingunt, quæ

nunc

nunc toties undique venditantur, ne factores Verbi, ſe præſtare neceſſum habeant, quos ita graviter quoque Iacob. 4. reprehendit.

### 8. *Quid ergo propriè ſub Libertate Carnali intelligitur. aut quid ea eſt revera?*

LIcet voci Carnis aliàs ultra 26. ſignificationes vulgò adſcribantur, de quibus alibi agitur; tamen heîc non aliter, quàm Chriſtus & D. Paul. in hoſtilitate contra Spiritum id fecerunt, accipimus. Eſt itaque facultas voluntatis depravatæ regimini Spiritus mundi prorſus obnoxia & ita dedita, ut ex quavis occaſione quidvis perpetrandi licentiam pro libidinis appetitu ſibi ſumat, nec ulla diſciplina ſe corrigi patiatur.

### 9. *Quænam ulterius Libertas habet pugnantia & oppoſita?*

1 PRoterva libido, 2. Licentia peccandi ſive abuſus Libertatis Chriſtianæ 3. nec non Privilegiorum civilium, 4. & Servitus peccati, ac quatenus non pro officioſitate aliqua accipitur, 5. tum quoque mancipatio & mancupium agere.

### 10. *Quid eſt procerva libido?*

ESt importuna diſſolutio animi, quâ homo absq; reſpectu turpitudinis ex inſtinctu carnis libidinoſæ in quamvis procaciam impetuosè fervidus prolabitur. *Coloſſ.* 3, 5. *Rom.* 13, 12, 13. *Gen.* 6. 1, *& ſeqq.*

### 11. *Quid eſt Licentia peccandi?*

ESt diſſoluta vaſtitas animi, quâ homo absque reſpectu honeſtatis & diſcrimine ullo, cum inſoleſcentia faſtuoſa quaſi, in quamvis actionem ſibi conducibilem proruit, & id pro rectitudine ſcopi aſtutè fingit, *Gen.* 6, *&* 42, 34. *Eſther.* 3, 8. & 1. *Cor.* 6, 12, & 8, 9, & 10, 23. Ideoque contumeliam & contumaciam ſive Rebellionem ſemper ſibi ſocias habet, de quibus & eorum fructibus perditis agitur *Deut.* 21, 27. & 1 *Sam.* 15, 13. *Eſai* 45, 24. *Exod.* 16, 20. *Num.* 14, 4, & 26, 9. *Deut.* 9, 23, 24. Sic & de contumelia, *Matt.* 5, 22. *Rom.* 1, 30, & 2, *Sam.* 10, 3, & 4. *Eſdr.* 10, 22. *Ioh.* 7, 20. & 8, 48, & 9, 24. Recte ab aliis immoderata & perverſa vocatur Libertas per inverſionem. Ideoque de hujus abuſu nos toties S. Scriptura deterret *Rom.* 14, 15, 16, & 1. *Cor.* 6, 12. *Gal.* 5, 13, & 1. *Pet.* 2, 16. Diciturque propterea liber-

tas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

s prava. *Iob.* 11, 12. *Ierem.* 34, 15.
*ſe.*7,16, & 2 *Pet.*2,15,18.

12. *Quid eſt Privilegiorum abuſus?*

QUid propriè privilegium ſit & unde
deſcendat, id alibi videlicet *in 2 part.*
*10. de Reb.p. Hans.* explicatum eſt, unde
eti poterit. Interim velut exemptio-
em quandam ſonat, ita quoque multis
riſtas erigit, qui ex prærogativa hac
Juris ſui facilè offendiculum tàm acer-
um haurire queunt, ut nec belli clades
yranniciſſimè movere ſæpius non ve-
eantur. Inde tantus undique per orbem
terrarum de Privilegiis ſuis clamor,
quaſi pœniteat homines, quod carnis li-
bidini nuſpiam ſat libertatis & potentiæ
acquirere valeant. Sed quùm Privile-
gium nil debeat derogare Juri publico,
& ſaltem intendere utilitatem commu-
nem. *l. ult. C. ſi cont. Ius vel util publ.*
proinde optimè dicitur, quod Privilegia
contra Jus naturæ & utilitatem publ.
non magis ſint Privilegia, quàm tyran-
nis ſit lex quædam. Item, quod cauſa
ceſſante, ceſſet quoque Privilegium, ne
in rebellionem abeat, *vid.c. Abbate in*
*fin. de Verb ſign. Inſt. de auct tutor. pa-*
*rag. ult l. fin. C. de mil. teſtam. 63. diſt. c.*
*quia ſanct. parag. verum 61. Diſt. c. ſta-*
*mus. parag. his omn. & c fi. de vita ho-*
*neſt. Cler. &c.* Et abſurdè faciunt ſupe-

riores, qui nimiis privilegiis inferiores armant potentia contra ſemetipſos, unde pro beneficio ſibi atrociores conquirunt hoſtes, ait *Seb. in tract. de Priv.*

### 13. *Quid eſt Servitus?*

SErvitutis vocabulum quamvis odioſiſſimum vulgò videatur; tamen in Sacra Scriptura & alibi ejus nominis vis non adeò adverſa eſt, ut undique oppoſitum contrarium poſſit dici Libertatis, veluti quando 1, *Cor.* 7, 21, 22, *& Eph.* 6, 5. pro vocatione officii habetur, & 1. *Pet.* 2. *verſ.* 16, *&* 18, liberis perſonis æquantur Servi Dei. Muneris enim & officioſitatis ratio, ſemper includit quid Libertatis quum ſit miniſterium; Licet enim quis operas ſuas ad tempus elocet; tamen manet in ſe proprii juris. Sic etiam ſe habet omnis ſervitus legis, & virtutis, quod ſi benè in obedientia fida his ſerviatur, inde quis beatum reddit ſe in libertate vera. Unde etiam Chriſtus omnia ſanxit, quæ ad Reipubl. Chriſtianæ gubernationem faciunt; tum quoque ad externam obedientiam toties admonentur homines ſuperioribus præſtandam: de quibus omnibus optimè agit *Lenſæ. lib.* 9. *c.* 1, 2, 3, 13, *& lib.* 10. *c.* 4. *de lib. Chr.* Tales igitur δουλεῖαι & ſervitutes, quùm adjumento ſint naturæ & cum natura faciunt, de iis nobis heîc nihil

hil ſermonis eſt in hac lata ſignificatione; ſed de ea, quando magis ſtrictè accipitur pro jugo illo, quod primi Parentes generi mortalium ſua inobedientiæ & ſuperbiæ culpa contra creationis legem & harmoniam, impoſuerunt & induerunt ſibi: Primum enim hominem, *ait Innoc. l. in lib.3. Luc.* Libertas ita decepit, ut dum indulgentius frænis ejus uteretur, in prævaricationem ſummam concideret. Hæc proinde quadripartita eſt, propter peccati, Spiritus mundi, diaboli, ac mortis dominatum, quùm his, vero & naturali Domino derelicto, tanquam alienis Dominis, contra naturam mancipari cœperit. Atque hinc eſt, quod Jure Civili definita ſit ſervitus, ut ea ſit, quâ quis alieno domino contra naturam ſubjiciatur *Inſt. 1. tit. 3. de Iur. pers.* Et prima quidem hæc Servitus (*ait Lens. lib. 1. de lib. Chr. c. 2.*) veriſſima eſt, vitiis parêre, & eò, quò impulerit cupiditas, voluntate ferri. Quæ pars ſervitutis, habet inprimis nobiliſſimæ mentis indigniſſimam captivitatem. Quid enim indignius magisque contra naturam? Quid turpius, quàm id voluptatum illecebris ineſcatum & captum fieri mancipium vitiorum, quod cum omni homine principatum obtineret, ac velut in arce collocatum & ſummum eſſet, dominari potius atq; regere debuerat? &c. Ita etiam in externis ſe habere hic ſervitutem,

 quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quod naturæ ſit plus quam onerosum; quum omnis ſervitus talis ſit quaſi captivitas quædam ſub regno corruptionis & mortis, pœnæque loco ſit addita inobedientiæ. id ipſe teſtatur Jehova, in ſententia Adamo lata, *Gen.* 3, 18, 16, & 15, 3, & 27, 37, & 30, 26, & 47, 19. *Exod.* 6, 6, & 13, 3, 14, & 20, 2. domum Pharaonis ſervitutis domum vocat, juxta regulam regalium 1 *Sam.* 8, regum. Quare errant, qui hanc corruptionis ſervitutem naturalem facere conantur, *ait Lens. lib. 3 c. 2. 3. de lib. Chr.* quod etiam vidit D. Imp. Antoninus, qui omnia Orbis Romani membra non tantum libera, ſed etiam civem quemque voluit eſſe, *l.* 17. *ff. de ſtatu hom* ut ex miſericordia aliquam illis adderet ſublevationem tanti damni & mali naturæ.

14. *Quotuplex eſt igitur hæc Servitus?*

DUplex, alia ſpiritualis & interna quæ omnium peſſima *Rom.* 8, 15. *Gal.* 2, 4, & 5, 1. *Hebr.* 2, 15. *Luc.* 1, 14. alia Corporalis (non carnalis ut alii volunt) & externa, *Lev.* 25, 30. *Deut.* 5, 6, & 12, 6. *Gen.* 9, 25. & paſſim alibi, quæ iterum ſuas habet ſubdiſtinctiones, de quibus alibi agitur. Hæ cuique loco & ſpecie libertatis opponuntur, de quibus ſuo loco plenius, quùm jam ex methodo Cap. 6. quæſt. 5, & cap. 7. q. 4. nobis ad ultimum

um Cognatum Societatis, & ejus pu-
nantia ſit progrediendum. Interim de
rvitute plenior informatio ex *part. 1.*
5,6,7. *Rerumpb. Hanſ.* poterit peti.

15. *Quis uſus hujus doctrinæ?*

IT quisque mortalium ſibi caveat à falſa libertatis perſuaſione, ne in ul-
m aut contra Deum aut Magiſtratum
num incidat rebellionem, quum hujus
eculi petulantia tàm vecors ſit, ut ex
uavis ſuſpicione non vereatur ſibi ex-
rema confingere, unde juſtum ſibi &
nis belli atrociſſimam cauſam ſomniet,
ujus tamen ipſe Deus vindex eſſe ſolet
uſtiſſimus, *Ezech.* 25,14. *Rom.* 12,19.

## CAP. XII. Præcog.

## De Societatis cognato ultimo & ejuſdem oppoſitis.

1. *Quale cognatum ultimum Societati ſupra cap. 7. quæſt. 4. conſtituiſti?*

VT amica duratio Societatis humanæ & ſolida conglutinatio ejus feliciter obtineri poſſit, neceſſum eſt ut aſſiduitatem in mutuâ officiorum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cultura habeat, quam proinde meritò ſedulitatem ſive diligentiam in officiis præſtandis vocamus.

2. *Quid eſt proinde Sedulitas in officiis præſtandis?*

EST induſtrioſa cura animi, per quam ſollicitè & conſtanter in fide bona perficimus ea, quæ ad conſervationem Societatis mutuæ faciunt.

3. *Quæ in hac definitione obſervanda?*

DUo, Synonyma ejus, qua curioſitas, alacritas, ſollicitudo, diligentia, vigilantia, laborioſitas, fidelitas operandi, &c. dicitur, & explicatio quidem definitionis; ſed quùm nimis longum foret, & ſint non omnia hujus loci, ſaltem diſtinctonem Sedulitatis hujus ſubjungemus.

4. *Quot ergo habet ſedulitas partes?*

DUas potiſſimum; Vigilantiam, & Conſtantiam.

5. *Quid eſt Vigilantia?*

EST alacris ſolertia animi pia, ad ea promptè & adſiduo cultu fideliter peragenda, quæ rerum neceſſitas in operibus

is & factis undique nequirit, Jdeoque bi oppoſita habet ἀμέλειαν, negligeniam, ὀκνηρότην pigritiam, & νάρκωσιν orporem: Aliàs enim meritò obſervanum illud ἔργοις φιλόπονος ἴσθι, μὴ λόοις μόνον, Re ipſa laborem, non ſolum erbis ama.

### 6. *Quid eſt Conſtantia?*

EST immotus animi ſolidi & pii conceptus, omnibus rebus tam proſperis quàm adverſis æquabilitatem conſervans, ut ſingula quæque fideliter ad juſtitiam & veritatem dirigat, inque his mores animi, conſilia & omnes vires imperterritus confirmet. *Vid. Eth. noſt. cap. 4. lib. 2.* Plura non libet addere; attamen notandum, quod *Lipſ. de conſt. lib. 1. cap. 4.* dicat eam, rectum & immotum animi robur, non elatum externis, aut fortuitis non depreſſi Licet ſemetipſum in hac definitione explicet, quod robur pro firmitudine animi accipiat; tamen quùm ſit tropica locutio in genuino genere definitionis conſtituendo, vix locum poterit invenire. *Iud. 9. 14. 2. Cor. 17. Eph. 4. 14. 2. Pet. 1. 12.*

### 7. *An non etiam Fidelitas his adſocianda eſt Virtutibus?*

MEritò quidem, quùm Sedulitas absq; Fidelitate nihil efficiat, ſed ſemper

eam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eam ſociam ſibi adoptare & ſecum du-
cere cogatur, ſi quid feliciter effectum
velit, unde etiam quaſi formæ loco i
Diligentiæ & Conſtantiæ determina-
tione habet.

8. *Quid igitur eſt Fidelitas ?*

EST Virtus, quæ pia & integra anim
firmitudine ac intentione ubique i
rebus ſecundis & proſperis ea perficit
quæ officii & amicitiæ vocatio & offi-
cia requirunt. Vide in pluribus *Eth*
*noſt, lib. 2. Sect. 3. cap. 2.* Sed tantum d
Cognatis Societatis, ſequuntur nun
paucis oppoſita ejus ex *cap. 6. quæſt*
*5. ſup.*

9. *Quænam ſint pugnantia cum Socie-
tate, vel ejus Oppoſita ?*

OPpoſita quidem plurima habet, quùm
undiquaque ſe ei hoſtem atrociſſi-
mum exhibeat Diabolus, tam in natura
rerumque naturalium adverſitatibus,
quàm omnium maximè in hominum
genere ſupra modum diſtorto illo, qui
nihil, quam perpetuas lites, odia, ini-
micitias, inſidias, auſteritates, fallaci-
tates, mendacia, invidiam, &c. Serere
inter ſemetipſos invicem noſcant, ut
homò meritò alter alteri dicatur diabo-
lus. Etenim mortalis nemo offenſiorem
hoſtem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

hoſtem habet ſæpius, quàm ſui ſimilem, unde fit,ut nimio Amore ſui,non tantum Proprium Commodum ſeſe exerat principali perniciei omnis Societatis ; Sed etiam hanc Diſcordia ſubſequatur , quæ Miſanthropiam,aut vitam Solitariam comitem ut plurimum ducit.

10. *Quid eſt Amor ſui qui & Philautia dicitur ?*

EST animæ virium in ſeſe reflexio,quâ ſemetipſam in ſui appropriatione ita arcte unitam & captivam detinet , ut omnem ſui admirationem, dulcedinem & gaudium ſecum deponat & in omnibus rebus ſibi præmio gloriæque ſoli & Deus ſuus eſſe cupiat.

11. *Quid heic conſiderandum ?*

DUo ; natura amoris & ejus effectus.

12. *Quid in natura amoris ?*

UT noſcamus , an verus ſit , an falſus iſte amor, quo quiſque adeò fortiter in ſeſe reflectitur . ut cum propria ſui dulcedine & gaudio uniatur. Etenim Amoris proprietas nihil aliud eſt , quàm cum re amata unum , inque eandem transformatum ſe reddere. Quod ſi verò ad ſe convertat , neceſſum eſt, ut

ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ab eo prorſus penituſque ſit averſus & alienatus, à quo conditus eſt. Namq; ex ipſo ſui exordio hoc exploratum habet, quod non ſit à ſemetipſo, ſed ſaltem creatura quædam exilis & vana, quæ cotidie iterum cogatur ſui expectare mortis interitum & corruptionem extremam. Quare homo, qui in propria vanitate ſua ſe amando ſibi voluptatem parit, non ei poterit ullam referre gratiam aut gloriam, à quo vitam, animam & omnia dona accepit vitæ; ſed ſibi eſt Deus, & inde Jdololatra perfidè peſſimus; atque exinde ſummum læſæ Majeſtatis divinæ crimen committit, cotidièque lapſu ſuo diaboli efficit ſociũ. Quod ſi igitur Socius Diaboli hoſtis erit extremus Dei. *Arnd. de Ver. Chr. lib. 2. c. 23.* Quia Deus eſt principium & finis omnium rerum. Idcircò etiam primus & ſummus hominis amor non alii, quàm Iehovæ debetur. Hunc verò ſi quis alio transferat, certum eſt, ut hoc quoque ſibi conſtituat Deum, quæ omninò eſt ſumma inimicitia adverſus Jehovam, quò nihil & miſerabilius & horribilius, & damnabilius. *Vid. Arnd. Lib. 4. v. Chr. c. 31.*

13. *Quotuplex ergo eſt Amor?*

Duplex: verus & falſus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

14. *Quis verus?*

QUi ad Deum ita dirigitur, ut cum eo plenè uniri cupiat per Chriſtum in Spiritus ejus operatione,& inde ad proximum profluat. *Arnd. lib. 4. Ver. Chr. c. 22. Scrib. lib. Pol. Chr. c. 27. n. 7.*

15. *Quis falſus?*

EST Amor ſui ipſius ſive Philautia, cujus falſitas inde ſatis conſtat, quod ſibi ſuas vires, robur, facultates, ſapientiam, favorem,&c. attribuat,& Deo ſuffuretur *Arnd. d. l. 2. c. 33.* Unde perpetuò capitali inimicitia Deo ſuo extremè reluctatur, nec ulla prodeſt hypocriſis, licet aliquo uſque id ſecum diſſimulare velit. *Arnd. lib. 4. c. 32.* Cernant igitur quàm egregii ſint juventutis defraudatores, qui Philautiam tantoperè ceu neceſſariam commendare ſolent; quùm tamen fons, origoque & peſtis ſit omnium rerum ac confuſionum in Societate humana, & communis converſationis, ex qua omnia ubertim profluant vitia & crimina.

16. *Quis verò effectus Philautiæ hujus?*

NImirum ut ſe non tantum Dei hoſtem cum Diabolo efficiat; ſed etiam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

æternæ condemnationis reum ducat hominem, quod pluribus, *Arnd. lib. 1. de Ver. Chr. c. 31.* explicavit, quem quis ibi conſulet pius.

17. *Quid eſt Proprii Commodi Studium?*

Eſt proximum Philautiæ conſequens & quaſi ejus filia, ſive Saturninus appetitus, quo homo, quicquid in creatis rebus eſt in ſuam ſemper ſtudet redigere poteſtatem, ut ſolus ejus poſſeſſorem ſe magnificè venditare queat. Namque, quum homo, *ait Arnd. d. l. 4. c. 31.* ante omnia ſemetipſum amare geſtiat, inde quoque omnia primariò propter ſemetipſum amat, quum aliàs cuncta propter Deum abſque ullo alio reſpectu amare deberet. Ideoque homo miſer totum cor fundamentumque amoris ſui ſibimet ipſi conſecravit, quem potius Jehovæ devovere totaliter debebat, unde fit, ut ſaltem ſuæ voluntati vivat & voluntati Jehovæ prorſus ſe abneget. Quippe ex Philautia etiam exurgit propriæ voluntatis ductus, qui in omnibus rebus ſuæ gloriæ, honoris, poſſeſſionisque commodum quærit, & fit occiſor gloriæ Dei & boni publici, ut peſtem venenatiſſimam in omnem mortalium vitam nimis abundè effundat.

18. *Quid*

## 18. *Quid eſt Diſcordia?*

EST actus odii & invidiæ ſummus, quo omnia, quæ ad Societatis & proximi ſalutem ac pacem faciunt, per diſſenſionem malitioſam quivis malevolus diſrumpit & in perverſam voluntatem retrahit. *Vid. Conz. Pol. lib. 9. capite 20. num.* 2. Eaque duplex eſt, aut Aperta, aut Clancularia, de quibus ſuo loco.

## 19. *Quid eſt μισανθρωπία?*

EST actus Voluntatis prorſus inverſus, quo hominum converſationem aperto odio quis ita proſequitur, ut omninò ab iis & eorum abhorreat negotiis, planè more feræ beluæ. Componitur autem à Græco *μισὸς* odium & *ἄνθρωπος* homo, quod plane ab hominibus abhorreat.

## 20. *Quid verò per vitam Solitariam intelligis?*

EST vita talis, qua ſe pius aut ſapiens, à tumultu populi & ſcandalis publicis ſecernere ſolet, ut eò rectius à communi vitiorum crimine conſervare tutum ſe ac immaculatum poſſit. Eſtque duplex iterum, aut eorum, qui ſine certo domicilio & foco circumva-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

gantur,& ἀπόλιδες dicuntur,aut in certo loco aut ſolitudine ſibi ſedem figunt levem ubi habitant quaſi ſub dio, velut de Eremitis id in aperto eſt.

## 21. *Num vita talium eſt probanda, vel toleranda an non?*

SUnt qui affirmant; alii negant, adeò ut etiam Scalig. de re poët. c. 3. monſtroſum genus hominum tales vocet, velut etiam inde plures ſunt, qui eos non ſine injuria & calumniis peſſimis irridere ſoleant pro affectuū libidine,& odio, quod contra Catholicos, ut vocant, tàm obſtinatè conceperunt. Sed quum deciſio non ex cujusque auſteritate & rigore petenda ſit, quin potius ex veritatis ſcopo ac fine. ideo nemo rectius ſententiam judicii ſui heîc ferre poterit, quàm ipſe Chriſtus, qui de negocio hominis cum uxore ambigentibus ſic reſpondet *Matt.* 19. 11.12. inter reliqua: Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum: Qui poteſt capax eſſe, capiat. Quæ ſanè locutio, non caret emphaſi ſingulari. Non enim ita temerè quenquā oportet judicium ferre de conſcientia alterius. An non ſint, qui ſe ex ardore erga regnum Dei caſtrare poſſint? Vide, ô homo, ne inexcuſabilis ſis, dum damnas alios, ait *D. Paul. Rom.* 2.1.& ex tuo ingenio cenſuram de aliis

facis,

facis. An non quoque D. Paul. idem cum Chriſto dicit: 1. *Cor.* 7. 7. Velim omnes homines eſſe, ſicut ipſe ſum; Sed unusquisque donum habet ex Deo, alius quis ita, alius aliter, &c. Quod ſi igitur ſcopum regni cœlorum ſolitarii ejusmodi habeant, res per ſe clara eſt, quod non ſit neceſſum, ut μονώτης quis propterea in Deum aut beſtiam degeneret. An non amor Chriſti fortior ſit & potioris roboris in verè renatis, quàm amor mundi? Inde D. Paul. etiam ipſe votum addit, ut qui ſoluti ſint, poſſint manere, ſicut ipſe manſerit. 1 *Cor.* 7, 8. Quare inutiliter ejusmodi agitantur quæſtiones, An vita ſolitaria in Republ. ſit toleranda, quùm res ſit contra Conſcientiæ Libertatem pugnans, ſi quis ſolitariæ vitæ amatores, ex ſua expellere vellet civitate; quùm tamen ipſe Chriſtus ſummæ virtuti id adſcribat, qui tanto in dono continentiæ ſe innocuum conſervare poſſit; *Scrib. de Pol. Chr. lib. 1. cap. 4.* Sed hactenus de Societatis natura in genere, nunc ex *cap. 6. quæſt. 4.* ſequitur; ut ad diviſionem ejus progrediamur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XIII. Præcogn.

# De diviſione Societatis humanæ.

### 1. *Societas quotuplex eſt?*

DUplex. Alia enim eſt ſimplex, alia Compoſita, quæ & Similaris aut Diſſimilaris dici poteſt, quum Corpus Politicum, quàm optimè ad corporis humani conſtitutionem quadret, & membra cuncta ad actiones certas habeat deſtinata.

### 2. *Sunt nè etiam aliæ diviſiones Societatis?*

IMò habentur plures & ex diverſæ conditionis reſpectu etiam ab aliis aliter diſtinctiones confinguntur;

### 3. *Quænam ea ſunt?*

QVando Societatem humanam quidem duplicem confitentur; Sed eam rectius in Naturalem & Civilem diſtingui putant: alii in Domeſticam & Civilem *Kirchm. diſputat. theſ tertia, lib. ſexto, de Republ.* alii Privatam & publicam eam efficiunt; nec tamen id



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

uno ſenſu, quùm Juris Conſulti hoc invertendo ex interpretatione *l. 3. ff. de I. & I.* naturalem omnium hominum cognationem, contra propriam *l. 5. ff. de rer. diviſ. l. 30. ff. de acq. rer. dom. &c.* aliàs acceptionem, Publicam dicant; Politici verò è contrà rectius Publicum illud ſtatuunt, quod communi univerſitati in communicatione ſui publicè & immediatè aut primario protenus inſervit, ceu Publicum Jus & Publica lex inde dicitur quod totum populum concernat *l. 1. parag. hujus. ff. de I. & I. l. 1. parag. 1. ff. ad l. Corn. de ſic.* Publica utilitas. *l. 12. parag. Unde Cicer. 1. de Invent.* rectè ait, Publicum eſt, quod Civitas univerſa aliqua de cauſa frequentat, *& 2. Cont. Rull.* Sunt loca publica urbis, ſunt Sacella, &c. & ibidem. Agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmit, &c. Velut quoque δημόσιον aut δημοσιακον Græcis eſt publicum, quod ad omnem ſpectat populum, quùm fiat cum poteſtate & imperio. Aliàs tamen Societas contractus ſpeciem refert in bona fide rerum lucra & damna concernentium, de qua *Inſt. lib. 3. tit. 26. & ff. lib. 17. tit. 2.* agitur, & huc referri nequit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 4. *Quid verò propriè eſt Privatum?*

PRivatum eſt,quod peculiariter ſpectat ad ſingulos in ſingulis, unde Græcis eſt ἴδιον, ſive ἰδιωτικον, proprium & peculiare; licet ſint, qui Privatum ἐκ τῶν πρὸς τὶ, quod ſemper rationem habeat cum altero, dictum velint. Sic Feſtus privatas ferias vocari dicit, quæ ſint ſacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, deneciales,&c. *& Macrob. lib. 1. Satur.* ait, ſunt præterea feriæ propriæ familiarum,&c. Unde Privatus is in Jure vocatur, qui caret Jurisdictione *l. 3. ff. de offic. præſ.* Et res privatæ, quæ ſunt ſingulorum. *l. 1. ff. de rer. diviſ.* à verbo antiquo privus, quod ſingulos ſignificat,quo & Cato in lib. de re ruſt. utitur. Ac privatum Jus dicitur, quod ad ſingulorum utilitatem peculiariter pertinet immediatè, *l. 1. parag. ult. ff. d. I. & I.* Vnde fertur ritè, quod privata promiſſio non mutet Jus publicum *l. jus. ff. de teſtam. & de pact.* Ac privati commodi & publicæ vindictæ ſeparata eſt perſecutio. *l. fin. ff. de furt.* It. Privatorum commodum non debet præjudicari communi utilitati, *l. ſi aut. parag. fin. ff. de aq. pluv. arc. Vide plur. de his in Republ. Hans. noſt. part. 1. cap. 3. memb. 5. &c.*

5. Quæ

*5. Quæ verò potius heîc retinenda eſt diſtinctio ?*

PRima optima inde cenſetur, quùm appoſitè & convenienter in ſe includat primariam Societatis omnis originem ac ſeminarium ipſum primum omnis Politiæ, ut ex hoc potiorem merito mereatur locum. Aliâs enim domeſtica illa diſtinctio quoque concernit diſciplinam Oeconomicam, quùm tamen heîc Societates ſimplices conſiderentur quatenus juſtæ radicis loco eſſe poſſint in Politia.

*6. Quid igitur eſt Simplex Societatis pars ?*

PArtes ſimplices eæ dicuntur, quæ originale fundamentum conſtituendæ Reipubl. ſupponunt, quùm non ſaltem principium, ex quo Populus conſtat; ſed etiam perpetuitatem in progenie & conſervatione ejus cum Repubi. eidem exhibeant.

*7. Quotuplices ſint hæ Societates ?*

IN duplici iterum differentia ratione originis; unde alia dicitur Primordialis, aliæ ſecundariæ, ſive ex prima ortæ, ut eſt Societas πατρικὴ & δεσποτικὴ ſive herilis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

8. *Primordialis autem quænam eſt Societas?*

QUàm γαμικὴν ſive conjugalem aut conjugialem dicunt, vulgo aliàs dicitur propagationis intuitu Conjugium, Matrimonium, Græcis γάμ☉ς, à conſuetudine autem ſingulari Latinis quoque Connubium dicitur, quod Virgines Sponſæ antiquitus obvelarentur velamine quodam & flameo, quaſi filameo lutei coloris, ne pudor virginis proderetur. Vnde & in Sacris Litteris volunt Legi, quod uxores velari ſint ſolitæ *Geneſ.* 24. 65. & 1. *Cor.* 11. Jur. Conſ. quoq; nuptiæ dicuntur à nubere, quod propriè eſt operire. *c. fœminæ, & c. nec illud 30. quæſt. 5. Inſt. tit. 10. lib. 7.* & Conſortium, quum maritus & uxor ejuſdem ſint ſortis; nec non Copula Sponſorum, &c.

## CAP. XIV. Præcogn.

## De Societate originaria Politiæ vel de Conjugio.

1. *Quidnam in Conjugio conſiderandum eſt?*

VT ejus cognitionem & uſum in Politicis ritè nobis comparemus.

2. Quo-

2. *Quomodo id ritè obtinetur?*

COgnoſcendo, quid ſit in definitione ſua, & quæ ejus oppoſita.

3. *Quid igitur eſt Conjugium?*

A Variis variæ quidem definitiones ejus afferuntur; Sed inter omnes maximè 3. habentur celebriores: quarum prima Juris Conſultorum eſt, quæ ita ſe habet. 1. Quod ſit vir & fœminæ Legitima conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem, pro officiorum debitorum communicatione & ſobolis procreatione continens. *Inſt. lib. 1. tit. 10. l. 1. ff. hoc tit.* 2. Aliis eſt; Individica unius viri uniusque fœminæ, eorumque puberum, & legitimè in unam carnem, juxta Dei inſtitutum conſentientium conjunctio, mutui adjutorii causâ facta, ad procreandos liberos, & in Dei timore & Reipubl. honore educandos. *Buc. d. conjug. loc. th. 12. q. 29.* 3. Nonnulli eam ita contrahunt dicendo: Conjugium eſt indiſſolubilis unius viri & fœminæ legitimè conſentientium in unam carnem conjunctio, ad mutuum adjutorium in ſobolis generatione.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 4. *Quid heic conſiderandum?*

DEfinitionis explicatio ſive analyſis; & Diviſio rei.

### 5. *Quæ ratio in explicatione Definitionis tenenda?*

UT inde cauſæ & Effectus ritè cognoſci queant.

### 6. *Quæ igitur eſt cauſa efficiens Conjugii?*

HÆc non una, ſed duplex eſt. Prima & ſecundaria. Prima ipſe eſt Jehova, Deus noſter Zebaoth, qui Evam ſuo ſtatim Adamo adduxit & copulavit, ubi eam ex ejus coſta condiderat, *Geneſ.* 2 *v.* 22. Magna certè in eo & ſacra ipſius Trinitatis latent Myſteria ac miracula, quæ non profanis adſpicienda & cognoſcenda ſunt oculis. Etenim; quùm homo, ait *Phil. Sac. de* 3. *vit. c.* 6. ex integritate & luce regni Paradiſiaci ſe ita in regimen Spiritus mundi & damnum extremum præcipitaſſet, ut omnia cum donis Tincturæ nobilis ſuæ in ipſo eſſent perdita, uſque ad Gratiam Iehovæ & miſericordiam ejus, quæ ſolummodo ſuperſtites erant, huic lapſui graviſſimo; Cauſata inde non tantum eſt diſruptio & ſeparatio

paratio utriusq; Tincturæ igneæ & aëræ vitæ; ſed etiam neceſſum fuit, ut denuo in carne una medicinæ loco conſociarentur mas & fœmina, & diviſio illa, ex lapſu Adami orta, in unitatem juſtam rediret, propter generationem ſui ſimilis, ne ita æterna imago Dei in homine prorſus aboleretur; ſed potius in ſemine 3 Principiorum ita coaleſcerent, ut anima procrearetur. Namque æternitas nil aliud progenerat, quàm ſibi ſimile. Ideoque nulla Creatura in cœlis aut in hoc mundo eſt, in quo omnia 3. Principia ita manifeſtè pateant, quàm in homine, &c.

*7. Quæ eſt ſecunda Cauſa Efficiens Conjugii?*

JVs conſenſus Legitimi, & quidem gemini; contrahentium videlicet, qui principalis dicitur, quùm expreſſus eſſe debeat l. *nuptias ff. d. R. I.* & eorum, in quorum ſunt poteſtate, qui etiam per conniventiam fit, ſi non ii contradicant, aut evidenter diſſentiant. *l. 2. ff. de rit. nupt. Inſt. parag. 1 h. t. Num. 30. 6. Deut. 7. 3. Ierem. 29. 6. Eccleſ. 7. 27.* & 1 *Cor. 7. 37. Cauſ. 30. q. 5. c. aliter.* Ipſum quoque naturæ implantatum deſiderium & ratio hoc requirit, ut legitimus ſit conſenſus. Magnum iterum heîc ſubeſt myſterium, de quo hæc *Sac. Phil. lib. d. c. 9.*

*ad*

*ad fin.* habet verba. Sic natura anhelat ſemper æternum, inquit, ut a vanitate poſſit liberari: Sic quoq; cauſatur ardens appetitus in muliebri & virili ſexu omnium creaturarum, ut alter cum altero ſe commiſcere deſideret; Namq; corpus hoc non intelligit, nec Spiritus aëreus, niſi binæ Tincturæ virilis & fœminea id percipiant. Animal enim haut novit, quid faciat, niſi id noſcant Tincturæ, quæ ita urgent & movent appetitum: quia Fiat ita fortiter in iis operatur, quùm mirabilia Dei ſic manifeſtare debeant. Etenim Spiritus Dei incumbit aquis Matricis in Venere, & in Jovis Matrice, tanquam matrice Cerebri, ac Fiat illud dirigit. Quippe in corde Veneris matrix, & in Cerebro Jovis habitat aut ſedem ſuam habet. Atque ſic Spiritus Dei ſuis venti alis fertur in ſuo Principio, ſed ex Patre & Filio ſimul procedit, ac detigit mirabilia, quæ ab æterno in Sapientia ſunt præviſa. Ideoque ille opifex eſt omnium rerum, & propterea a Deo miſſus, &c. Vnde conſtat, quod conjugium non tam res carnalis ſit, ut multi opinantur, licet Carnalis copula ſit medium & inſtrumenti loco ſe habeat in procreatione Sobolis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 8. *Quæ eſt Cauſa materialis Conjugii?*

LEgitimæ duæ perſonæ, ἀνὴρ καὶ γύνη vir ſive mas & fœmina. Namq; alias, i aut natura, aut Lex poſitiva id prohi-beat, non poterunt contrahere matri-monium, nec erunt legitimæ ſatis, ſed potius illegitimæ cenſendæ, ac inhabi-les, aut incapaces.

### 9. *Quomodo ex natura illegitimæ cen-ſentur perſonæ conjugii?*

DVobus modis. 1. Propter certum aliquem defectum aut Corporis, aut animi. 2. ob ſanguinis reverentiam.

### 10. *Qui habentur heîc defectus Corporis?*

SVnt vel in ætate, quùm adhuc ſunt impuberes, mas videlicet nondum plenè adſecutus ſit 14 annos, & fœmina 12. non egreſſa. *Novel 100. c. 2. l. 9. ff. de Spons. l. 4. ff. de rit. nupt.* Vel in morbo, qui aut ſonticus erit & incurabiliter contagioſus *l. 60. ff. de re Iud l. 113. ff. d. V. S.* qualis eſt paralyſis, elephantia-ſis, lepra, morbus Gall. radicatus, &c. aut ipſa impotentia ad munus conjugale in-habilis prorſus. *l. pen. & ult. C. de his, qui accuſ non poſſ.*

11. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 11. *Qui ſunt heic defectus animi advertendi?*

QVales habentur in furioſis. *l. 39. p[*...] *rag 3. ff. de pœn.* in mente captis. *Bal*[...] *in l. 25. C. de nupt.* fatuis *l. 16. ff. de rit. nup*[...] in rationis judicio carentibus *l. quonia*[...] *C. de teſtam.* in nimia ebrietate obrutis. [...] *8. verſ. ſi tamen cauſ. 22. q. 4.* in immen[...] iracundiæ calore concitis. l. *quicqu*[...] *calore. ff. de R. I.* in minoribus, & pr[...] digis *l. 3. C. de reſt. in int.*

### 12. *Quomodo ob ſanguinis reverentiam incapaces habentur perſonæ Conjugii?*

RAtione nimiæ vicinitatis & propi[...] quitatis, quæ perſpicitur vel in co[...] ſanguinitate, aut affinitate. Nota; qu[...] etiam Legalis ſit conſanguinitas, de q[...] poſtea.

### 13. *Quomodo verò in conſanguinitat[...] Capaces habentur?*

SI arbor ſanguinis rectè & juſtè in li[...] neis & gradibus ſuis, ſecundum ge[...] nerationis normam & dimenſionē, o[...] ſervetur. Namque ibi ſunt regulæ cer[...] quæ tàm lineæ rectæ deſcendentis a[...] adſcendentis; quàm transverſæ ſecu[...]

du[...]

ım gradus ſuos prohibitionem juſtam
ıonſtrant, ut eò faciliorem informatio-
ıis ſuggeſtum cuique porrigant.

14. *Quænam ſunt eæ regulæ prohibitionem in conjugio perſonis monſtrantes?*

HArum 1. lineas quæ generationum
ſunt ſeries adſcendentes & deſcen-
entes concernit, & vult ut cõjugia heîc
ı infinitum ſint prohibita. *Geneſ.* 2.24.
*Levit.* 18, 6, 7. *Eph.* 5, 31. *Levit.* 20.
2. Turpitudo patris & matris non eſt
ooperienda, nec tangenda inter fratres
z ſorores, quùm uno gradu diſtent, &
uaſi iidem ſint, *Levit.* 18. *verſ.* 12, *&*
:0. 17. *&c.*
3. Prohibitio conjugii inter paren-
es & liberos æquè ſe habet, ut in trans-
erſa quoque linea non poſſint legitimè
luci in matrimonium inæquales, qui
ibi invicem ſunt parentum aut libero-
um loco. *l* 39. *ff. de rit. nupt.* *l.* 17. *C. de*
*upt.* Id eſt; unico duntaxat gradu à
communi ſtipite, quæ ſemper fundamen-
i loco eſt, diſtant.

15. *Quibus autem nominibus lineæ & gradus deſcribuntur in conſanguinitate?*

1 IN linea aſcendente à ſtipite ita eſt
numeratio; ut ſit in primo gradu, qui

ſemper generationem determinat; Pater mater, Avus avia, Proavus proavia, Abavus abavia, Atavus atavia, Tritavus tritavia, &c.

2. In linea deſcendente: Filius filia; Nepos neptis; Pronepos proneptis; Abnepos abneptis; Atnepos atneptis; Trinepos, trineptis; &c.

3. In linea transverſali arboris à dextra parte, quæ agnationis eſt à parte Parentis: Patruus amita; Patruelis amitinus amitina; Patruelis Amitini filius, filia; Horum nepos & neptis, &c.

4. In linea à parte Avi, Patruus magnus, Patrua magna; Propior Sobrinus, Sobrina; Sobrinus, Sobrina; Horum filius filia; &c.

5. In linea transverſali à parte Proavi; Propatruus, proamita; Propatrui, & proamitæ filius, filia, &c.

6. In linea transverſali à parte Abavi; Abpatruus abamita; Horum filii, &c.

7. In linea transverſali aut collaterali à parte matris, quæ dicitur linea cognationis; Avunculus, Matertera; Conſobrinus, Conſobrina; Conſobrini Conſobrinæ filius, filia; Conſobr. nepos, &c.

8. In linea transv. Aviæ Avunculus magnus, Amita magna; Propior Sobrinus, Sobrina; Avunculi mag. nepos; Sobrinus, Sobrina, &c.

9. In linea trans. Proaviæ Proavunculus, Promatertera; eorum fil, &c.

10. I

10. In lin. trans. Abaviæ, Abavuncu-lus, Abmatertera; Horum fil. &c.

11. In linea Stipitis à dextera parte; Frater conſanguineus; Fratris, Sororis filius filia; Horum nepos, neptis; Pronepos Proneptis, &c.

12. In linea Stipitis à ſiniſtra & parte matris: frater uterinus Soror uterina; Fratris Sororis uterinæ filius, filia; Horum nepos neptis, &c.

Ex his facilè juxta dictas regulas ſupputatio fieri poteſt communis, ne inceſtus fiat ſanguinis, quùm Conſanguinitas ſit vinculum perſonarum ejuſdem ſanguinis carnali propagatione connexum.

### 16. *Quid eſt Affinitas?*

AFfinitas, quæ quaſi duorum ad unum finem unitas dicitur, eſt vinculum certarum perſonarum utrinque ex novis nuptis contractum, ut: Jſaac & Laban. Quamvis heſc tria genera affinitatis ex defuncto alterutro conficiantur: tamen, quia primum, tanquam verum genus attenditur, nec ſecundum & tertium genus nuptias impediat, de primo quoque genere affin. ſupradictæ regulæ accipiuntur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

17. *Quæ verò ſunt nomina affinium?*

1. MAriti vel uxoris pater, appellatur Socer, mater Socrus. Mariti vel uxoris avus, vocatur Proſocer, vel ſocer magnus: avia verò, Proſocrus, vel ſocrus magna.

2. Filii uxor appellatur nurus; filiæ maritus gener. Nepotis uxor vocatur Pronurus: neptis maritus vero Progener.

3. Mariti frater vocatur Levir: mariti ſoror, Glos. Fratris uxor dicitur Fratria. Sororis maritus vero Sororius, Sororum mariti Congeneri appellantur: fratrum uxores vero Connurus.

4. Poſterioris matrimonii ſuperinductus maritus, liberis prioris matrimonii Vitricus appellatur: Superinducta vero uxor, dicitur Noverca. Inter liberos prioris matrimonii filii Privigni, filiæ vero Privignæ vocantur. Horum liberi Proprivignus, & Proprivigna, &c.

Quod ſi contra prohibitionem dictarum regularum heîc quoq; nuptiæ contrahantur inceſtæ appellantur identidem ac nefariæ.

18. *Quomodo vero ex Lege poſitiva Perſonæ Conjugii inhabiles cenſentur?*

HOc fit vel ratione cognationis Legalis, quæ ita dupliciter accipitur

[a]doptione *l.14. l.17. ff. de ritu nupt.* & [ſ]acramento baptiſmatis. *l. 26. C. de* [n]*upt. c. martinus,&c. T. de cognat. Spiri*[t]*ual.* Vel ratione ſtatus, pura inter ſervos & liberos, *l. 14. parag. ſerviles, ff. de ritu* [n]*upt.* vel ratione inæqualis dignitatis *l.* [1]*6. l. 44. ff. de rit. nupt. l. 38. l. 64. l. 65.* [f]*f. de ritu nupt.* vel propter diverſitatem [r]eligionis. *Deut. 7,2. l 6. C de Iudæis &* [C]*œlicol.* vel ratione Clericatus juxta ca[n]ones recentiores; *c. 2, 4, 5, 6. diſtinct. 27.* [c]*. 40. cauſ. 27. q. 1. &c.* Aliàs tamen pri[ſ]ci canones Clericis conjugium admit[t]ebant *c. qui ſine diſtinct. 26. in fin. c. 2. diſt. 27 c. 14 & 15. diſt 28. c. 13. diſt. 31.* [c]*. 34. cauſ. 12. q. 2.* Velut etiam 1 *Tim.* 3, 2. *Novell. 6. & C.* 1, 4, 6. *Novell.* 123. *Oſe.* 4, 6. *Malach* 2, 7 *Tit* 1, 6. fit, unde in Eccleſiis non omnibus ea eſt obſervantia Juris Canonici: Vel ratione delicti. *cap. 5, 22. T. de pœnit. & remiſſ.* vel demum ratione luctus, ut annus honeſtatis cauſa in eo obſervetur, *arg. l. Sancimus, C. de teſtam. c. fin. T. de ſecund. nupt.* Sed tantum de materia; ſequitur nunc, ut formam quoque perluſtremus.

19. *Quænam in cauſa formali conjugii ſunt obſervanda?*

DUo, Formæ proprietas, & ejus Auctoritas in ſolemni perfectione.

20. *In quonam forma Conjugii conſiſtit?*

IN Legitima unione perſonarum, qua duo fiunt caro una. Conjunctio enim animorum efficit legitimam copulationem, in qua ita arctè mutua Tincturatum voluntate coeunt, ut ſingulare Dei myſterium in ea appareat. Aliàs enim ſola copula carnalis non ſufficit ſi hæc interna animorum unio non veram conjugio formam imprimat, quùm ei, qui citra promiſſionem matrimonii, fœminæ ſtuprum intulit, eandem dotaſſe, ſufficiat. *Exod.* 21, 16 *& ſeqq. c.* 1, *&* 2. *T. de adult. l.* 30. *ff. d. R. I. l.* 32. *parag.* 13. *ff. de donat. int. mar. & uxor.*

21. *In quonam Sancta auctoritas conjugii juxta ſolemnitates conſiſtit?*

TAm in Verbis apertis, non clàm, ſed palàm, & jam coram teſtibus, *cap.* 1, 2, 3, 4, 5. *cauſ.* 30. *q.* 5. quod etiam per epiſtolam fieri poteſt, *l. ult. & ibi Dd. ff de Sponſal.* Quàm in ceremoniis externis completur, ceu ſunt Sponſalia *c. penult. T. de Sponſ. l.* 2. *ff. de Sponſ.* & ſolemnitates nuptiarum, quæ fiunt partim deductione ad templum ne ſint absque benedictione publica, pro cujusque loci conſuetudine; unde olim receptum erat, uti

ti in atteſtatione nativitatum *in den ge-urts brieffe* neceſſum eſſet, expreſsè mentionem fieri *Zu Kerchen vnnd Zur ſtraſſen*; aliàs non reciperentur in ſodalitatibus liberi talium; unde ſæpius magnas lites exerceri vidi; ſed male, partim traductione ſolemni ad domũ Sponſi . 5. *ff. de rit. nupt.*

22. *Quis eſt finis Conjugii?*

FInis non eſt unus, ſed alius ultimus & primarius; alius ſubordinatus.

23. *Quis eſt finis ultimus?*

EST γένεσις, ſive procreatio liberorum, qui conſervent ſpeciem. Nam, quæ in individuo ſe conſervare nequeunt, iis Deus hoc ſuggeſſit, ut per propagationem in ſpecie rectius conſerventur. Unde natus eſt appetitus Veneris non homini ſolum; ſed etiam vitalibus excellentioribus cunctis communis. In homine tamen longè divinior eſt ratio, uti antea dictum eſt, quùm omnia tria Principia in ſeſe contineat. Proinde ſi Adam non incidiſſet in lapſum; ſed utramque Tincturam absque vitio ſecum conſervaſſet, modo planè cœleſti quoq; in ſeſe concipere imaginem & ex ſe progignere ſimilem ſui potuiſſet, in quo magnum myſterii cœleſtis latet arcanum & mirandum,

randum, *ut ait Sac. ill. Phil. in lib. de 3. vit. c. 6.* In hac vita (inquit) non quidem domi ſumus: Nihilominus per hanc vitam externam & temporalem ita ex hac copula exuſcitamur, ut inde anima, æternitatis Idea, progignatur; licet externa hæc vita ex ſe nullam gignat Animam; ſed potius Interna. Etenim ſemen hominis cum cunctis tribus Principiis ſeminatur, ut ita tres ſeſe exerant matrices, ubi unaquæque pullum ſuum producit. Hæc facultas autem vi copulæ hujus, aut mediante ea, homini propterea concesſa eſt, ut ſibi ſimilem æternitatis animam progignere queat; licet ſit, quod imago Dei non à principio ita extiterit. Namque Adam ante Hevam ſuam ipſe erat illa caſtiſſima virgo, non mas nec fœmina; ſed ille poſſidebat utramque Tincturam & igneam & illam in Spiritu homilitatis. Unde potuiſſet cœleſti prorſus modo absq; ulla diſruptione gignere, ſi ſaltem in proba tentaminis ſubſiſtere voluiſſet. Sic homo ex homine procreatus eſſet in tali modo, velut Adam in virgineo ſuo modo Hominis forma & Imago quædam fiebat. Namque quod ex æterno eſt, id quoque æternum gignendi modum habet: Eſſentia ejus omnino totaliter ex æterno promanare debet aliàs nihil in æternitate ſubſiſtit. *T. l. d. c. 17.* Quid ſibi hæc locutio velit, id optimè veri intelligũt Chimici. *Gen 1. 28.*

24. *Quis*

24. *Quis eſt finis ſubordinatus?*

NEque is ſe uniformiter habet; ſed alius per directum fini principali & ultimo, alius per obliquum inſervit.

25. *Quis eſt finis ſubordinatus per directum?*

UT ſic uſtio omnis depellatur, & medicinæ loco ſit omni libidini, ſicuti *D. Paul.* 1 *Cor.* 7. *v.* 2. ait, propter fornicationem evitandam, unusquisque ſuam uxorem habeat. 1 *Theſſ.* 4,3, *c.* 6. *cauſ.* 32. *quæſt.* 2.

26. *Quis finis alter ſubordinatus?*

UT uxor ſit viro adjutorium, & inter ſe ſint individui totius vitæ Socii, *Gen.* 2,24. *Matt.* 19,5,6. *Marc.* 10,8. & 1 *Cor.* 6,15,16. *cap. ult. cauſ.* 33. *q.* 5. *l.* 1. *ff. de rit. nupt.*

27. *Quis eſt Effectus Conjugii?*

DUplex, quorum unus conditionem perſonarum, alter officium eorum reſpicit. Conditio perſonarum eſt, ut ſtatim completio matrimonii & maritum & uxorē efficiat quaſi in una perſona. *Gen.* 2,23,24. *Matt.* 10,7,8, & 1.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Cor.*16,16. *cap.*21. *cauſ.* 27. *q.*2. Ceu inde matrimoniũ rectè divini & humani Juris communicatio dicitur, *l. 1. ff. de rit. nupt. & l.17.parag. ibid.* Inde repudium non admittit ceu Chriſtus id caſſavit *Matt.*19,9.*contra Deut.*24. Sed totius vitæ ſpacium in cohabitatione requirit.

28. *Quis effectus in officio cernitur?*

DUplex iterum, quorum unus communem poſſeſſionem communicationemq; bonorũ in alimentis curandis & ſucceſſionem in bonis *l. 7. ff. de bon. dum nat. l.7. ff. ſitat. null. teſt. extat.* reſpicit, *l. 8. ff. pro Socio. l. 43. ff. d. V. S.* Alter educationem & poteſtatem liberorum, & curam familiæ, ut pie & honeſtè ita Reipub. inſerviatur. Ubi ſedulo obſervandum, ut in toto curſu vitæ ſocialis maritus ſit caput, 1 *Pet.*3,5,6, *& ſeqq.* 1 *Cor.* 7,3, *& ſeqq.* quum per matrimonium poteſtatem maritalem nactus ſit *Eph.*4,25,26. *Gen.*7,16. 1 *Cor.* 14,34, & 1 *Pet.*3.*Eph.*5,22,23. Sex ex *q. 4.* ſequitur nunc diviſio.

29. *Quomodo dividitur Conjugium?*

DUplici modo. Alia enim diſtinctio ſumitur ex conditione Perſonarum ſive materiæ; alia ex modo Conſenſus ſive formæ.

30. *Quo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

30. *Quomodo fit diſtinctio ratione perſonarum?*

ITerum duplici modo, ut vel perſonarum ſtatus reſpiciatur, vel actus.

31. *Quotuplex eſt conjugium ex ſtatu perſonarum?*

DUplex. Etenim aliæ ſunt nuptiæ licitæ ſeu juſtæ & legitimæ; Aliæ illicitæ ſeu injuſtæ.

32. *Quid ſunt Legitimæ nuptiæ?*

QUæ ſecundum jus naturæ & Legum ſunt contractæ, ut ſupra oſtenſum eſt, *l. 1. ff. de rit. nupt.*

33. *Quotuplices ſunt hæ Legitimæ?*

DUplices, aut initiatæ; aut conſummatæ.

34. *Quid initiatæ ſunt?*

QVæ ſolo conſenſu de præſenti inter marem & fœminam contrahuntur. *arg. l. 30. ff. d. R. I. c. 5. 35. & 37. cauſ. 27. q. 2.*

35. Quid

35. *Quid Conſummatæ ſunt nuptiæ?*

QVæ corporum commixtione inter conjuges perfectæ ſunt. *c. 36 & 37. cauſ. 27. quæſt. 2. Cypr. d. Jur. Con. part. 2. c. 3. parag. 4. n. 2.*

36. *Quæ vero ſunt illicitæ nuptiæ aut conjugium?*

QVod Jure divino & Jure naturæ refragante contrahitur, *arg. l. fin. ff. de rit. nupt.*

37. *Quotuplex eſt conjugium illicitum?*

DVplex, Aut enim inceſtum & nefarium eſt, aut inutile.

38. *Quid inceſtum vocas conjugium?*

QVod inter aſcendentes & deſcendentes conſanguineos, item collaterales primi & ſecundi gradus lineæ inæqualis contrahitur, *l. fin. ff. de rit. nupt.*

39. *Quid inutile vocas?*

QVod contra præcepta Juris civilis aut Canonici contractum eſt, & in quo aliquis defectus cauſarum dictarum aut error perſpicitur, *arg. rubr. C. de inceſt. & inut. nupt. &c.*

40. Quotu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

40. *Quotuplex eſt conjugium ex actu perſonarum ita conceptum?*

DVplex iterum, aut verum, aut præſumptum.

41. *Quid eſt Verum conjugium?*

QVod non tantum ſecundum leges expreſsè contractum eſt inter perſonas decentes, ſed etiam probationibus veris oſtendi poteſt. *arg. l. 30. ff. de R. I. l. 15. ff. de condit. & demonſtr. l. 22. C. de nupt.*

42. *Quid eſt præſumptum Conjugium?*

QVod tacito conſenſu contrahentium & ex probationibus præſumptis inducitur, *c. 30, 31. T. de Spons.*

43. *Quotuplex autem eſt Conjugium ex modo conſenſus promanans?*

DVplex. Aut enim in tempus præſens vel futurum concipitur, *l. 1. ff. de rit. nupt.*

44. *Quid eſt Conjugium in futurum conceptum?*

ESt mentio & repromiſſio de futuris nuptiis inter contrahentes facta. *l. 1. ff. de Spons. c. noſtrates. n. 30. q. 5.* unde dicun-

dicuntur Sponſalia à ſpondendo ; quoniam veteribus moris fuit, ſpondere & ſtipulari ſibi futuras uxores. *l. 2. ff. de Spon. l. Sponſio ff. de V. S.*

45. *Quid eſt Conjugium in præſens?*

QVod nuptias & conſummationem ſtatim inducit *parag. 1. Inſt. de patr. pot. l 1. ff. de rit. nupt.* inde etiam Nuptiæ vocatur matrimonium ipſum.

46. *Quotuplex hoc Conjugium?*

DVplex iterum, vel primum aut ſecundum.

47. *Quidprimum eſt Conjugium?*

PRimum ita dicitur reſpectu caſus, ſi contingat, ut alter conjugum moriatur, & viduus aut vidua ad alias tendat nuptias, *l. 63. ff. de cond. & demon.*

48. *Quid eſt ſecundum?*

QVod viduitatem prioris inſequitur, quo nomine etiam inſigniuntur plura ſequentia, nec ullo teſtamento inhiberi valet, licet non benedicatur *c. 3. T. de ſecund. nupt.* tamen viduis difficultates objicit. *Novell. 44. &* C. *de Indict. vid. toll.* Sed nunc de oppoſitis agendum reſtat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

49. *Oppoſita igitur Conjugium quænam habet?*

DVplicis ſunt generis. Alia enim obliquè opponuntur, alia ſunt contraria.

50. *Quænam ſunt obliquè conjugiis oppoſita?*

OMnia ea, quæ conjugii integritatem, pietatem, & auctoritatem infringunt, aut ex parte aliqua imminuunt, uti eſt contemptus conjugii, ſcandala incontinentiæ, rigor & auſteritas, clandeſtinæ machinationes, error fortunæ. *c. unic. parag. fin. cauſ. 29. q. 1.* ſuſpenſio à magiſtratu indicta ob litem *l. poſt diem ff. de lege commiſſ.* coactio parentum. *c. 14. T. de Sponſal.* nimia dilatio *c. 10. in fin. c. 22. T. de Sponſ.* Coitus nimius & vitioſus, *Exod. 19. v. 15, 16,* & 1 *Sam. 21, 4,* & 1 *Cor. 7, 5.* prohibitio ex temporis ratione, *c. 7, 8, 9, 10, 11. cauſ. 33. q. 4.* Prohibitio ratione luctus. *l. 1. & l. 11. ff. de his, qui infa. not.* Sterilitas *Gen. 30, 23,* & 1, *Sam. 1, 6. Luc 1, 36. l. Sancim C. de nupt.* Nuptiæ ſecundæ, *l. 1. l. 2. C. de nupt. Novell 22. c. 40. Novell 39. c. 2. parag. fin.* omiſſio ceremoniarum & deductionis, *l. 5 ff. de rit. nupt. l. 24. C. de nupt.* denegatio dotis, *l. 13. C. de negot. geſt. l. ult. parag. ſic*

*itaque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*itaque* C. *de repud.* domicilii mutatio, nuptiæ præſumptæ, *c. 30,31 T. de Sponſ.* diſſidium, diſpoſitio odioſa *l. 4. ff. de fund. dotal.* infidelitas . 1 *Cor.* 7,12,13,14, *c. 17. cauſ. 27. q. 2.* delicti remiſſio *l. 3. in fin. ff. de reb. dub. arg. l. Æmil. ff. de minor.* Compenſatio delicti, *c. 6 T. de divort. l. viro ff. de ſolut. martim.* Impuberis promiſſio, *princ. Inſt. de nupt. l. 24.* C. *eod.* C. *un. parag. 1. de Spons.* Votum temporis, & abuſus Cœlibatus, Concubinatus, *l. 4. ff. de Concubin. l. 31. ff. de donat.* Contractus ad Morganaticum feudi. *l. 44. ff. de ritu nupt.* Conjuges putativi *l. 17. ff. de rer. amot. l. 13 parag. 4. ff. ad L. Iul. de ad. Injuſti l. d. 13.* Pellicatus *l. 14 †. ff. de V. S.* Lupanaria *l. 15. ff. de condit. Inſt. l. 1. 25. ff. d. V. S.* fornicatio ſimplex *c. 2. cauſ. 36. q. 1.* Communio mulierum, &c.

51. *An cœlibatus non eſt ex natura oppoſitorum Conjugii?*

PEr quàm graviter certè heîc errant, qui ita cœlibatum accipiunt, quaſi Conjugio ſimpliciter opponatur, quùm cœlebs vita non tantum per ſe ſit virtuoſa; ſed etiam Deo & Chriſto mirificè approbetur *Eſai.* 56, 3, 4, *& ſeqq. Matt.* 14, 11, 12, & 19, 11, 12, & 1 *Cor.* 7, 32, 34, *& ult.* Quare admodum iniquè agunt illi Caſtitatis fervidi oſores, qui cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cum tanto furore in rem virtuoſam ex præconcepto odio in alios fremunt, quod inde fit, quùm ignorent, quid propriè ſit Cœlibatus.

52. *Quid igitur eſt Cœlibatus?*

Est propriè principalis virtutis continentiæ aliquis effectus, qui ex ejus efficacia ita profluit & ſeſe in homine exerit ut eò ſynceriori pietatis ſtudio Deo ritè inſervire queat. Velut etiam peculiare donum ejus, & non omnibus datum appelatur *Matt.* 14,11,12. & 1, *Cor.* 7. 7. unde etiam ipſo ritè conjugio anteponendum ducunt, juxta *D. Paul.* 1, *Cor.* 7,27, & 40. Quapropter ingentem errorem Ethici omnes committere ſolent, qui Pœnitentiam, Patientiamque cum Continentia inter ſemivirtutes referre ſolent quùm iſtis palmarium potius eſſet conſtituendum verè præ cæteris. Non tamen propterea loco cultus Dei ſuperſtitiosè habendus eſt cœlibatus; ſed in eum finem potiſſimum ſanctè fovendus, quod quis beatior ſic inſervire Deo ex puritate Cordis & Fidei in nova creatura poſſit, quùm caſtitate vera in Continentia nihil gratius pro victima offerri Deo poſſit: Veluti paſſim ea ratione in S. Scriptura commendatur. 1, *Cor.* 7, 34, & 2 *Cor.* 7, 1. *Gal.* 5, 22, & 1 *Theſſ.* 5, 23, & 1 *Tim.* 5, 22. *Tit.* 2, 2,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*& 2 Pet.* 1, 22. Ideoque quàm optimè illi faciunt qui regni cœlorum cauſa in cœlibatu vivere, & ſe ita caſtratos reddere geſtiunt, juxta Chriſti laudem encomiumque & exemplum, *Matt.* 19, 17. Qui poteſt capax eſſe, ait ſanctè, capiat. Qui verò velit uxorem ducere, ducat, quum ſit res meræ & liberæ voluntatis, ſi abſit abuſus, 1 *Cor.* 7. qui alias conjugium ipſum commaculat, & impurum reddit. Interim hoc notandum, quod alioquin Jure divino & Canonico, *c.* 4. 9, 10. 11. *cauſ.* 32. *q.* 4. *&c.* Concubinatus prorſus improbatus tàm laicis quàm clericis, uſque adeò, ut Clerici Concubinarii propterea etiam, vel adulterium, *Novell.* 5. *c.* 8. ſacrilegium, *c.* 5. *diſtinct.* 28. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *Can.* 9. ſtuprum imò inceſtum committere, & contra naturam peccare cenſeantur *c.* 2. *in fine c.* 5. *Vers. cavendum. diſt.* 28. Atque hinc eſt, quod etiam Clerici ob concubinatum pro qualitate rei pœnis afficiantur *c.* 17. *cauſ.* 6. *q.* 1. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 14. *Menoch. lib.* 2. *arb. caſ.* 418. Cœlibatus autem in certo hominum ordine apud Judæos & Ethnicos fuit receptus olim *Ioſep. l.* 13. *c.* 13. *Phil. antiq. l.* 18. *c* 2. *Euſ. l.* 18. *de præp. Plin. lib.* 28. *cap.* 2. *& Nicol.* 2. Fecit tandem quoq; effrenis laſcivia, ut ad votum Eccleſiæ alligarentur Clerici à *Leone* 9. per reſignationem conjugii, ceu & aliæ ſubſunt cauſæ. *cap.* 16. 17, 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*16, 17, 18, 19. cauſ. 27. quæſt. 1. cap. 12. T. de offic. Iud. ord.*

53. *Quænam vero ſunt Contrariè oppoſita conjugio aut pugnantia?*

IN duplici ſunt differentia; Aut enim illud ita vitiant, ut pœnam ſæpius mereantur, aut diſſolvunt, debentvè diſſolvere.

54. *Quænam ſunt primi generis oppoſita?*

IN eorum numero ſunt 1. violata fides, aut ludibrium malitioſum, quod ſub pœna perpetui cœlibatus retrahitur, *c. 10, ſub fine &c. 22. T. de Sponſ. l. fin.* C. *de Sponſ.* (2) Clandeſtina matrimonia *l. ult. ff. de ritu nupt. l. 1.* C. *de interd. matrim.* (3) fraus & dolus *c.26, in fin. T. de Sponſal.* (4) Conditio impoſſibilis, (5) conditio turpis & inhoneſta, *c. tua nos, T. de Spons. c. ult. T. de conditi.* (6) votum *Deut.*23,21. 1 *Tim.*5,11. (7) annullatio, *c.4. t. de frigid. & malefic.* (8) mors civilis *l. 1. ff. de divortiis,*banum Imperiale. *l.24.* C. *de don. int. viv. l. 1.* C. *de repud.* (9) deportatio *l.13.parag.1. ff. de rit nupt.* (10) vis (11) Metus. *tot. tit. quod met. cauſ.* (12) error perſonæ, *c. unic parag. error. cauſ. 29. q.1.* (13) Proſtitutio. *l. 2. parag. 5. ff ad l. Iul. de*

*adul.* Stuprum. *Exod.* 21.16. *c.*1.2.*T. de adult. l.*30. *ff. de R. I. l.*32. *parag.* 13. *ff. de don. inter marit.* fornicatio. *Deut.* 22, 21. *Matt.* 5, 32, *&* 19, 9. *Eph.* 5, 3. Raptus, &c. Communio mulierum, ſeu Sodomia *l.*31. *C. ad l. Iul. Novel.* 77. Pæderaſtia commixtio cum brutis *Levit.* 18, 20, *&c. Exod.* 22, 19. Polygamia, Inceſtus. *Nov.* 12, *c.*1. *tot. t. C. de Inceſt, &c.*

55. *Quænam vero eſt diſſolutio?*

QUum diſſolutio non uno expediatur modo, duplex eſt reſpectu Sponſaliorum & matrimonii, diciturq; repudium & divortium.

56. *Quid eſt repudium?*

QUod à re pudenda non incongruè Verrius ſic appellari putat, Eſt Conjugii nondum conſummati ſive Sponſalium diſſolutio, & cauſas ſumit ex fornicatione, malitioſa deſertione, illuſione, dolo manifeſto, ſuperveniente furore, *l.* 30. *ff. d. R. I.* morbo ſontico & inſanabili, infidelitate *c.*2. *T. de divort hæreſi c.*7. *T. de converſ conjug.* inimicitiis capitalibus. *c. requiſivit. T. de Sponſal.* deformitate enormi cum privatione alicujus excellentis membri *c.*24. *T. de Iurejurand.* delictis cõmiſſis *c.*7. *ex de divort.* conditione honeſta non ſervata *c. de illis*

*T. de*

*T. de condit. appos. &c.* Ubi tamen diſtinctio obſervatur in deciſionibus, quæ habetur inter Sponſalia de præſenti, & futuro. *Vid. Bez. de Rep. & divort.*

### 57. *Quid eſt Divortium?*

EST diſſolutio conſummati matrimonii, quæ aut natura dificiente aut malitia hominis cauſante perficitur. Ideoque duplex eſt iterum, vel enim morte diſſolvitur aut inter vivos.

### 58. *Quomodo morte diſſolvitur?*

QVando alteruter conjugum aut morte naturali non civili *Inſt. de pub. jud.* obit, aut ex delicto publico capite plectitur, quò referenda veniunt crimina capitalia quævis. C. *de Iud. publ.*

### 59. *Quomodo conjugium inter vivos diſſolvitur?*

DVplici modo iterum, quando vel minus plenè, ſed ſaltem fit ſeparatio quoad lectum & habitationem, manente interim vinculo matrimoniali, diciturque ob id Separatio tori. Vel quando plenè ipſummet vinculum conjugii diſſolvitur. *Alb. Gentil. de nupt. lib. 6. cap. 5. & 6.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*60. Quænam ad divortium minus plenum referuntur?*

SÆvitia nimia, *arg. l. 8 parag. 2. in fin. C. de repud. junct. l. 5. parag. ult. ff. ad L. Aquil. c. 8. 13. in fin. T. de reſt. Spol.* Impotentia *l. 6. parag. ult. ff. de ædil. edict. l. 39. parag. ult. ff. de Iure dot. l. 128. ff. de V. S. l. 10. C. de repud. Novell. 22. cap. 6.* Aſſiduæ vitæ inſidiæ, &c. In caſibus verò talibus, non conceditur alteri alias ſubire nuptias.

*61. Quænam verò ad divortium plenum requiruntur?*

DVo tantum ſunt; Adulterium *Matt. 5.* 32. & 19, 9. & malitioſa deſertio 1, *Cor. 7, 15.* In quibus caſibus plenè probatis, innocenti parti conjugiū alterum contrahere licet. Sed ſi cauſa captivitatis ſubſit, quinquennium aut ſeptennium expectandum manet; tunc enim mortuus habetur, qui tam diu abeſt.

*62. Quis uſus hujus doctrinæ?*

UT ſanctum Dei inſtitutum in debita obſervantia & honore conſervetur; ideo Dd. & magiſtratus ubique adeò ſolliciti ſunt in hoc bonæ fidei contractu, ne temerè ſcandalum aliquod admitta-

mittatur, præſertim quum maximè ex uſu ſit Reipubl. & ipſis hominum Conſcientiis conducat, ut pietas & externa honeſtas rectè per conjugium floreat. Quapropter omnes conjuges meminiſſe heîc ſemper oportet, quid eorum ſit officii, ut piè in dilectione mutua caſteq; debita munia invicem præſtando, vivant inter ſeſe, ne in Diaboli caſſes incidant, & monſtrum illud odii, quod Satan omni cura ex omnibus vitiis collectum inter conjuges excitare conſuevit. Etenim, ſi alicubi uſpiam, certè in conjugio omnium vitiorum & criminum concurſus ſeſe exerere ſolet. Verùm ex *præced cap. quæſt.* 7. nunc ad Secundarias Societates pergendum nobis erit.

## CAP. XV. Præcogn.

## De Societate Parentum & Liberorum Poteſtateque paterna.

1. *Quænam eſt altera Societatis ſimplicis pars?*

QVæ ex fundamentali origine jam dicta, videlicet conjugio ſuum accipit progreſſum, & ex fine ultimo Conjugii ejuſque officiis & effectu feliciter reſultat, quam antea in duplici dif-

ferentia poteſtatis nimirum Paternæ & Herilis affulgere diximus. Etenim homo, per Conjugii ſacrum opus & conſtitutionem, à Deo ad tantam gloriæ & dominii ſublimitatem in hoc mundo eſt evectus, ut quaſi Rex ſibi & imperator parvus ſit domi ſuæ conſtitutus, ex qua omnis regiminis boni idea refulget. Ideoque in hoc ſtatu memores ſint pii Parentes, ut verè & vividè ubique ejus imaginem in duratione omni matrimonii hujus repræſentent, qui tam beato munere procreandi ſobolem eos affecit.

2. *Quid eſt igitur Societas πατρικὴ?*

EST Societas conjugalis, quâ conjuges maritus & uxor, ſibi invicem devincti, Jure cohabitationis non ſolum communicant commoda & onera vitæ; ſed etiam in pietate debita liberorum curam ſui & ſalutis publicæ cauſa ritè gerant, ut honori Dei rectè vivant.

3. *Quid in hac Societate Parentum ritè obſervandum?*

DVo maximè correlata inter ſeſe; Parentes videlicet & liberi.

4. *Quid in Parentum ſtatu examinandum aut cognoſcendum?*

DVo iterum; Quid ſint propriè in ſuo ſtatu, quæque eorum poteſtas aut Juris facultas ſit.

5. *Quid*

5. *Quid igitur ſunt Parentes?*

SVnt perſonæ, ex quarum Legitima & ſacra cohabitatione Liberi vitam vitæque ſuſtentationem habent, quibusque è contra liberi obedientia debita in omnibus actionibus obſtricti tenentur gratitudinis & amoris ergo mutui.

6. *Quid in hac definitione notandum?*

DVo potiſſimum. Nominis tam nobilis dignitas, & Officium Parentum.

7. *Quid ergo ſibi vult nominis hujus alta ratio?*

PErquam jucunda certè eſt ejus commemoratio. Etenim tàm gratioſe acceptum habetur hoc nomen, ut ipſe Deus quoque Pater gaudeat dici, & ipſe Chriſtus *Matt.* 6. hunc ea allocutione adorare & ſalutare juſſerit Patrem noſtrum, quùm ille non tantum omnium rerum Auctor & Genitor ter ſanctè ſummus ſit, ſed etiam omnis Creaturæ & maximè hominum curam gerat accuratiſſimam, ut confidenter quiſq; piorum eum inclamare poſſit Abba, id eſt Pater. *Gal.* 4, 6, *&* *Rom.* 8, 15. Sic enim omnes nos in Chriſto ceu filios ſuos fovere cupit; ſi in Spiritu ejus vivamus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

debitè. Ex tam amabili nomine ipſe Adam ſtatim dici meruit Parens, quod generis humani eſſet propagator in ſui ſimilibus. Et poſtea omnes Sancti, Patres duplicis officii ratione vocati ſunt quod non tantum familiæ poſteris ſuæ in pietate exemplo eſſent, ſed etiam ad ſummi voluntatem Parentis Jehovæ per Chriſtum cotidiè informatione fideli revocarent, & quaſi ſecum in Fide gignerent, ut ait *D. Paul. Gal.*4.19. Filii mei, quos iterum parturio uſque quo (*NB*) formetur Chriſtus in vobis. 1, *Cor.* 4, 15. *Phil* 1,10. veluti etiam triplices faciunt in hoc offi io Patres Eccleſiæ, ut alii fuerint ante Legem, quos Patriarchas dicunt; alii ſub Lege, qui Prophetæ vocantur, & alii poſt Legem, ceu ſunt Euangeliſtæ & Apoſtoli eorumq; ſucceſſores. Quemadmodum inde etiam hodiè Patres vocamus meritò, qui nobis in doctrina vera verbi cœleſtis vividè, non in pietate opinionis ſaltem ſuæ, ſed in factis Fidei ſanctis & ſolida charitatis veritate prælucent. Sic & majores noſtræ nationis aut familiæ Patres dici ſolent, unde & avus abavus, &c. nomine Patris. *Gen.* 10, 21. & 15, 15, & 17,4,5, & 19,37,38, & 22,21. & 47,3,9,30, & 48,15,16,21. *Exod.* 4, 14,16, & 23, 13. *Levit.* 25, 41, & 26, 39. *Deut.* 1,8,11,21,35, & 6,10,18,23. & 7, 8, 12, 13, *& paſſim in vet. teſtam.*

*Luc.*

*Luc.* 1, 17, 32, 50, 70, & 6, 23, 26, & 11, 47, 48. *Ioh.* 4, 20, & 6, 31. *l. juſta interpret. in fin. ff. de V. S. l. 44. parag. 1 ff. de rit. nupt. l. 20. ff. de adult.* Ac quum tam arduum officium parentum cernerent gentes paſſim, quod nec minus ſummum mereretur reſpectum, in amore laboris præſtandi; inde quoque Patres appellati ſunt Senatores apud Romanos, à curæ maximè ſimilitudine, quod ita Reipub. utilitati & commodo invigilarent, aut invigilaſſe videri cuperent, velut Patres decet omnem impendere ſollicitudinem liberis. *Saluſt. in Cat. conjur.* Ita & Pater Civitatis vocatur, quem aliàs quoque Patrem Patriæ appellant *l. 3. C. de iis, qui Spons. mun.* quod publicis operibus præſideat. *l. 1. C. de rat. ob. publ. l. ult. C. de inf. exp. l. 1. C. de aleat. l. 1. C. quib. mun. exc. l. 2. C. de debit. civ. Novell. 17, 85, 128, 60.* Græci quoque *ad l. curatores ff. de damn. infect.* Curatorem Reipubl. Patrem civitatis interpretantur. *Cic. pro Rab. ait;* Quem verè Patrem patriæ, Parentem, inquam, Reipubl. poſſumus dicere. Nec tantum Reipubl. Præſidi & Senatori ita hoc jucundum applicabatur nomen; ſed etiam omnibus, qui Reipubl. cauſa adjuncti erant his; Sicut Patres conſcripti vocabantur, qui ex equeſtri ordine Patribus adſcribebantur, ut numerus Senatorum expleretur. Vnde & Senatoribus quoque ille titulus attribu-

tus

tus fuit, ut Patres conſcripti appellarentur. *Cic. ad Heren.* Demus operam, Quirites, ne omnino Patres conſcripti circumſcripti putentur. Ita ſanè cura vera ac fidelis Reipubl. maximam ſimilitudinem habet cum vigilantia & diſpoſitione rei familiaris, ut verè exemplum ſive imago parvi Regni poſſit dici: Imo ex ea Regni ſpecies exurgit, ut undique ipſi hoc verè quadret dictum; Regnum pietate & virtute parandum ac conſervandum. Etenim velut heîc baſis & fundamentũ eſt pietas ac mutua dilectio conjugum & liberorum; ita Regni & Reipubl. cujusvis vinculum firmiſſimum benevolentia ſubditorum, unde & Imperia moderata durant. Nec regna ferre ſocium, nec tædæ queunt. Hinc Pater familias, inquit *Ulpian l. 195. ff. de V. S.* eſt, qui in domo dominium habet; recteque hoc nomine gaudet, licet filium non habeat. Denique & puberem vel impuberem pupillum patrem familias appellamus, ſi pater famil. moriatur. *l. 4. ff. de iis, qui ſunt ſui I.* Verùm heîc de Patre naturali agimus, ut ait Cic. I. A. qui parens, & cum conjuge Parentes dicuntur ac genitores, quod pepererint ſive genuerint liberos. At quùm potiſſimas partes ex igneæ Tincturæ nobilitate gerat Parens, generator, genitor, procreator, ſator, educator, altor, &c. Græcis πατὴρ, γονεὺς, πρόγονος, καὶ πάππας

*πάππας* eſt, unde & Papæ nomen formatur.

8. *Quid vero eſt propriè Parentum officium?*

NOn uniforme eſt; ſed maximè in duobus conſiſtit; nempe ut aliud ſit, quod reſpicit durationem Conjugii, & aliud ex reſpectu liberorum.

9. *Quid intelligis per durationem?*

TOtum hoc & univerſum tempus à primo nuptiarum ingreſſu, uſque ad hujus vitæ corporisque terminum concluſivum, quum non ulterius ſe talis duratio in alteram extendat vitam, ut olim cum Saducæis plurimi ſomniabant, qui hoc invento reſurrectionem mortuorum eludere ſtudebant, quos tamen ipſe Chriſtus *Matt.* 23, 20. ſatis convenienter refutat, quùm ibi non ſit talis vitæ ſtatus, velut in hoc mundo viget.

10. *Quænam ſunt igitur officia Parentum inter ſeſe durationis hujus reſpectu?*

HÆc iterum ſunt Duplicia. Quædam enim Communia utriusque conjugis, quædam verò propria alterutrius.

11. *Quæ-*

## 11. *Quænam communia utriusque partis?*

EX ipſo fine Conjugii facilè evincuntur. Etenim quùm pium & tranquillum Conjugium præcipua pars ſit felicitatis privatæ & publicæ, patet ſatis, quod ita quoque omnis inde diſpoſitio vitæ piæ dependere debeat. Exordium enim & finis per totum ſpacium hujus curſus pietate vera & vivida cordis connecti ante omnia debent fideliter. *Deinde*, ut perpetuus maneat ardor in Spiritu, adſiduæ & frequentes ſint preces, quùm nullus odor Jehovæ acceptior poſſit offerri, quàm humilitas cordis in precibus. Ideo D. Paul. vult ſemper ſimus in devotione hac 1 *Theſſ.* 5, 16, 17, 18. Semper, inquit, gaudete. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, indeſinenter orate. In omnibus gratias agite. Hæc enim eſt Voluntas Dei per Chriſtum Ieſum erga vos. Ad quod maximè etiam conducunt, hymni Pſalmorum & cantilenæ ſacræ domeſticæ. *Tertio* honeſtè & caſtè inter ſe vivant, ut ſub Deo unum ſint in mutuo amore, & mutua atque illibata Fide, & conſuetudine conjugali, quæ maximè ſe exerit in iis regulis, quas Medici ſaniores præſcribere ſolent, ut tempus lunare in plenilunio ritè obſervetur, pro generatione aut conceptione. Tum enim firmioris valetudinis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tudinis proles, propter minorem humorum & ſeminis mutationem, concipitur, quùm Luna prædominium in tali actu ſibi vendicet, quod rectius dignoſcitur in Solis exaltatione. *Quarto* mutuam εὔνοιαν ſive benevolentiam absque moroſitate inter ſe colant. Amicitia enim vera, ſine ἀντιφιλήσεως nulla eſt. Jdeoque *quinto* offenſiones ſedulo cavendæ ſunt, quam ἐπιείκια optimè ubique conſervat. *Sexto* Alter alterius toleret infirmitates, & ſciat ſibi cum homine negotium eſſe. *Septimo* fides conjugii non eſt frangenda adulteriis, quorum dedecus ſummum, & certum exitium ante fores viget. *Octavo* Simul cohabitent in mutua tolerantia, & Conſolationem mutuam exhibeant in communibus ærumnis & afflictionibus ferendis. Proinde etiam *nono* nimia curioſitas in dictis & factis inquirendis abſit. *Decimo* In conjugio nihil proprium cuiquam eſſe debet; ſed omnia communia tàm quoad interna, quàm externa bona in facultatibus atque devitiis. *Demum* mutuam operam conferant in educandis liberis, nec tantum alendis, quod etiam beſtiæ faciunt, ſed etiam inſtituendis in Fide & vera pietate. Unde nunquam à ſedula lectione Verbi Dei abſtinendum. Quia liberi ſunt fructus Conjugii, qui meritò ſibi primas partes in conſervando amore & conciliando vendicant.

dicant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

dicant. Proinde dicit Apoſt. 1 *Theſſ.* 4. 3. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ut ſciat unusquisq; veſtrûm ſuum vas, id eſt Corpus, poſſidere in ſanctificatione & honore, &c.

12. *Quænam ſunt alterutrius officia?*

ITerum duplicia ſunt; alia officia viri alia vero uxoris.

13. *Quænam ſunt officia viri?*

1. UT uxorem inſtituat in veri Dei & Jehovæ metu & cultu. *Deut.* 11. 19, *&* 1 *Corinth.* 7, 14, 16. *Epheſ.* 3. 28, 29.

2. Non ægrè ferat ſi primo mulier difficilem ſe præbeat, ſed manſuetudine eam vincat.

3. Non ſit γυναικοκρατούμενος; ſed Caput uxoris ſe debitè ubique demonſtret, ad præſtandam uxori protectionem & defenſionem; Sic ut foveat eam tanquam carnem ſuam amabiliter & cum honeſto reſpectu non tyrannicè.

4. Nec tamen ſit amarulentus, ceu prohibet *D. Paul. Coloſſ.* 3. 19. nec eam tanquam ſervam aut ancillam tractet; ſed memor ſit, ſe vitæ ſociam adſumpſiſſe ſibi *Gen.* 29, 10. *Gal.* 4, 22, 36.

5. Vxori & familiæ, juſtè vocationi incumbendo, de neceſſariis proſpiciat.

6. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

6. Demum afflictæ uxori commiſe-
rando & conſolando adſit, adeoque par-
tem jugi in ſe libenter derivet, quùm ſit
pars debilior. 1 *Pet*. 3,7.

### 14. *Quæ vero ſunt uxoris partes in maritum?*

1 PRudens ſemper ſit in pietate & Cor ad Deum habeat ubique erectum. Nam ſapiens mulier ædificat domum; inſipiens deſtruit. *Proverb*. 14,1. Atque (2) ut hoc eò rectius expleat, ſemper comitati ſtudeat, honore debito virum afficiens, nec formæ aut doti uſpiam fidat. *Syrac*. 26,26. (3) Non ſit imperioſa, ſed ſemper obſequens in ſubjectione liberali, *Eph*. 3,22, & 5,22. *Col*. 3,18, & 1, *Pet*. 3,2,6. (4) Non cupiat eſſe ſemper mundula aut gemmis ornata, ut aliis placeat, aut veſtitus genus mutet, ſpeculum ſemper amando, ſed potius ad placitum viri mores cunctos accommodet. (5) In venuſtate ſit blanda, ſi commodè viro uti velit, & gaudeat ſolummodo cum viro in publico conſpici. (6) Ideoque non oberret per plateas circumcurſitando alienas viſitans ædes; ſed ſuæ domus ſit fida cuſtos. (7) Non garrula eliminatrix, ſed decenti & parco ſermone omnia expediat, ut ſuis maneat in auctoritate. (8) Quare nec facilè effervеſcat bile nimia tumens, potius ad iram tar-

diſſima progrediatur (9) Beſtiæ ſunt & Furiæ, quæ maritis inſultant in adverſis; Proinde medicinæ loco ſit viro in malis morbis vitæ & ſortis. Sic (10) mariti vitia non tentet uſpiam conviciis taxare aut maledictis, ſed blanditiis magis corrigere & obtegere. (11) Omninò à vetulis & garrulis mulierculis abſtineat, quùm plurimùm faſcinent, obſtinaciam cauſent, & bonas quoq; in malos mores abripiant. (12) Denique non ſit dilapidatrix, ſed piè & fideliter curet liberos ac familiam, ac in pietate exerceat ſuos, ut honori undique ſit Chriſto & marito. Vide plura de his. *Proverb.* 31. 10. & *ſeqq. Syrac.* 26.

### 15. *Quis potiſſimus uſus hujus doctrinæ?*

VT maritus & conjux in fundamentali hoc vitæ ſuæ ſtatu Liberis & poſteris ſemper exemplares ſint perſonæ, ex quibus nihil mali profluat; ſed potius ab omni abſtineant ſcandalo, quod tot parit cotidiè corruptelas. *Matt.* 18. condemnabiles.

### 16. *Quænam autem ſint officia Parentum ex liberorum intuitu?*

DUplicia iterum ſunt; alia communia, & alia alterutrius. Item, propria, ſive particularia.

17. Quæ-

17. *Quænam ſunt Communia Officia in Liberorum ratione habenda?*

EA ſunt, quæ vel naturæ munus exigunt, vel dilectionis informationem; ſequuntur.

18. *Quænam munera naturæ heic dicis?*

QUæ curæ generationis legitimæ & nutritionis juſtæ impenduntur.

19. *Quomodo officia in generationis cura ſe habent utriuſque?*

VT ſint ætatis vegetioris, non admodum juvenculi, aut nimis defæcati, quùm tales edant debiles corpore, & animo ſtupidos, uti ait Plato. *Deinde* ut non ſint nimis guloſi & repleti. 3. Temporis & conſtellationis rationem habeant in plenilunio potiſſimum. 4. Nec unquam absque vera intentione liberorum congrediantur. 5. Tempore geſtationis uteri ab omni commotione animum turbante abſtineant, quùm præſertim iracundia maximè ſit noxia, &c.

20. *Quomodo in nutritionis cura?*

UT alimenta non deſint, quæ ad ſuſtentationem vitæ faciant, & curam in educatione promovenda proſpiciant. 2 *Cor.* 10, 14. Parentes filiis theſaurizare debent.

21. *Quodnam officium dilectionis informatione ſequitur?*

HOc maximè ſe exerit in ςοργῇ illa, qua Jus naturæ hoc exigit, ut quod ex quoque natum, id ita quoque in digna charitate & amore foveatur, ne facilè infantes exponant, aut à ſe abigant parentes: imo nec ullum curent abortum, quo nihil nefandius dici poterit. Deinde omni conatu piæ & debitæ educationi incumbant, & ſuo tempore de elocatione maritali iterum ſint ſolliciti in poſterorum propagatione ſui.

22. *Quanam ſunt officia particularia Parentum?*

QUæ cuique parentum propriè competunt in fœmina ſive uxore & marito aut viro.

23. *Quanam ſunt uxoris officia?*

VT mater ipſa lactet infantes ſuos, ſi ulla ratione fieri poſſit, quùm nihil infanti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

infanti tenello ſalubrius, quàm cognatum & familiarem haurire ſuccum, & adſueto calore foveri, qui ipſi in ſanguinem nativum convertitur, unde omnis vitæ conſuetudo emanat. Quod ſi vero per morbum, aut lactis proprii nequeant matres hoc præſtare defectum, & nimium ſint imbecilles, ut ex tali neceſſitate cogantur adhibere nutrices; ſeligant ejuſmodi, quæ non ſint ſerviles, aut impudicæ, futiles, leves, guloſæ, temulentæ, triſtes, negligentes, iracundæ, invidæ, virulentæ aut maledicæ; ſed ingenuæ, caſtæ, temperantes & manſuetæ, &c. Tum etiam ab incunabulis providè curent, ne in vitia corporis incidant infantes, ſed ut balneis & lotionibus pro regionis conſtitutione foveantur, & motus corporis juſti illis adhibeantur, nec quid obſcœni addiſcant in puertia, &c. Fœminei autem ſexus ſi fuerit inſtans, adultior facta, in pietate & honeſtate ad certum opus ſemper educetur & exerceatur adſidue in cura domeſtica ritè tenenda, &c.

24. *Quæ ſunt officia Parentis propriè?*

QUæ informationem piam morum liberis addant & honeſtam vitæ ſuſtentationem iiſdem debitè procurent.

25. *Quid eſt informatio pia Parentis?*

ESt educatio talis, quæ in pia directione liberorum, eorundemque defenſione conſiſtit.

26. *Quotuplex eſt educatio?*

UTi ex definitione patet; Duplex, quæ partim directionem, partim defenſionem liberorum piam & juſtè debitam concernit.

27. *Quid eſt directionis officium in Parente?*

QUâ curat, ut non tantum liberi benè inſtituantur; ſed etiam à vitiis, quibus naturâ omnes homines inhærent, deterreantur penitus, & corrigantur accuratius ad normam Verbi cœleſtis.

28. *Quid eſt inſtitutio?*

ESt informatio liberorũ moralis, quam non tantum ex naturæ lege ſed etiam ex mandato Dei iis debent, ut animo & corpore rectè ad pietatem & vitam humanam honeſtè degendam inſtruantur. *Eccleſ.* 7. 25. *Epheſ.* 6, 4. Quia ſtultitia colligata eſt corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit illam. *Prov.* 22, 15.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*29. Quotuplex eſt hæc inſtitutio?*

ALia interna curans animi dona, alia externa in mundo ad vitæ ſuſtentationem facientia, unde nonnulli hanc mundanam dicunt, illam religioſam.

*30. Quomodo Inſtitutio talis perficitur?*

SI Parens ritè indolem & ingenium naturæque dona examinet, & tunc in tempore debito, aut ipſe eam ſuſcipiat inſtitutionem piam, aut per alios pios, fidos, & integros præceptores & ductores id ſedulò fieri curet, quos etiam pædagogos nominant aut magiſtros in ſuo artificio. Unde duplicem conficiunt hanc Inſtitutionem, ut paterna ſit alia ſive Magiſtralis, & alia miniſterialis, quæ fit per pædagogum, qui vices parentis in hoc ſuſtinet.

*31. Quid eſt Pædagogus aut Magiſter talis?*

ESt perſona libera inculpatæ vitæ ſtudio præpollens, qui ſingulari peritia pietatis in arte ſua ita excellit, ut cum ſana doctrina eam diſcipulo ſuo, pro rectiori cultu vitæ loco parentis vividè inſtillare queat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 32. *Quæ in pædagogo potiſſimum requiruntur?*

DUo hæc principaliter, ut vir probatæ ſit vitæ & fidei, ac officium ſuum dextrè ex peritia artis præſtare poſſit ac noſcat. Nam quod

*Quisque parum novit nemò docere poteſt.*
Et *turpe eſt doctori, quem culpa redarguit ipſum.*

### 33. *Quid in doctrina Præceptoris notandum?*

DUo, Qualitas Doctrinæ & modus ejus.

### 34. *Quid in Qualitate doctrinæ obſervandum?*

QVùm fons & radix vitæ humanæ imò & ipſa prima felicitas probitatis omnis in eo ſita ſit, ne quis malè faſcinetur in opinionibus primis, ac inde in perverſitatem carnis prolabatur obſtinaciorem, neceſſum eſt, ut ante omnia id ritè curetur, ne in profanitatem temerè quis abripiatur in prima juventute. Etenim tanta vis eſt primæ educationis, ut facilè imprimat cordi venenum ſuum, quod totam vitam & ejus rationem ſanctiorem diſſipet, nec homo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

amplius ſui compos eſſe poſſit. Quod ethnici etiam pervidêre pridem, ut Fabius inde lib. 1. c. 1. proclamat. Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis perdidicimus; nec teſta recens ſuum odorem primum facilè amittit. Ideoque optima doctrina ſemper teneri ætati primò implantanda eſt, ex qua reliquæ omnes vitæ actiones formantur.

35. *Quænam autem optima eſt doctrina?*

HÆc non aliundè poteſt rectius dari aut proficiſci niſi ab eo, qui ipſe eſt optimus. Chriſtus reſpondet ipſe Primati cuidam. Nemo eſt bonus, niſi unus, nempe Deus. *Luc.* 18, 19. Ergo neceſſum eſt, ut ipſius quoque doctrina unicè ſit bona, imò & optima. Namque in ea omnis ſapientiæ theſaurus latet, velut ipſe Chriſtus nobis hanc attulit. Proinde etiam *ait D. Paul. Col.* 2, 3, 4, quod in eo ſint omnes theſauri Sapientiæ ac notitiæ conditi. Et addit ſanctè. *NB.* Hoc autem ideò dico, ut ne quis falſo ratiocinando vos fallat, ſermonis probabilitate. Sic omnis ratiocinatio & ratio ipſa ſe fallit, ac falli ſe ſtatim ſinit, ſi ab hoc deviet paulùm per ſuas ratiocinationes proprias, aut falſi doctoris. Ne verò hoc fiat, ideo ipſe Rex David noluit ab ullo alio, quàm à Deo ſuam addiſcere doctrinam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Pſal.* 119,26,27,35,*&c.* Verbum tuum me ſapientem reddit, propterea omnem odi falſam viam, *ait ibid.* 104. Et addit. Quando Verbum tuum aditur, tunc illuminatione exhilarat, & prudētiâ inſtruit ſimplices. *ibid. v.* 130. Theſaurus enim eſt hominibus, qui nunquam deficit: quo, qui utuntur, cum Deo contrahunt amicitiam, donis ex eruditione profectis commendati *Sap.*7,14. An igitur inſtitutione hac quid poſſit perfectius dari? Et quis non potius ex ore & Verbo Dei vivere amet, quàm hominum, quùm conſter, quod quisque homo ſit mendax potius & ex ſua opinione vivat, quàm ex veritate?

*36. Quomodo verò ad hanc doctrinam aditus patet ſolidus?*

AVdi heic cōſilium ſapientiſſimi mortalium *Prov.*7,1,2,3. ubi ait: Fili,,, mi, obſerva ſermones meos, & præce-,, pta mea reconde apud te. Obſervans,, præcepta mea vives, doctrinamque,, meam ut pupillam oculorum tuorum.,, Alliga ea digitis tuis, & inſcribe ea ta-,, bulæ cordis tui. Dic ſapientiæ, ſoror,, mea es; & affinem prudentiam voca.,, Id eſt, ita Verbi Dei amatorem te facias tibi, ut nuſpiam aliàs reſpicere velis, ac precationibus apud Deum inſta adſiduò, quod conſilium *Sap.* 8. *&* 9. invenis.

37. *An*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 37. *An non etiam aliundè acquiritur Sapientia?*

MVndanus Spiritus mundana in potiori habet precio quam cœlica & ere Chriſtiana; unde nec facilè admitit hanc loquelam. Sed qui ad amicitiam )ei adſpirat, id puro cordi inſcriptum ovet, ut huic principali unicè affixus naneat, & mundana non aliter, quam veit parerga curet. Aliàs enim ingens ſub is venenum peſtiferum, ut ſup *lib. 1. c. 4.* xplicatum eſt partim, latet, niſi præcaeantur ſeductiones, quæ ex ethniciſmo rofluant. Ideoque ſummè neceſſarium ſt, ut ingens ſelectus habeatur auctoum, qui hominem in externis infornent artibus. Inde David *Pſal.* 105. 35. it: Et illi ſe ſubmiſcebant gentibus, & orum addiſcebant mores. Tam facilis ſt omnis Ethniciſmi corruptio.

### 38. *Qualis autem heic requiritur ſelectio informatorum?*

VT non niſi cum ſana mente audiantur ii, quibus nil niſi perpetua cõmendatio Ethniciſmi vani & luxurioſi in ore eſt. Velut ipſe Plato, quamvis Poëtas in Lyſide πατέρας τῆς σοφίας; καὶ ἡγεμόνας patres quaſi & duces Sapientiæ vocet; tamen fabuloſa eorum ſcripta de Diis & heroibus non tantum vult rejici

lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

lib. 2. de Republ. ſed etiam lib. 9, & 10 penitus ex Republ. exterminanda profert, adeo, ut etiam 50. annis natum velit, qui ſaniora legere velit poemata. Hoc judicium Sapiens ethnicus de ſui generis auctoribus tulit; quid verò ſentiret de noſtratibus, ſi eſſet Chriſtianus natus? Nonnè magis nos deteſtaretur, ſi cerneret, quod tanto prolubii conatu omnes in quamvis Idololatriam ethniciſmi cōdemnatiſſimam proruamus? Nonnè inde corruptiſſimi mores carnis ſequantur? An nō inde ſumus turpiter ethnici Chriſtiani? In primis maximo nocumento ingenuis animis eſt blaſphema Poëtica idolomania, quæ tamen paſſim in Scholis & academiis fervido excolitur ſtudio eousque, ut perpetui ſpurcitierum talium audiantur commendatores & patroni contra expreſſum Jehovæ mandatum.

*39. Quale eſt illud Iehovæ mandatum?*

QUod *Exod.* 23. 13. populo ſuo his verbis publicavit: πάντα ὅσα λελάληκα πρὸς ὑμᾶς, φυλάξεσθε. καὶ ὄνομα θεῶν ἑτέρων οὐκ ἀναμνησθήσεσθε, οὐδὲ μὴ ἀκουσθῇ ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. *Omnia, quæcunque dixi ad vos, cuſtodietis: & nomen Deorum alienorum non memorabitis, nec audietur ex ore veſtro.* Quid clarius poteſt hoc mandato proferri? quid manifeſtius

feſtius? Nihilominus vix eſt, qui ſeveram voluntatem Dei Jehovæ in hoc agnoſcat. An putamus Jehovam eſſe ſicut homines? Certè ſeverus erit vindex tantæ Idololatriæ. Imò & jam ſedet Judex juſtus pro tribunali, & inde tàm duro gladii belliq; flagello nos percutit.

### 40. *An nondum in tam clara luce Euangelii quieſcit Idololatriæ Ethnicæ commendatio?*

NOndam certè. Namq; non adeò pridem præ Sacris Litteris quis auſus fuit Senior ita Commendare ex Dione Homerum ut omni ætati abundè ſapientiam præſtet. Is, inquit, & medius, & ultimus & primus eſt, omnibus pueris. & viris & ſenibus tantum à ſe largiens, quantum unusquisque accipere poteſt. Hoc vero ego ad omnes vitæ actiones rectè transferam. Eſt enim ille NB. NB. reverà Oceanus, non ex quo primum omnes fluvii & maria omnia manant, Atque omnes etiam fontes, amplæque paludes; ſed artium, ſalutaris conſilii, rationum, ſermonis, & virtutum, ac parum abeſt, quin divinioris alicujus ſapientiæ &c. En quanta veſania & cœcitas perverſa hominum mentes cœperit! En talia ſcandala in Chriſtianiſmo media toleramus! Quare? Quia noſtri ſapientes Opiniſtæ hæc tradunt, Si tanto ſtudio Verbum

bum Jehovæ commendaretur, eſſet, quod gauderemus. Sed, proh dolor, cœci eſſe cupimus omnes. Jehova miſereatur noſtri. Sed de his in pluribus cognoſcas eximium noſtri temporis Theologum *Statium Buſcherum in præfat. Synops. Theol.* quã in calce libri hujus invenies, ubi monſtrat nævos inſignes talium, & quæ cautiones ulterius habendæ.

41. *Modus autem Doctrinarum in quibus conſiſtit?*

IN duobus maximè, in commoda videlicet applicatione, & exercitiis juſtis.

42. *Quid per applicationem intelligis?*

VT res cujusque facultatis perſpicuè proponantur, ac uſui accommodentur vero.

43. *Quæ ſunt requiſita perſpicuitatis?*

PLura quidem ſunt; ſed hac vice ſufficiat noviſſe quoſdam Auctores ſanioris Philoſophiæ & Medicinæ; qui Veritatis normam propius ſequuntur, inter quos primas meritò quis deferat Salomoni, & ejus imitatori Teutonico; Eſt & Paracelſus, Quercetanus, Hartmannus, Nollius, ac Petræus, &c. nec exiguum filum rudioribus ingeniis Ramus in

in diſpoſitionibus rerum, &c. pro faciliori cognitione acquirenda duxit in externis, & qui eum ritè ſequuntur, ut ſunt Pfaffradius, Buſcherus, &c.

44. *In quibus autem uſus conſiſtit?*

IN exercitatione ingenii & Corporis: Ingenium in cognitione Linguarum & rerum primitus, ſed in pietate exerceatur ſemper. Corporis exercitia habentur varia quidem; ſed non omnia probanda, præſertim quæ levitati morum quid ſuperbiæ aut inſolentiæ adjiciunt, quum omnia potius ſint retrahenda ad modeſtiam.

45. *Quam verò dicis Inſtitutionem mundanam?*

QVæ internæ ſubſervit ita, ut per eam ſibi liberi comparent artes ad vitam externam rectius ſuſtentandam, quas faciunt vel liberales, vel illiberales in corporis laboribus & manefacturis maxime conſiſtentes; de quibus alibi.

46. *Quid verò ex q. 27. per Correctionem intelligis?*

ESt officium parentum morale & ſummè neceſſarium, quod conſiſtit

ſiſtit in prohibitione omittendorum, u
inde liberi caſtigentur, ſi male vivant.

47. *Quotuplex eſt hoc officium Correctorum?*

DVplex: aut verbale aut reale.

48. *Quid eſt Correctio verbalis?*

EST actus reprehenſorius parentum quo verbis durioribus aut moderatis, pro captu liberorum, eos corrigunt & peccata iisdem ob oculos arguendo ponunt, ut cautiores eſſe & voluntati parentum ſeſe accommodare rectius ducant. *Gen.* 34, 30, & 1 *Sam.* 3, 13. *Prov.* 13, 24. & 23, 23, & 29, 17. *Hebr.* 12, 7. &c.

29. *Quid eſt Correctio realis?*

EST actus rigidioris proceſſus, quando parentes à verbis ad verbera alia vè media, pro ratione perpetrati, pro grediuntur, ut liberos ad munia juſt pœnitentiæ & paritionis revocent.

50. *Quotuplex eſt hæc Correctio?*

DVplex: Alia enim fit propriæ auctoritatis expeditione & plerumq; virgis in minorennes, *Prov.* 13. & 22. 15 *Sirac.* 30. 12. alia cum auctoritate pu

blica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

lica, & eſt Juris poſitivi aut conſuetu-
inarii; quò referenda eſt Abdicatio quæ
pponitur adoptioni. *l. 6. C. de patr. poteſt.* & exhæredatio *tit. Inſt. de exhær.* *r l. 81. ff. de lib. & poſth.* de quibus paulo poſt.

51. *Quid tandem eſt ex q. 25. defenſorium officium Parentis, ſive ipſa defenſio?*

EST æquitati naturali conſentaneum munus, quo Parens ab omni externa vi & injuria liberos tutos & ſalvos præ-tare tenetur, ne quid damni in honore, valetudine aut fortuna patiantur: Velut etiam in brutis animantibus ſimile quid contuemur. Hujus contrarium eſt filiorum derelictio *Levit.* 19. 29. Sed tantum hac vice de parentum ſtatu eorumque officio, dum pauca adhuc *ex q. 4. h. cap.* de poteſtate parentum *& ex q. 3. de liberis* noſcenda reſtant.

## CAP. XVI. Præcogn.

# De Poteſtate Parentum & Patria ac de Liberis.

1. *Poteſtas viri unde eſt in Conjugio?*

EX ipſo effectu Conjugii promanat, ut ſupra cap. 14. q. 27. dictum eſt,

 quùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quùm conjugio ita arctè inhæreat, ut ſtatim contractis nuptiis ſimul inde reſultet. Etenim quum caput referat uxoris, etiam tale Jus in eam; & quicquid ex lumbis eorũ naſcitur, ut ait S. Script. *Gen.* 3. 16. Vnde autem propriè ſit hæc vox infra *lib.3.cap.2.q.2.* explicabitur.

2. *Quid eſt verò Poteſtas Conjugalis?*

Est Juris conjugalis effectus principalis, marito tanquam capiti à Deo & naturali æquitati attributo, ut eo pleniori auctoritate dominium pro qualitatis conſtitutione in terris ipſi commiſſum convenienter expediat, & vitæ ſuæ ad gloriam Dei accommodet. *Geneſ.* 3. 16. 1 *Cor.* 11. 3. 10. *arg. l. 1. parag. 5. l. 2. ff. de lib. exhib.*

3. *Quotuplex eſt hæc Poteſtas?*

Dvplex, alia maritalis, & alia Patria ſive Paterna. *Sirac.* 33. 20. *& ſeqq. l. 1. ff. de Senator.*

4. *Quid eſt Maritalis poteſtas?*

Est Jus libertatis & facultatis ſociæ, ſive dominii, quod ex conjunctione mutua marito in ſubjectam ſibi conjugem competit, de qua *d. Gen. c.* 3, 16, & 1 *Corinth.* 14, 34, & 1 *Petr.* 3. *Eph.* 5. 22.

*Num.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Num.* 30. & 1 *Cor.* 11, 3, 10. *Sirac.* 10, 28, & 33, 20. *Proverb.* 17, 11, 29. *l.* 195. *parag.* 3. *ff. de V.S. tit. tot. ff. De his qui ſui vel alien. Iur. ſunt.*

5. *Quid eſt patria poteſtas?*

EST Jus liberæ facultatis & dominium quod Parens habet ex naturali procreationis aut civili adoptionis auctoritate & lege in liberos ſuos, ut ejus rectè vivant nutui. *Exod.* 22, 16, 17. *Num.* 30. *Deut.* 22. 16. *Eph.* 5, 23, *& ſeqq.* 1, *Sam.* 18, 20, 21, 27 *&* 2 *Sam.* 13, 13. *Inſt. de patr. poteſt.*

6. *Quid heic obſervandum?*

SYnonyma hujus poteſtatis & ejusdem diviſio.

7. *Quæ ſunt ejus Synonyma?*

QVando vocatur quoque nexus patriæ poteſtatis *l 3. C. de caſtr. pecul. mil. lib.* 12. nexus paternus *l.* 6. *parag. quùm C. de* *on. qualib.* vinculum patriæ poteſtatis . 17. *C. de donat.* Sacra parentum *l. pen. C.* *le adopt. l. ult. C. de cur. furios. l. ult. C. de* *noff. teſt.* Sacra patris *l. ult. parag ult. C. de* *noff. teſt.* Sacra & pietas patris *l. in con-* *unct. C. de nupt. l.* 5. *ff. ad Leg. Pompei. de* *atr. l. ult. ff. ſi quis à par. man.* Jus in li-

beros *l 8. ff. de his, qui ſunt ſui aut. parag. 1. Inſt. de pat. pot.* Dominium in liberos, *l. 3 l. ult. C. de infan. expoſ. l. 6. C. de ſpectac. & Scen. lib. 11.* Jus patrum, *l. unic. C. de emend. pro l. 132. ff. de V. O.* Jus patriæ poteſtatis *parag. 2. Inſt. de pat. pot l. pen. C. de adop.* domus patris. *Num.* 30, 3, 16. Imago Dei & patriæ poteſtatis cœleſtis *Matt.* 23. *& clem. de patr. pot.* poteſtas inæſtimabilis *l. 114. parag. 8. ff. de Leg. 1.* & Jus moribus receptum *l. 8. l. 3. ff. de his, qui ſunt ſui, &c.*

8. *Quotuplex eſt hac poteſtas paterna?*

DUplex; alia eſt Juris rigoroſæ auctoritatis, & alia utilis poſſeſſionis.

9. *Quid Ius rigoroſæ auctoritatis?*

QVo ex barbarica olim conſuetudine *& leg. 12.* parentibus Jus erat liberos omnes relegandi, vendendi & occidendi ex cauſa ſufficienti *2 Reg. 3, 27. &* 16, 3. *&* 17, 17. *&* 21, 6. *& 2 Chron.* 28, 32. *Ezech.* 16, 20, 36. *&* 20, 31. *&* 32, 27. *l. 20. & ſeqq. ad L. Iul. de ado l. 5 ad L. Pomp de parric. l. 3. 4. & ult. C. de pat. pot. Roſin. lib. 8. antiq. Rom.* Quo tamen non tantũ à Deo prohibitum fu *Levit.* 11. 21. *&* 20. 2. ſed etiam poſte riori plane ſublatum eſt. *l. ult. & l. 1. C. de emend propinq l. 5. unica C. de hi, qui pa vel lib. l. 4. l. 1 parag. 2. ff. ubi pupill. edu l 12, 13 parag. 2. ff. de adm. tut.*

### 10. *Quid eſt Ius utilis poſſeſſionis paternæ?*

ESt detentio cum naturali affectione, qua liberos omnes cum nepotibus ſibi appropriatos tenet, ut eos Jehovæ uſui in pietate recte deſtinare queat. *l. 8. ff. quod met. cauſ. l. 195. ff. d. V. S. Sirac. 23. 18. 19. Proverb. 23. 22.* Unde liberi inter bona parentum ſuorum etiam Jure Judaico numerabantur. *Exod. 21. 7. & 2 Reg. 4. 1. 2. Num 30. Iob. 3. 5. Matt. 18. 25* Velut & hæreditas parentis dicuntur. *Pſal 127. 3.* quum Jus ducendi, habendi, & utendi liberis habeat. *Exod. 4. 22. 23. Num. 30. ult. Deut. 22. 16.* abdicandi, dimittendi illos, vindicandi, & exhæredandi. *l. 1. parag. 2. ff. de rei vind. l 55 parag. 1 ff. de lib. exhib. 2 Sam. 14. 24. 29. 33. l. 6. l. pen. C. de pat. poteſt. Novell. 115. c. 3. Gen 49. 4. 5. & 1 Chron. c. 5. 1. 2. 3. Deut. 22. 16.* elocandi, matrimonio jungendi. *Deut. 22, 16. Ioſ 15. 16. & ſeqq. Iud. 1. 12.* Jus diſtrahendi, vendendi, & alienandi eos tempore neceſſitatis. *Gen. 31. 15. & 29. 18. 27. & 42. 19. 24. Exod. 21. 7. Deut. 15. 12. Ierem. 5. l. 10. C. de pat. poteſt. l. 1 3. 7. C. de lib. cauſ. & tit. C de patrib. qui fil diſtrax. parag. fin. Inſt. de nox. act. Nehem. 5. 5. 8. & 2 Reg. 4 1. Matt. 18. 25.* quod tamen in Jure Civili ita reſtrictum eſt, ne fiat in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

præjudicium libertatis *l. ult. C. de pat. qui fil. diſtr. parag. fin Inſt. de nox. act. l. 11. C. de O. & A.* Vnde etiam omnes operas, officia, miniſteria liberorum ſic continent. *Gen.* 22.6. & 28. & 29.9. & 37. 13.14. *Prov.* 23.22. *Iud.* 11.36.37. & 1 *Sam* 1.24. & 2.26. *Luc.* 2.51. *Eph.* 6. 1. *Coloſſ.* 3.20. *Matt.* 15.4. *Marc.* 7.10. *Exod.* 20.21. *Deut.* 5.16. & 2 *Sam.* 13.6. *tot. tit. C. de obſeq. parent. à lib. præſt.* Sed heîc notandum, quod parens non poſſit exhæredare filium niſi juſtam ob cauſam.

11. *Quæ autem ſunt Cauſæ exhæredationis juſtæ.*

QVatuordecim à Jur. Conſ. numerantur 1. Si manus violentas intulerit filius parenti. 2. Si injuria gravi eum affecerit. 3. Si criminaliter eum accuſaverit, & non ſit contra Rempubl. 4. Si cum maleficis converſatus fuerit. 5. Si inſidias vitæ ſtruxerit. 6. Coitus cum noverca vel concubina Patris. 7. Delatio damnoſa. 8. Recuſatio fideiuſſionis pro patre incarcerato. 9. Prohibitio teſtamenti faciendi. 10. Adſociatio cum mimis. 11. Vita luxurioſa filiæ, propter quam reſpuit matrimon. honeſtum. 12. denegatio alimentorum patri furioſo. 13. Non redimens patrem captivum. 14. Hæreſis filii. *tit. Inſt. h.*

12. Quæ-

12. *Quotuplex eſt exhæredatio?*

EXpreſſa, & tacita ſi heîc planè præteritus in teſtamento fuerit *tot.tit.C.de lib. præterit.* Exhæredatio autem talis conceſſit in locum abdicationis filiorum immorigerorum ex Veteri Jure.

13. *Quomodo autem ſolvitur patria poteſtas?*

ORdinariè ex conſuetudine totius ferè orbis Chriſtianæ hoc fit per emancipationem, quum Parentes liberis permittant tunc ſtatim propriam alere familiam. *Zas. in l.106 ff.de V.O. Forſt. de Jurisd.fol.279.* Vbi tamen hoc notandum, quod Civium Romanorum propria quædam & nobilis fuerit poteſtas talis, quod illegitimos liberos, ſpurios & Naturales pro ſuis non haberent. *l. 11. 23. 24. ff. de I. & I.* Sed nunc de liberis ipſis *ex præced. cap. q. 3.* quid agendum eſt.

14. *Quid heîc de Liberis notandum?*

DVo: nempe Definitio, & officiorum conditio.

15. *Quid igitur ſunt liberi?*

SVnt perſonæ ex parentibus commodo poſteritatis progeniti, quibus è contra



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ita omnem vitæ rationem poſt Deum debent, ut iis omni honoris, amoris & obedientiæ gratitudiniſque reverentia obſtricti teneantur.

16. *Quid heic obſervandum?*

DVo: Nominis ratio & ejus cognominationum differentiæ.

17. *Quænam eſt Nominis ratio?*

PRocreatio ſobolis quàm cara & res ſancta ſit, id ſuperius explicavimus: Ideoque Cic. heîc non admittendus eſt impuro admodum & carnali judicio, quando *1. Offic. ait:* Liberis dare operam re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. Ethnici vani non niſi ethnicum de re ſancta ferre poſſunt judicium, id eſt, ubique corruptionibus ſuis involutum. Ipſa enim nominis ratio contrarium monſtrat, quùm vox hæc liberorum adeo ſit optabilis, ut ſtatim prima appellatione indicet quanta libertas ſubſit in hoc tam inæſtimabili dono Jehovæ. Et quod Liberorum procreatio donum eximium Dei ſit, toties id S. Scriptura declarat. *Gen.* 1.28. & 4.1.25. & 16.2. & 20.17. 18. & 25.21. & 29.30. 31. & 30. 22. & 48.9. *Ruth.* 4.13. & 1 *Sam.* 1.19.27. & 2.21. *Pſal.* 113.8. & 127.4. *Eſa.* 66.9. Proinde meritò hoc dulciſſimum libertatis

tatis nomen ipſis competit, quod non tantum liberè procreati ſint; ſed etiam liberum regimen ſibi conciliarint, quando cum auctoritate Dei in hanc prodierint lucem, ut adeò Parentes cum liberis ſuis Imperium regno ſimile colant.

18. *Quæ habent liberi cognomina cum differentiis ſuis?*

QVùm pii parentes liberorum procreandorum animo ac voto ſuas ducant uxores, ut non ſolum filios & filias; ſed etiam nepotes ac ex iis poſteros in diuturnitatis memoriam relinquere poſſint, fit inde, ut Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæterique ex his deſcendentes contineantur *Paul in l. filii ff. de V. S.* ſicuti ſuperius id de Patris & majorum locutione affirmavimus. Continentur autem hoc nomine pignora utriusque ſexus, filios & filias, de quibus propriè hoc loco agitur; ac dicuntur aliàs proles, ſoboles, prolificum ſemen, progenies, quamvis & hæc locutio poſteros ſimul exprimat. Filios tamen ἀπὸ τ῀ φιλίας dictum volunt; ab amicitia, quæ inter parentes & filios naturali vinculo conſtricta & colligata tenetur, unde & liberi verè qui ceu libero & liberali ingenio parentes ſpontè amant; ſin minus; barbari ſunt & ſervi, id eſt barbarico ingenio præditi, imò & mon-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſtra naturæ vocandi. Aliàs tamen Chaldæis Bar & filium & frumentum ſignificat, quod filii parentes unicè amare, & parentes iis alimenta præſtare debeant. Sic & Bar puerum ac caſtum denotat, quo indicatur tum verè puros eſſe, ſi parentes ritè honorent. Græcis τὰ τέκνα liberi ſunt *Matt.* 9.2. & 15.26. à τίκτω pario; unde τόκος partus & uſura *Matt.* 25.27. *Luc.* 19.23. quùm non tantum liberi ex parentibus progignantur, ſed etiam eorum uſura in parentes iterum redundare debeat, velut pecunia in uſuram depoſita. Sic etiam υἱὸς *Matt.* 22. 42. ἀπὸ τοῦ ὕω non incommodè derivatur quod & ſtillo, ſive inſtar pluviæ decido, & irrigo, refocillo eſt, quùm ex Jehovæ benedictione per parentes quaſi cœlitus in terram deſtillentur liberi, ac velut ex ſanguine pluviali prodeant, unde meritò refectionem & recreationem iis referre debent omni gratitudine mentis & actionum. *Matt.* 1. 1. *Ioh.* 3. 35. *Luc.* 18.38. & *Apocal.* 12.5. Veluti commodiſſima inde eſt locutio *Tob.* 5. 23. & 10.4. quod filius ſenectutis vocetur baculus, qui auxilium denotat *Pſalm.* 23.4. & 2 *Reg.* 18.21. & *Eſa.* 36.6. ut mutuo auxilio quàm optimè Parentes & liberi cohæreant. Vnde conſtat quænam officiorum catena ſit arctiſſima, quâ inter ſe iſti utrobique conglutinentur.

19. *Quænam eſt officiorum conditio?*

HÆc non rectius, niſi ex ipſo Dei Verbo peti valet, ceu peculiare habetur in Decalogo mandatum. *Exod.* 20. 12. *Deut.* 5.6. *Levit.* 19. *Eph.* 6.1. *Coloſ.* 30.20. ubi omnia officia debita uno honorationis verbo includuntur cum eximia promiſſione omnis felicitatis in hac vita, & excluduntur inde omnia contraria, quæ quaſi hinc ſunt expreſsè prohibita, ut duo ſint ritè heîc obſervanda: Mandati divini in verbo reverentiæ cõtenta, & Prohibitionis vis ac ſeveritas, in contrariis ſe manifeſtans.

20. *Quænam igitur ſunt contenta in honoratione parentum?*

HÆc omnes operationes animi internas, & corporis externas honoratio continet, id eſt, ſolummodo in benefaciendo conſiſtit. Honorem enim deferre, nil aliud eſt in S. Script. quàm benefacere, *Matt.* 15,5,6. *Marc.* 7,10,11,12. Imò & ipſam bonitatem exprimit, quùm filiis nil aliud competat, quàm ut undique bonos ſe in parentes præſtent, *Proverb.* 10, 1. & 13, 1. & 15, 20. & 23, 24.

21. *In*

21. *In quibus autem maximè ea bonitas rebus exprimitur?*

IN his 6. maximè, Pietate, Amore, timore, reverentia, obedientia, & gratitudine, quæ omnia ubertim explicantur, *Gen.* 9.23. & 23.27. & 27.1 & 28.7. & 37.14.15. *Exod.* 20. 12. & 21..17. *Levit.* 19.3.32. & 20,9 *Deut.* 5.16. & 21,15,18. & 27.16. *Iud.* 4,1. & 1 *Sam.* 2.11.18. & 3.1.7. & 8.1. & 18.5. & 1 *Reg.* 2, 10, & 2 *Reg.* 2.23. & 12,2. & 22,1. & 2 *Paral.* 34.3. *Eccleſ.* 3.1.8. & 6.18. & 7.29. & 8.7.11. & 22.3. & 25.10. & 32.24. *Tob.* 4.1. & 14.5. *Iob* 1,4, & 8.4, & 32,4,6. *Prov.* 1,8, & 4,1, & 6,20, & 10,1. & 13,1. & 15,20. & 19,26. & 20,11,20, & 27,15, & 23. 19,25. & 28,24. & 30,17. *Ierem.* 35. 16. *Ezech* 22,7. *Matt.* 7,20. & 10.35. & 15,4. & 19,19. *Marc.* 10,19. *Luc.* 2. 48. & 18,20. *Actor.* 7, 14. & 22, 3. *Eph.* 6. & 1 *Col.* 3,20, & 1 *Tim.* 5, 1. & 1 *Pet.* 5,5. &c. Namque parentum perſonæ tam intus animo, corde & memoria ſunt ſanctæ & reverendi cõſiderandæ liberis. *Lev.* 19.3. *Deut.* 5.16. *Prov.* 23.22. *Matt.* 15.4. & 19.19. *l.* 4. 5 *C. de patr. poteſt. l. ult. parag.* 4. *C. de bon. quæ lib. l.* 4. *ff. de in jus voc. l.* 8. *ff. de probat. l.* 1.2. & *tot. tit, C de obſeq. parent. a lib. præſt.* Quàm verbis & factis amorem ſince-

ſincerum & obedientiam integram ſibi à liberis requirunt. 1. *Regum.* 19. 20. *Matt.* 8,22. *Ioh.* 19.27. *l* 28. *parag* 3. *ff. de lib. legat. l.* 50. *in fin ff. de legat.* 1. Quâ nõ tantum omnia conſenſu & conſilio parentum peragunt eorundem educationi juſtæ debite ſubmittunt. *Num.* 30,5,6. *Gen.* 28. *l.* 2,3, & 29,19,20, & 2 *Sam* 13,27, & 15,8,0. *l.* 25. *l.* 35. *ff. de rit. nupt. l.* 11. *ff. de ſtat. hom. l. fin. ff. de O. & A.* & caſtigationem paternam libenter ſuſcipiunt, *Gen.* 34, 30. *Deut.* 21,18. & 1 *Sam.* 3,13. *Prov.* 3, 12. & 13, 2, 4, & 23,13,14. & 19, 18. *l.* 16. *parag.* 1. *ff. de pœn. l.* 1. *C. de emend. propinq. l* 3.4. *C. de pat. pot. Hebr.* 12.7. Sed etiam nævos & dedecus parentum obtegunt, *Gen.* 9.22. & 1 *Pet.* 2.18. alunt eos in neceſſitate , ac tandem honeſtè ſepeliunt, *Geneſ.* 47. & 49.32. *& ſeqq. Tob. cap. ult. l.* 23. *ff. de his qui not. infam.*

22. *Quænam inde præmia filiis constant?*

IN Jehovæ mandato *Exod.* 20. 12. id clarè videre eſt. Tam ſanctè enim ejus obſervationem expetit in liberis, ut primum ſit præceptum inter omnia, cui adjecerit repromiſſionem. *Eph.* 6.3. Ac licet generalis ſit ejuſmodi, quæ omnem benedictionem in ſe contineat , ut

ex

ex *Deut.*5.16. & *Syr.*3.9.10. patet; tamen maximè in his eminent 1. Bona conſcientia. 2. Dei præſentia in adverſis *Syr.* 3. 16. 3. Prudentia *Proverb.*.4. 4. Longævitas *Exod.*20.12. 5. Honores *Syr.*23.18. *Prov. c.* 8. 6. Incrementum rei familiaris cum εὐτεκνίᾳ *Syrac.*3.5.6. Ethnici hinc quoque dicere ſoliti ſunt, *Eurip. in Heraclid.*

*Quisquis in vita ſua parentes colit,*
*Hic & vivus & defunctus Dîs charus eſt.*

Cujus tranſlationem Chriſtiano ſtilo ita facere libet.

*Vita ſua qui cuncta Parentibus*
*Synceri amoris munera deſtinat;*
*Et vivus & defunctus ille*
*Charus ubique viget Iehovæ.*

23. *Quænam his ſunt Contraria officiis?*

LIcet ex oppoſitione id facilè pateſcat; tamen quia etiam expreſsè habentur prohibitiones cum pœnarum annexu, paucis attingere eas non iniquum eſt!

24. *Quæ igitur ſunt?*

SUnt vitia & crimina omnia, quæ nomine Inobedientiæ continentur, unde etiam immorigeri, contumaces, & rebelles dicuntur: Nominatim verò ſunt: 1. Odium. 2. omnis conatus refractarius & rebellis. *Exod.*21,15. unde 3.

moleſtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

moleſtia affertur parentibus aliqua;quod adeò cautè evitandum, ut 4. neque maledicendum illis *Exod.* 21,17. multo minus 5. manus violentæ inferendæ ſint. ſub pœna *ibid.* 21,16. *Levit.* 20,9. *Matt.* 15,4. *Marc.* 7, 10. nec 6. ulla ratione nocendum. *Prov.* 28,24. aut 7. contumaciter reſiſtendum,vel 8. impatienter quid ferendum ab iis. 2.*Sam.* 15. *&c.*

25. *Quali autem pœna filii contumaces aut rebelles afficiendi?*

PRo diverſitate delicti, diverſimodè puniuntur. Juxta legem Jehovæ in Veteri Teſtam. filius contumax maledicus publico Judicio populi tradebatur, & lapidibus obruebatur, *Exod.* 21, 15. *Levit.* 20,9. Contemptor parentis maledictus *Deut.* 27,16. Qui torvo vultu eos adſpiciat, dignus oculorum privatione, *Prov.* 20,20. Si quem parentum quis liberorum vita ſpoliaret, & parricida evaderet,huic pœna erat, ut primo virgis ſanguineis verberaretur, poſtea culeo inſueretur, cum cane,gallo,vipera,& ſimia, in profundo maris ſubmergeretur. *Inſt. de publ. Iud.* hodiè etiam igneis fornicibus diſcerpuntur. Parentes tamen habent quoque ſuos caſtigandi modos, quorum extremum eſt, ut exhæredatione perfidos puniant. *lib.* 3. *Inſt. h. tit.*

26. *Sed*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*26. Sed daturnè caſus aliquis, in quo non ſint parentes honorandi ?*

NUllus certè dari poteſt caſus in ſecunda tabula Decalogi, quum nulla poſſint eſſe impedimenta legitima ſervandi præcepta Dei, niſi ea, quæ majoris juſtitiæ & pietatis obſervantiam, qua Deo omnes obligatiſſimi in conſcientia tenemur, impediant. Inde enim Deus in prima tabula ſuum ſibi pleniſſimè reſervavit amorem & honorem; ac in ſecunda primas ſtatim partes Parentibus, & Magiſtratui, attribuendo adſcribit, ut nemo temerè in ullam rebellionis excuſationem incidat. Namque licet parentes duri, intractabiles, ebrii, adulteri, blaſphemi, impii, & malefici ſint; tamen amor & patientia omnem vindictam & indignantiam exuperare debet, quùm omnis vindicta Jehovæ committenda ſit. *Gen.* 15, 14, & 50, 19. *Levit.* 19, 18. *Deut.* 32, 35. *Iud.* 8, 20, & 16, 20. *Pſal.* 7, 7. & 9, 13. & 49, 1. *Prov.* 17, 11, & 20, 22, & 24, 29. *Rom.* 12, 19, *&c.* Ita quoque patet quid de Magiſtratu iniquo & tyrannico ſentiendum, quùm ſimilis aut par ſit ratio, & nullus rebellionis prætextus heîc valeat in ſecunda tabula minus obſervanda. Nam velut nihil impedit liberos, quò minus & Deum diligant unicè, colantque renati, & ſimul hono-

honorent parentes, etiamſi ſint impii: ſic etiam nil impedit ſubditos, quo minus fide renati reſpiciant patentia & ſpe in Deum, ac ſimul debita præſtent Magiſtratui impiiſſimo, etiam ſi quid adverſi propter Chriſti confeſſionẽ ſit tolerandum & uſque ad mortem exuperandum more martyrum. Quippe ita perfectus & abſolutè amor noſter in Jehovam elevatus & directus eſſe debet, quotquot veri Chriſtiani eſſe in veritate cupimus facti, ut nihil omninò, vel profundi vel alti aut perſecutionis ullius quidpiam, nos ſeparare queat ab amore Dei in Chriſto Ieſu *Rom.* 8, 38, & 2 *Cor.* 6, 3, 4, 5. Unde etiam Chriſtus, *ait*, *Matt.* 10, 37. qui amat patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, ac ponè me ſequitur, non eſt me dignus. Tantum abeſt, ut quis heîc ad rebellionem recedere & arma in ſuperiores propter Chriſtum movere poſſit, quùm potius omne cruciaminis genus ſubire in patientia debeat, quàm vindictæ propriæ incumbere. Velut etiam propterea addit Chriſtus *Matt.* 10, 39. Qui invenerit animam, id eſt ſervare ita vitam ſtuduerit, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inveniet eam. Proinde etiam tam acriter rebellio omnis damnatur. *Deut.* 21, 27, & 1 *Sam.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

15, 23. *Eſa.* 45, 24. Et Chriſtus ait ad Petrum, quùm illum in acerrima perſecutione ſua & captura Jure & vi gladii (ut hodie eloquuntur) defendere cuperet: converte gladium tuum in locum ſuum. NB. Quicunque enim gladium acceperint, gladio peribunt. *Matt.* 26, 52. Quod ita videns D. Jgnatius Epiſc. Antiochenus, quùm 3. perſecutio ſub Trajano tam furiosè ferveret, Epiſt. 4. ad Tarſenſes ſcribit. Nihili pendo ſupplicia hæc, neque tanti facio vitam meam, ut eam plus amem, quàm Dominum. Quare paratum me offero igni, feris, gladiis, cruci (tot enim variis ſuppliciorum generibus tum plus quàm tyrannicè ſæviebatur in Chriſtianos & Chriſti confeſſores) dummodo Chriſtum inveniam aut videam, Salvatorem & Deum meum, qui propter me mortuus eſt. Non ait, paratum me offero armis contrariis, &c. ſed patientiæ deſtinabat ſummæ ſe ex mero amore erga Chriſtum, ut hunc, imitando ejus mortem, in quovis genere crucis videret, ne aliàs impatientia aut reſiſtentia violenta illum ſibi abnegaret. Velut etiam Chriſtus, ut potius fuga cedant perſequentibus, quam reſiſtere velint. *Matt*, 10. *v.* 23.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

27. *An non verò magis ita ſit abnegatio Dei?*

MInimè omnium. Abnegatio enim Dei non in tali conſiſtit interpretatione, velut hodiè paſſim juxta frivolam carnalis hominis mentem, à multis accipitur, qui ita mirè torquent ſermonem Chriſti, ubi *Matt.* 10, 33, *ait*. Quisquis autem ἀρνήσηταί abnegaverit me coram hominibus; abnegabo ἀρνήσομαι eum & ego coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Heîc abnegare Chriſtum audent dicere, ſtatim illũ, qui non cum opinione, quam ſibi concepêre ferventiores, in omnibus conſentit. Verum Chriſti locutio nihil tale indicat, quùm potius vitam ſanctam & fidelem in imitatione cuivis verè pio inculcet, & reali confeſſione quemlibet, quæ in ſancto vitæ facto conſiſtit, Patri ſuo denunciare & offerre cupiat. Ideoque rectè percipiendum eſt prius, quid propriè ſit abnegatio Dei, ne cum talibus in vano carnis judicio nimium aberretur.

28. *Quid igitur eſt propriè abnegatio Dei?*

HÆc certè non in orali nudo aut verbali linguæ ſono; ſed in facti malitia & propria carnis voluntate conſiſtit, ut

ille Deum omnino abnegare dicatur in corde,& coram hominibus,qui non ambulat,ſicut Chriſtus ambulavit, 1 *Ioh.* 2. *v.*6. Sed in debita imitatione Chriſti & præſtatione ſancta facti ſe ipſi abnega-, ac non manet in eo, præcepta ejus ſervando in mortificatione ſui. Namque ipſe Chriſtus *ait Luc.*9.23.*& Matt.*16. 24. Si quis me ſequi velit, abdicet ſemetipſum,& attollat crucem ſuam cotidiè,ac ſequatur me. Unde *D. Apoſt.* 1. *Ioh.*3.7. inquit; quicunque juſtè agit,ille juſtus eſt, velut ipſe juſtus eſt; *& ibidem v.*5.6. qui in ipſo manet, ille non peccat. Qui vero peccat,non agnouit eum, nec vidit. Et 1 *Ioh.*1.6. Si dicamus,quod communionem cum eo habemus, & in tenebris ambulemus, mendaces ſumus, nec veritatem facimus. Sicut ipſe Salvator Chriſtus factorem Verbi ſui adſimilat viro prudenti, qui domum æd ficat ſupra petram. *Matt.*7,24. Ita enim vere radicati & ædificati in ipſo ſumus, ſi in illo ambulemus *ait D. Paul Col.*2,6. Quare omnis qui veritatem Verbi juxta Spritus S. ductum in mortificatione ſui non ſequitur, ille abnegat verè Deum, quum regeneratio ſive fides in eo non ſit efficax per amorem. *Gal.* 5. 6. Sint igitur mandata parentum aut Magiſtratus quæcunque velint, licet ſint atrocia admodum; tamen amor in eos nobiſcum extingui minus aut minimum debet ita,

quin

quin eoſdem honoremus fideliter, quùm proximum amorẽ poſt Deum illis prorſus debeamus ex liquidiſſimo Jehovæ præcepto. Sin verò quid velint primæ tabulæ contrarium, tunc memores erimus, quod primum gradum amoris omnis nobiſcum ſibi Deus reſervarit, quem potius quidem ſequemur quàm parentes; ſed tamen ne patientiæ noſtræ officium deſeramus perfidè aut turpiter, reſiſtendo; quùm imitatio Chriſti id non admittat; ſed contrarii eſſemus ipſi Chriſto, nec ambularemus, ſicut ille ambulavit, qui nunquam magiſtratui ſe oppoſuit ferociter.

## CAP. XVII. Præcogn.

## De ſecunda Societatis ortæ parte; videlicet de Domino & Servo ſive poteſtate herili.

1. *Quænam eſt altera Societas ex primordiali illa orta, quæ nunc reſtat explicanda?*

HAnc ſupra *cap.* 13. *q.* 7. δεσποτικὴν diximus; ſive herilem, quod inter dominum & ſervũ conſtet, quum ex duabus iſtis partibus componatur; ac vocatur alias Dominica.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*2. Quid conſiderandum venit. Primò in hac dominica Soc etate?*

DUæ hæ correlationis partes, nimirum Dominus ſive herus, & ſervus.

*3. Quid in Domino prius noſcendum eſt?*

PErſonæ cognitio & ejus Poteſtas.

*4. Quid in Perſona Domini explicandum?*

NOmen & definitio.

*5. Quid in nomine?*

EJus etymologia & ſignificatio.

*6. Unde igitur dicitur Dominus?*

SUnt, qui duplicem notationem ipſi adſcribunt, ut vel à domo, domare, dicatur, quod coactionem aut gubernationem in ædibus ſuis quaſi præſidem agendo exerceat, & in familiam imperium perficiat; vel à domo & habitatione ipſa ſit, ut is propriè Dominus vocetur, cui regimen domus ſuæ competat: aliàs tamen à dominando communiter dictum volunt, quod dominium in alios exerceat, quod à δομέω id eſt ædifico, vel à

δαμάω

δαμάω compeſco nonnulli deducunt. Hebræis Adon eſt ſuſtentator domus aut familiæ, quaſi baſis & fulcrum. Alias & Latinis dicitur Herus, dominator, Pater familias, & ita appellatur, licet non habeat filium. *l. 195. ff. d. V. S.* gubernator, κύριος καὶ δεσπότης, item αὐθέντης, κοίρανος. *Monſieur* Gall.

*7. Quomodo in ſignificatione ſua ſe habet hoc vocabulum Domini?*

LAtiſſimè ſanè patet ejus acceptio, ut etiam in S. Scriptura nihil uſitatius ſit, quàm quod Jehova, Deus Zebaoth. κατ᾽ ἐξοχὴν nomen Domini ſibi attribuat ipſe, *Gen.* 15. 7. & 17. 1. *Exod.* 6. 2. 7. & 16. 12. & 20. 5. & ita gaudeat ſalutari in gloria ſua æterna, *Pſalm.* 137. quum ſit Dominus dominantium & rex Regum omnium *Deut.* 10. 17. *Apoc.* 19. 16. Dominus enim ſic reipſa unus eſt. 1. *Cor.* 8. 6. *Eph.* 4. 5. Per ſimilitudinem autem poſtea multi ſunt. 1. *Cor.* 8. 5. Sed nemo poteſt Dominis duobus ſervire inter ſe repugnantibus *Matt.* 6. 24. præſertim quùm etiam diabolus ſuum undique tanquam æmulator Jehovæ extendat imperium. Sic etiam Dominus dicitur, qui in regnum aut Rempubl. aliquam imperium obtinet; uti *Cic.* 3. *off.* loquitur: Ecce tibi, qui Rex Pop. Rom. Dominusq; omnium gentium eſſe con-

cupierit. Inde etiam omnes, qui præſi-
dent Reipub. hoc titulo gaudent, velut
*Cic.* mox Senatum, mox Popul. Rom. uni-
verſum hoc nomine inſignit *3. de ll. ait,*
Senatus eſt Dominus publici Conſilii: *&*
*in orat. pro Dom.* Populus Dominus re-
gum, victor atque Imperator omnium
gentium, &c. Dominus quoque paſſim
in Feudiſticis libris appellatur is, qui
feudum alteri confert *lib. feu. 2. tit. 8.*
*parag. 3.* Domini quoque nomine ſole-
bant veteres aliquem honoris gratia ſa-
lutare *l. Neſennius ff. ad l. Falcid.* Hinc
vir & uxor teſtandi conjugii cauſa ſeſe
invicem appellabant Dominum & Do-
minam *l. 41. ff. de leg. 3. Novell. 74.* Et in
Jure Civili fit quisque rei ſuæ Domi-
nus, qui proprietatis nomine quid poſ-
ſidet *l. nunquam ff. de acq. rer. Dom. l.*
*tradition. C. de pacto.* Aſt Dominus pro-
priè dicitur, qui herum domus ſuæ agit,
unde etiam abuſivè filius familias & li-
beri cæteri Domini dicuntur. *l. 56. pa-*
*rag. 8. ff. de fur.*

8. *Quid igitur eſt Dominus hoc loco?*

Est perſona ſui Juris, quæ pro familiæ
ſuæ & poſſeſſionis ratione ſervis im-
perat, & in eoſdem dominium legiti-
mum exercet *Prov. 27. 23.* & *1. Tim. 5.*
*8. l. 195. & l. ſeqq. ff. de V. S. l. 1. C. de*
*emend. propinq.*

9. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

9. *Quid heic conſiderandum?*

QUod potiſſimum eſt, conſiſtit in officiorum ratione; Sed quùm hæc ſe optimè in poteſtate Domini exerat, id nunc erit ponderandum.

10. *Quid eſt ergo Poteſtas Domini?*

ESt Jus dominii ſive poſſeſſionis cum facultate ſufficienti, quo utitur vir tanquam caput & princeps in domeſticas perſonas familiæ, ut adminiſtrationi ſuæ eò rectius inſerviatur. *Gen.* 12. 16. & 20. 8.

11. *Quotuplex eſt hæc poteſtas?*

DUplex, alia Dominica ſive herilis, & altera patronatus ſive patronalis.

12. *Quid eſt dominica Poteſtas?*

ESt dominium plenum domeſticum, quo jus gubernationis & proprietatis in hominem ſibi obligatum, & ejus bona exercet. *Levit. c.* 25, 44, 45, 46. *parag.* 1. *Inſt. de Iur. pers l.* 4. *parag.* 1. *&* *l.* 5. *parag. ff. de ſtat. hom.* Dicitur ſervitutis dominium. *l.* 7. *parag* 3. *l.* 24. *ff. de liber. cauſ.* poſſeſſio ſervitutis *l.* 12. *parag.* 1, *l.* 32. *ff. de lib, cauſ.* & inde homo, in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quem Domino talis poſſeſſio compet
ſervus propriè nominatur. *tit. C. de man*
*cip. & col. lib.11. l. 96. ff. de V. O.* voca
tur & plena poteſtas.

13. *Quid eſt Poteſtas Patroni aut Patronalis?*

EST ejuſmodi dominium, quod ex uſu aut uſufructu certis modis præſcripto in perſonas domeſticas ſuas Domino competit juxta obſequia & operas præſtandas. *Num.* 30, 11, 14, & 2 *Reg.*4,1. *Matt.*18,25. *l.1.parag 1. ff. de rei vind. l.2. ff. de lib. exhib. l. 215. ff. d. V. S. ubi Goed. Cuia. in parat tit. de lib hom. exhib.* Vocat quaſi proprietatem, diciturque aliàs minus plena poteſtas; Item Jus patroni in Libertum. *l 19. ff. de natal. reſt. l. fin. ff. de Iure aur. annul.* Jus patronatus. *tit. ff. & C. de Iur. patron.*

14. *Quid heîc obſervandum?*

DUo, definitionis explicatio, & diviſio.

15. *Quid in explicatione?*

LIcet multa heîc occurrerent, tamen quùm ex nominis ratione multa conſtare queant, in eo jam acquieſcemus. Etenim Patronus olim quaſi pater dictus
fuit,

fuit, eodem modo quo Matrona *ex l. 12. tabul.* Nihilominus & latius patebat acceptio, ut defenſor, tutor, cuſtos, & qui in fidem ſuam alios receperat, eſſet ſimul patronus; unde *Cic. 3. off.* Qui civitates aut nationes in fidem cepiſſent, eorum patroni erant more majorũ & Pro Syll. Hic patronus, cuſtos, & defenſor illius provinciæ. Ex qua ratione etiam clientes, quaſi colentes ſuos habebant, & tantundem putabatur, ſi quis clientem, ac ſi filium fefelliſſet. Vnde in Jure civili Patronorum nomen variè accipitur, uti eſt Patronus fiſci, in Eccleſiis, qui Jus ſibi beneficiarii nominandi retinuit, &c. Sed heîc patronos intelligimus eos, qui ſuos ad libertatem perducere poterunt, aut manumittere *Eph. 6, 8,* & 1 *Tim. 6, 1, 2. l. ult. C. de emancip. l. manumiſſ. ff. de I. & I.*

16. *Quotuplex eſt hæc poteſtas Domini & patroni?*

DVplex ratione objectorum; concernit enim vel res vel perſonas.

17. *Quomodo ſeſe in rebus exerit?*

PArtim ſe in bona, partim in operas extendit, velut mancipia & ſervi proprii etiam bona ſuo debent Domino. Operæ autem ejuſmodi ſunt officiales

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vel obſequiales & fabriles ſive artificiales, ex quibus locupletationem ſibi Dominus adſcribit. *Gen.* 30,3,9. *Exod.* 21, 4. *Ioſ.* 9, 21. *Coloſ.* 3,22, & 1 *Pet.* 2,18. *l.* 2. *l* 22. *ff. de oper. libert. tit. ff. de obſeq. par. & patron. præſt. Prov.* 24,28. *Sir.* 27. 21, & 7,24, & 24,7.

18. *Quomodo in perſonas ſe extendit?*

PArtim ut debitũ obtineat obſequium ſuorum, partim ut eos caſtiget aut remuneret & beneficio afficiat, ſive ſit manumiſſio, ſive alia quædam libertatis donatio, &c. *Exod.* 21, 2,3. *Levit.* 25,40, 41. *Deut.* 15,12,20,10. *Ierem.* 34, 14, & 1 *Reg.* 9, 20, 21. Sed de diſcrimine ſervorum, mox agemus; ſaltem regulam unam pro pia & Juſta Dominorum gubernatione ſubnectemus.

19. *Quænam eſt ea regula?*

D. Paul. ad *Coloſſ.* 4, 1. eam ita ponit: Domini, quod juſtum eſt & æquum, ſervis præſtate, ſcientes, quod & vos Dominum in cœlis habeatis. *Epheſ* 6, 6. *idem.* Etiam hoc cogitandum, quod *Cromer. Lib* 19. habet: Indignum eſſe Chriſtiana pietate, Chriſtianos invicem in ſervitute poſſidere. Inde Jus Dominii plenum, quod olim vitæ & necis erat, hodiè in coercitione & caſtigatione conſi-

ꝯnſiſtit. *Exod.* 21,7. *Gen.* 16,6.8. *Sirac.* 4,6, & 33, 26. *tit. C. de emend. ſervor.* *Menoch. de Arb. c* 364.

20. *Quid verò eſt Servus?*

EST perſona libertate ſua externa ita carens, ut ex defectu Juris ejus Domino ſuo vel totaliter ad plenum nutum vel pro parte modi certi ſubjecta & obſtricta teneatur.

21. *Quid heic conſiderandum?*

DEfinitionis contenta & Effectus poteſtatis.

22. *Quid in definitionis contentis?*

UT contractim heîc pro ratione intentionis quid ſuſcipiatur, Nominis ratis & diviſio detegent ſatis neceſſaria cognoſcenda.

23. *Quæ ratio in nominis latet vigore?*

DUo ſunt potiſſimum, quæ in eo conſideranda veniunt, nempe derivatio & ſignificatio. Etenim ſunt, ab ἐρύω id eſt cuſtodio qui id vocabuli dictum volunt, ut inde ſit tàm ſervio, quàm ſervo. Servio autem, quod Græcis δουλεύω, θεραπεύω, λατρεύω, ὑπουργέω eſt, tàm latè ſe exten-

extendit, ut ad omnes res quoque naturæ creatæ excurrat. Sic res rei ſervire dicitur in natura, quæcunque auctioni aut accommodationi alicujus in combinatione incumbit, quod fit ex inſtinctu amabili naturæ, quo altera alterius conſervationi ſtudet. Vbi autem quid ex actu prædominante aliquid alteri violenter imperat, ibi fit repercuſſio talis, quæ luctam adinvicem cauſat usque ad ἀντιπερίστασιν & contra naturæ rationem ſibi ſervire quid cogit paſſione invita alterius inferioris: Inde quoque vis libertatis eidem infringitur, ut hinc exurgat ſervitus, contra naturam pugnans inſitam, quùm res ſua libertate planè privetur: Quùm itaque quid eo modo captivitati ſuæ includatur, volunt inde, quod etiam à ſervando ſervitus rei dicatur. Simili ratione ſe quoque ſervire illud in homine habet. Nam, quùm homo à principio ad dominii libertatem ſit creatus, nec tamen in eo ſtatu permanſerit, ſervum ſe fecit alterius violentiæ obnoxium, quæ ipſum contra naturam ſupprimendo devinctum & evictum tenet. *Vnde Cic. in Parad. ait*: omnibus grave ſervitutis jugum eſſe debet in libertate educatis, & ibid. Servitus eſt ſicut obedientia fracti animi, &c. Servi igitur acceptio alia eſt generalis & alia ſpecialis. In generali acceptione ſervire hoc medii loco ſe habet, ut in bo-

nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ram & malam partem poſſit converti. Quodcunque enim ex affectione bona & amore fit in ſerviendo, id ad conſervationem rei tendit: Quodcunque autem ex tali non profluit mutuæ affectionis combinatione, id malitiam prodit, & bonitati contradicit. Atque inde eſt, quod Chriſtus dicit, non poſſe duobus dominis ſimul ſerviri videlicet in contrariis. Et *D. Paul Gal.* 4,3. mundo eramus ſervientes antea *v.* 9. Item, *Gal.* 1,10. Quomodo denuò ſervire vultis? Vt manifeſtum ſit, quod differentia contrarii in hoc ſervitio ipſo ſe exerat adverſantis. Servitium enim bonum cum natura procedit, quùm in ejus commodum & conſervationem tendat; at malum naturam oppugnat bonitatis. Aliàs tamen etiam in hac generali ſignificatione ſervire accipitur pro deditum eſſe aut colere, velut *Inditha* 16,17, in hymno ſuo ita cantat: Tibi ſerviat omnis creatura tua; quia dixiſti & facta ſunt: miſiſti Spiritum tuum, qui ædificavit; neque eſt, qui obſiſtere poſſit voci tuæ. Et *Tob.* 14, 10 ait; ſervite Domino in veritate. 3 *Eſdr.* 5, 30, omnes ſacro ſervientes. *ibidem* 8, 5. templo ſervientium. Hæc & talia fiunt actu & motu quaſi ſpontaneo, quæ pro abuſu rei in malitiam convertuntur cultu abutentis. Vnde etiam D. Paul. dicit: *Rom.* 6, 16. An neſcitis, quod cui vos ſiſtitis ſervos ad obediendum, ejus ſervi eſtis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

eſtis, cui auſcultatis; ſive peccati ad mortem, ſive obedientiæ ad juſtitiam? In ſpeciali autem acceptione ſervire illud merè paſſive ſe habet, ut ex coactione aliqua neceſſum ſit alicui, ut ſerviat; ceu in bello fit, ut illi inde ſervi dicantur, quod à ſervatoribus ſervati ſint, propter corporalem ſervitutem præſtandam, *Aug. lib. 19 de Civit. Dei c. 15. l. 1. parag. 4. ff. de ſta hom. Inſt. parag. 1. de Iur. perſ. l. 239. ff. de V. S.* Aliàs quoque & ſervus emi poteſt. *Deut.* 21, 2. Notanda interim ſunt, quod non tantum totus populus ſimul vocetur ſervus, uti *Eſa*. 44, 26. Recordare, ait Jehova, horum Jacob & Iſrael, quùm ſervus meus ſis: formavi te: Servus meus es Iſrael; non tradêris oblivioni à me. Et *Cic.* non abſimilis locutio eſt: I. A. Populum Romanum ſervire fas non eſt: ſed etiam fundus dicatur ſervus *l. 20. parag. ff. de acq rer. dom.* quod ſerviendo fructus ſuos edat & largiatur domino: Sic etiam ex prædiis ſervitutes ſumuntur. Synonyma ſervo ſunt, miniſter, famulus, miniſtrator, pediſſequus, mancupium, verna, libertus, &c. δȣλὸς, θεραπεύσης, &c. Sed cum differentia, ut mox patebit. Aliàs quoque nomen humilitatis eſt, ut hodiè eſt locutio vulgaris *voſtre Serviteur*.

24. *Quotuplex ergo eſt ſervus?*

DVplex, ut ex allata interpretatione manifeſtè apparet. Vel enim eſt Spiritualis, aut Corporalis & mundi. Spirituales vocantur alias ſervi Dei, quorum Caput Chriſtus eſt: unde & ipſe velut Mediator noſter ratione interceſſionis & redemptionis, quam in ſtatu humiliationis implevit Servus Dei & David (qui typus Meſſiæ fuit) apud Prophetas non tantum vocatus eſt; ſed etiam ipſe hoc miniſterium ſibi ſanctum ſervitii adſcribit, dicens: Filius hominis non venit, ut ſibi miniſtraretur; ſed ut miniſtraret. *Marc.* 10, 45. *Eſa.* 53, 11, *item Eſa.* 42, 1. *Matt.* 12, 18. *Phil.* 2, 7. Cognitione ſui, ait Jehova, Pater, juſtificabit juſtus ſervus meus multos, quorum iniquitates ipſe bajulaverit. Vnde omnia quoque ipſius membra ſervi Juſtitiæ appellantur. *Rom.* 6, 18, ceu ſunt omnes fideles cum patriarchis ſuis, licet ſub externo mundi jugo & ſervitute paſſim vivant, 1 *Cor.* 7, 22. *Eph.* 6, 5, & 1 *Pet.* 2, 16. Quamvis autem Chriſtus verè libertati eos reſtituerit ſecundum hominem internum; tamen quia in mundo hoc mortale tempus tranſigendum adhuc manet, ſervi inde ſunt, ut in cunctis vitæ actionibus ex toto cordis amore inque Fide rectè ſerviant, & à ſervitute peccati &

carnis, quantum fieri poteſt, ſanctè abſtineant.

25. *Quid eſt Corporalis ſervus?*

EST maximè talis, uti ſupra *quæſt. 20.* explicatum eſt. Qui iterum duplici ratione diſtinguitur. Aut enim legalis, aut prorſus ita ſibi captivus eſt in carne ſua, ut undique peccato ſerviat & libidini ſuæ ſervus vivat planè oppoſitus Spiritui Dei: Velut in hac ſignificatione & Dominus & ſervus ſæpius conveniunt, ut in eodem mortis vivant judicio.

26. *Quid eſt ſervus Legalis?*

EST perſona denegatæ aut fractæ libertatis, quæ certis ex cauſis Domini poteſtati ſubjecta eſt, vitamque ſuam ad nutum & arbitrium ita componere cogitur, ut omnia in commodum & honorem heri redundent.

27. *Quid heic conſiderandum?*

OFficiorum ſervilium ſive ipſius ſervitii conditio & ſervorum diviſio.

28. *In quibus conſiſtit conditio ſervitii?*

IN obedientia fideli & Integritate pia, quæ Caſtitatem & taciturnitatem includit

cludit 1, *Tim*.6, 12. *Proverb*. 25, 13. *Matt*. 24, 45. *Geneſ*. 9, 25, & 24, 2. & 31, 38, *&c*.

29. *Quomodo dividitur legalis ſervus?*

UT alius ſit abſolutè prorſus contra naturam ſubjectus, alius conditionatus, aut cum conditione ſerviens.

30. *Quis eſt abſolutè ſubjectus?*

QUi prorſus contra naturam libertatis ita devinctus hæret domino ut etiam vitæ proprietate ei ſit alligatus, vocaturque aliàs mancupium aut mancipium, quod quaſi manu ſit captus, & proprietarius in ſervitute ita natus, aut emptus, aut damnatus, ideò ut etiā in commercio eſſe dicatur *Exod*. 21, 7, 32. *Lev*. 24, 17, 21, 44, 45, 46, & quadrupedi æquiparetur *l*. 2. *parag*. 2. *ff*. *ad L. Aquil*. *Gen*. 30, 43, & 47, 25, 26, nihilque proprii habeat, ac mortuo comparetur *l*. 209. *ff*. *de R. I*. *Deut*. 15. 17.

31. *Quotuplices ſunt aut fuerunt proprietarii ſervi?*

QUùm varia eorum ex domini voluntate ipſis eſſent impoſita ſervitia laborum, inde quoque eorum ſumebatur differentia, ut alii eſſent Diſpenſa-

tores, Actores, Atrienſes, qui ſuppellectilem ædium mundabant. *l.8. ff. de inſt. leg.1.* hoſtiarii, ordinarii, vicarii, miniſtratores, mediaſtini, obſonatores, cubicularii, lecticarii, curſores, notarii, nomenclatores, calculatores, ſocarii, villici, muliones, tonſores, ſcopiarii, ſaltuarii, capſarii, amanuenſes, diætarii, aquarii, topiarii, textores, tabellarii, operarii, agricolæ, alii novitii, alii veteratores, piſtores, veſtiarii, coqui, & complures alii. Ita magna fuit luxuria veterum in alendis ſervis *Geneſ.* 14, 14, & 1 *Reg.* 4. Sic Milo Romæ uno die 300. manumiſit, ne torquerentur pro cæde Clodii. Sed non prodeſt Reipubl. Si numerus ſervorum exuperet cives. Sic Athenis peregrinorum fuerunt 10000, civium 20000, ſervorum 400000. uno tempore. *Vid. l.* 203. *ff. de V. S. Levit.* 24, 17, & 25. *Deut*, 15. *Ierem.* 34. *Coloſſ.* 3, &c. Vltimi inter ſervos erant venales, quorum alii pileati, qui nil præſtabant emptori; alii coronati qui captivi erant ex bello.

### 32. *Quid & quotuplices ſunt Conditionati ſervi?*

SUnt in quos Dominus non ita plenam habet poteſtatem, habenturque in duplici differentia, ut ſint aut uſuarii *l 15. ff. de ſerv. urb. l. ſtipulat. parag. ſi quis ff de V. O. l. 8 ff. de aqu. & aqual. pluvi. arc.* aut conductitii.

33. *Vſua-*

33. *Vſuarii quotuplices?*

DUplices aut adſcriptitii & cenſiti. *tit. C. de col. palæſt. lib. 11. tit. C. de agric. & cenſit. lib 12.* aut manumiſſi. *2 Sam. 9. 14.* & *1 Reg. 9. 20. Heſt. 2. 55. Nehemiæ 7. 60.*

34. *Quid Adſcriptitii ſunt?*

HI quamvis liberi ſint; tamen eorum libertas potius fictitia erat, & tam duris conditionibus adſtricta, ut pro ſervis haberentur; nomen inde gerentes, quod glebæ ita eſſent litteris obligatoriis pro agro colendo adſcripti *l. 19. 20, 21 & ult. C. agric. & Cenſit. Cuiac. lib. 12. obſ. 35.* hodiè poſſent dici *freye Schlaven.* Varii generis ſunt in ruſtica gente, pro loci conſuetudine. *Vid. Reſp. Hans. part. 7. c. 4.* Coloni, Palæſtini, patrimoniales, ſaltuenſes emphiteucarii, burgarii, colonarii, Inquilinarii, dominici, fiſcales, tamiaci, murileguli, &c. *tit. C de col. Palæſt. & ſeqq. lib. 11.* inde *Frondienſte hand, vnd pflugfröne, Kotner hufner. Ioſ. 9, 26. Ind. 16. 22.* Huc referri poſſunt Vernæ, ſivè nati ex ſervis.

35. *Quid manumiſſi ſunt?*

QUos domini ex ſervitute manumiſerunt, ut libertate eſſent donati &

cives fierent, *l. in orbe. ff. de ſtat. hom. Novell. 78. c. 2. Exod. 21, 2. Lev. 25, 39. Deut. 15, 17. Pſal. 40, 7. Hebr. 10, 5.* Eorum fuerũt 3. genera. Cives Romani, qui vindicta id eſt virga, cenſu, aut teſtamento, nullo Jure impediente manumiſſi erant: alii Latini Juniani, qui ex Lege Junia inter amicos erant libertate donati: alii Dedititii qui pœnæ cauſa vincti aut ſtigmate inuſti erãt, & quoquo modo manumiſſi: Fuerunt & caſtris & turribus adſignati unde mos Germanorũ *die Laſſen*, quaſi in Provincia relicti, unde nobilitatis origo maximè. Propagatio Religionis Chriſtianæ fecit, ut ſervi cum numero manumitterentur, quùm dedecus eſſe putaretur, Chriſti libertate nõ plenè frui: Tum quoq; acceſſit hoc, quod Mahumetes ſuæ legis vigore homines liberos pronunciaſſet. Vnde *circiter ann. 1250* omnis propè ſervitus in deſuetudinem apud Chriſtianos abiit, licet plurima ejus veſtigia reſtent paſſim. *Vid. Reſp. Hans. d. l.*

### 36. *Quid diſcriminis eſt inter Libertos & Libertinos?*

QUamvis in effectu fermè idem ſit libertus, quod libertinus; tamen ita differunt, quod libertus ſemper referatur ad patronum, qui eum dimiſit: Libertini verò nomen abſolutum eſt, quùm ſit quoque ex libertis natus. *l. 1. ff. de excuſ.*

*Inſt.*

*Inſt.tit de ingen. & manum.* Græcis ἀπελεύθεροι & ἀπελευθερικοὶ liberti & libertini dicuntur.

### 37. *Quid ſunt Conductitii ſervi?*

IS uſus hodiè frequentiſſimus eſt, & adeo in Chriſtianiſmo cõmuniter approbatus, ut omnes fermè Patres & matres familias iis utantur ſervis & miniſtris; ob quod beneficium ſanè quivis Deo gratitudinẽ referre deberet, modò tanta non eſſet cœca mortalium inſania. Namq; olim non tantum quid ſibi acquirere, nec teſtis eſſe, nec teſtamentum facere, nec judex eſſe poterat, & omnibus beneficiis Juris deſtituebatur, ſed etiam vitam & necem debebat domino. Sunt autem Conductitii ſervi, qui annuo aut pro ratione temporis certo precio & mercede ad operas domeſticas à dominis contrahuntur, ut illis adjumento ſint in re œconomica quidvis perficienda, *l. 7. ff. loc. cond. Inſt. tit. 25. lib. 3. l. 209. ff. d. R. I. l. 1. parag. igitur ff. de his. qui ſui, & a.*

### 38. *Quotuplices ſunt?*

IN utroque ſexu & maſculino & fœminino habentur in duplici differentia, ut vel ad dies aliquot operas ſuas elocent alieno hero, & dicuntur operarii, ſervi alieni, aut mercenarii, μισθωτοὶ, & αὐτεργοὶ, *l. 1. parag. ſi fil. famil. ff. d. vi & vi arm.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vel ad certum annorum tempus, & vocantur non ſervi, ſed miniſtri, famuli, pediſſequi, ancillæ, famulæ. In aulis quoque habentur varia officiorum & munerum ſervitiorumq; genera, quorum alia nobilia alia ignobilia, tamen omnia ingenua ſunt, quum hodiè ex ſtatu Chriſtianiſmi tales ſervitutes ſolummodo legitimæ cenſeantur meritò. Etenim nec æquitati, nec humanitati, multo minus pietati fideli conſentaneum eſſe videtur, priſco modo tàm indignè miſeros homines, qui ejuſdem nobiscum ſunt originis, ejuſdem precii, & ſpei, tractare. *Ier. 34.17. Xenoph lib.1. de dict. & fact. mem. Socrat. Macrob. l.1. Satur. c.11.* præſertim quum bellica & venalitia ſervitia deteſtanda appareant, ut merito ex Chriſtiano orbe ſint exterminata.

39. *An ſervus quoque naturalis datur, aut naturâ?*

SIc in gratiam Stagirenſis ſui non ſine auſteritate & torvo vultu id multi contra Jur. Conſ. & *Imper. l. 5. parag. 2. ff. de ſt. hom.* quùm ſervitutem contra naturam eſſe dicunt, evincere & defendere conantur. Ajunt enim, dantur rationis expertes, incipientes, mentis non compotes, ſtupidi & hebetes, &c. qui ab ipſa natura ad ſervitium meritò ſunt deſtinati, quùm eos ad ſerviendum ita finxerit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

xerit potius, quàm ad regendum. Abſurdum certè, quùm inter defectum, morbum, vitiumque naturale & naturam peccantem in ſubjecto corpore neſciant diſtinguere. An morboſi ſtatus & ſervi eſt idem? Et quis dominus tam foret ſibi contrarius, ut eum ſibi optaret ſervum, cujus vigilantia, adſiduitas, prudentia, fidelitas, perſpicacia, taciturnitas, induſtria, &c. eſſet nulla, nec iis uti poſſet in rebus œconomicis aut negotiis; An non potius miſericordia & medicina digni veniant, ut gratis alantur potius, quàm quod rebus gerendis applicari debeant pro tali muneris ratione. Num ſervitus eſt medicina morbi? An non animæ conditio æqualiter ſe habet in quovis homine juxta ſtatum libertatis, modò ſemetipſum quis non deformet ſibi? Ideoque falſa eſt diſtinctio, quâ ſervum naturalem alium, & alium legitimum faciunt. Conſtat enim quæ ſervitus conſervationis ad naturam profit, & quæ contra naturam libertatis tanquàm ejus oppoſitum à Jur. Conſ. rectè ſtatuatur. Sed hæ ſunt futiles & inutiles, inanes & aniles fabuloſæque ſtagirenſium in litteris compactis logomachiæ, quæ in ſuum remittimus locum. Nunc ad Effectum progrediemur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

40. *Unde ſervus hoc habet, quod ſervus dicatur?*

EX munere & ſervili ſtatu tanquam ex effectu poteſtatis nimirum per ſervitium hoc ipſi imponentis, ut talis ſit: Iſte autem in Servitute emergit.

41. *Quid in Servitute conſiderandum?*

HAc vice non ulterius extendi poteſt ejus cognitio, quàm ut noſcamus, quid ſit, & quotuplex?

42. *Quid igitur eſt Servitus?*

ESt effectus poteſtatis dominicæ, quo ſervitium præſtatur, cui libertas plenior cum Jure ejus competit eamvè obtinet. Notandum heîc, quod Servitus tàm latè ad omnes res extendat, quemadmodum id ſupra *quæſt. 23.* de verbo ſervire explicatum eſt; unde etiam apud Jur.Conſ. Servitus rei alienæ uſus dicitur *l. 5. l. 17. parag. 1. ff. de Servit.* quod quis ea pro ſuo commodo & utilitate juxta præſcriptum legis modum utatur, *l. 5. l. 12. C. de uſufruct. l 6. parag. 2. ff. ſi ſerv. vind.* Proinde etiam in corporalibus oneri eſt talis præſtatio *l. 3. C. de Servit.* Vſus autem ſervitutis talis participatur tam ſervienti quam dominanti *l. 8.*

*ff. de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

l. de act.empt. l.14. parag. 1. ff. de ſervit. 23. parag.2. ff. de ſervit. ruſt. Significat men & cultum. *Eccleſ.* 2, 1. *Gal.*5,2. *oll.*3,5. Vide in reliquis *ſupra cap.* 11. *uæſt.* 13.

43. *Quomodo dividitur Servitus?*

N Spiritualem & Corporalem, uti *ſup.* *c.* 11. *q.* 14. *ex S. Script.* id explicatum ſt. Vnde & Servitutis ac adoptionis piritus à D. Paulo ipſe Spi. Sanctus vocatur. *Rom.*8, 15. *Gal.*2,4, & 4, 24, & , 1. *Hebr.* 2, 15.

44. *Quid eſt ſervitus Spiritualis?*

NIhil aliud, quàm dulce illud jugum Chriſti, quo nos ad libertatem eam, quam nobis ipſe plenè recuperavit, pertrahere cupit, *Matt.* 11, *v. ult.* ut in ſolido & flagrantiſſimo amore cordis renati per ipſum cooperante Spiritu Dei, Patrem in vita nova ejusque imitatione ſancta verè & vividè colamus. Hæc ſervitus omnibus fidelibus unicè ita competit, quod ſi eam in ſanctitate pia obſervent debitè, etiã inde libertati amiſſæ penitus reſtituantur, cum ſic coincidit, ut tales ſervi Chriſti, etiam in libertate cœlica vivant undique. Proinde quoque ſibi oppoſitam habet & libertatẽ & ſervitutem carnalẽ qua homines indomabili cupiditate rapiuntur, & vitiis dominãtibus turpi-

turpiter in carne ſerviunt, ac tanqua
ultrò proſtituti mortiferis ejus vincul
alligantur. Certè utcunque animo co
rupto grata; utcunque aliis ſplendida l
bertas videatur: vera tamen & funeſ
eſt ſervitus, libidini potius, quàm virtu
parêre, ut ait *Lenſæ. lib. 8. de lib. Chr. c.*
Servitus autem hæc renati hominis ali
dicitur liberationis *Deut.* 5, 6. *Hebr.*
15. à peccato *Rom.* 6, 8. & Juſtitiæ ſe
vitus, *ibid. v.* 18. 20. & 8, 2. adoption
*ibid. v.* 15. hæreditatis æternæ, 17, *i*
& Sanctimoniæ, &c. *Rom.* 8, 19. *Gal.* 5
13. & 1 *Pet.* 2, 16.

45. *Quid eſt Servitus Corporalis?*

EST effectus ſive jugum poteſtatis do
minicæ, quo ſervitium ei præſtatur
qui dominii ſui vindex & poſſeſſor eſt
*Gen.* 15, 13, & 17, 12, & 27, 17, & 30
26, 29, & 42, 18, & 47, 19. *Exod.* 6, 6
& 13, 3, & 20, 2. *Levit.* 25, 19. *Joſ*
24, 16. *Iud.* 6, 8.

46. *Quotuplex eſt hæc ſervitus?*

DUplex; alia externa, alia interna &
carnis.

47. *Quid eſt externa?*

QUæ corporali actu ex onere impoſi-
to ſuperiori in commodum & utili-
tatem

tatem ejus vergens, præſtatur. *l. 9. ff. de ſervit. l 13. parag. 1. ff. Com. præd. l. 6. parag. 2. ff. ſi ſerv. vind.*

48. *Quotuplex eſt hæc ſervitus?*

DVplex iterum, vel Realis, aut Perſonalis. *l. 1. ff. de Serv. l. 8. parag. tale. ff. de lib. legat. l 32. ff. de uſufr.*

49. *Quid eſt realis?*

QVæ à prædio aut fundo Domino præſtatur, *l. 18. ff. com. præd. l. 3. ff. de ſerv. Ruſt.* Diciturque ſervitus prædialis. *l. 1. parag. fin. ff. de uſufr. Inſt. de reb. corp. & incorp. l. 3. ff. de ſerv.* ſive urbanum ſit, ſive ruſticum prædium *l. 198 & 211. ff. de V. S. l 1. ff. com. præd.* & includit pertinentia cuncta ad uſum ſervitutis *l. 23. parag. 8. ff. de uſufr.* unde individua quoq; ſuâ naturâ fertur, quod nequeat ſeparari à re, cui inhæret, *l. certò parag. 1. ff. de ſerv. ruſt.* quo referuntur, aqua pluvia, ſtillicidium, feneſtræ, viæ latitudo, &c. ligna ſecandi, &c. Cloacæ, &c. Hæc iterum æqua aut iniqua eſt, de quibus ſuo loco.

50. *Quid eſt ſervitus perſonalis?*

QVam perſona præſtat in uſum perſonæ dominantis, eamque in operis aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

aut bonis perſolvit. *l. 7, 57. ff. de uſu*
quò etiam penſiones, contributiones,
alia quævis onera referuntur, *tit. ff.*
*oper. libert. & tit. de bon. libert.* Hæc it
rum, aut juſta aut injuſta eſt, ut ſuo loc
patebit. Quæ enim de hominibus he
dicitur ſervitus, eſt conditio eorum
tis dura, qui tali ſervitute, plus quàm n
mium premuntur; unde rectè dicitu
conſtitutio Juris gentium, qua quis do
minio alieno contra naturam ſubjic
tur, *l. 4. ff. de ſtat. hom.* Vnde patet, quo
aliorum diſtinctio in naturalem & lega
lem admodum ſit manca ſervitutis.

51. *Quid ſervitus interna carnalis?*

HÆc meritò inter omnes Servitutum ſpecies ultimum meretur locum, quùm certè omnium ſit deterrima & exhorreſcenda plus, quam ratio hominis cœca percipere valet: ad quam homo quivis ſecum attonitè in tremorem & timorem extremum concidat. Si etenim hujus peſſimum venenum & æterna ejus tormenta ſatis noſceret, non ita in ſecuritate perverſiſſima ſui viveret, nec ita jucundum foret, tam peſſimè voluptatibus carnis peccando indulgere cum tanta pervicacia. Pro dolor! ad hunc modum ita miſerrimè animati ſunt homines carnales, ut perditiſſimam hanc ſervitutē, etiam libertati adſcribere ſummæ
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

non vereantur perverſi, quum tamen interim ſuæ perniciei deſperatiſſimi ſint ſervi. Eſt itaque iſta ſervitus nil aliud, quàm Effectus poteſtatis diabolicæ, qua Satan homines in libidinibus ſuis perverſis ſub regimine aëri Spiritus mundi intimè in omnibus nervis viribusq; animæ & cordis adeò captivos inſenſibiliter detinet, ut ab amore Dei prorſus & verbi ejus dilectione averſi cum voluptate animi perfidi vivant, mendaciis in falſitate cordis obſtinatè adhæreant, & ubique ſerpentino animi ſtudio id quærant, quod carnem perditam blanditiis ſuis vanis & ſuperbiam expleat ſicut inde omnium os perfidia, & manus fraudibus plenæ ſunt. *Pſal.* 144. *v.* 11. & tamen pro recta ratione & libertate ſumma in ſui perverſiſſimam defraudationem hæc omnia nequiter habere non verentur, uti in Judæis id videre eſt, *Ioh.* 8, 34. *Rom.* 1, & 6, 20. Vocatur etiam Servitus, diaboli, carnis, mortis, peccati, mundi, &c. O miſerrimam ſervitutis & perditiſſimam ſpeciem in æternum, niſi maturè reſipiſcere diſcāt mortales, & Spiritus Sancti rationem pro illa falſi Spiritus aſtralis ratione recta induant citiſſimè!

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XVIII. Præcogn.

# De compoſita Societatis humanæ parte 1. nempe de Familiis.

*1. Quid eſt Societas compoſita?*

HVc uſq; de Societate ſimplici egimus, meritò nunc ad Compoſitam ex ratione methodi cap. 13. q. 1 tranſeundum eſt. Suntque iſtæ Societates nihil aliud quam mixtura & compoſitio quædam ex ſimplicibus coordinata unde & mixtæ partes dicuntur.

*2. Quotuplices ſunt hæ Societates?*

DVplices aut particulares aut Univerſales.

*3. Quæ ſunt Particulares?*

HAs partim Familias, & partim Collegia conſtituunt.

*4. Quid eſt Familia?*

FAmilia, quæ & olim famelia à famel aut famul id eſt ſervo dicebatur, eſt prima ortæ multitudinis coacervata Societas

ietas qua homines decenti ratione in-er ſe corporis cujuſdam vinculum con-ſtituunt, ut eo rectius in pietate vitæ otidianæ neceſſitatem ſibi conquirant x conſervent. *Gen.* 10. *per tot.* & 19,37, 9. *Levit.* 22,13.

*5. Quotuplex eſt familia?*

DUplex. Aliæ enim familiæ ſunt domeſticæ & civiliter privatæ; quùm communio ejus ad inſtitutum civile faciant: aliæ ſtemmaticæ & communes.

*6. Quid eſt Domeſtica familia?*

EſtSocietas particularis hominum ſub unius Patris-familias imperio in una domo ita viventium, ut res pro vitæ ſuſtentatione & liberorum educatione piè adminiſtrentur.

*7. Quid in ea conſiderandum?*

DUo; ejus videlicet conſtitutio & gubernatio. Quùm enim fundamentalis idea & imitamen ſacrum totius regiminis univerſalis in ea conſiſtat, in his binis partibus omninò bene ponderanda & examinanda venit, præſertim quùm pauci id ritè obſervarint. *Gen.* 11,35.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 8. *Conſtitutio in quibus conſiſtit?*

IN cauſarum juſta confluentia. Quoad igitur externas cauſas, Efficiens duplex eſt Principalis & Inſtrumentalis. Principalis iterũ naturalis & Civilis. Naturalis, quando per ſanguinis rationem ex juſtis nuptiis inceptivè familia per Patrem familias ſuum exordium ſumit: Civilis, quando ex tenore Juris Libertati inſiti per adoptionem perſonæ commodæ in familiæ communionem adſciſcuntur. Inſtrumentalis verò eſt juſta diſciplinæ conſtitutio, quæ in ſtatutis domeſticis ſeſe exerit unicè.

Finis iterum duplex, quem *Pſal.* 144. *v.* 12, 13 *&* 15. ritè in gradibus exprimit. Eſt enim ultimus & ultimatus: Ultimus rurſum ſubordinatus, & ſubordinationi inſerviens: Iſte eſt ſuſtentatio perſonarum familiæ, quùm unicuiq; alimentum ſuum ex eo debeatur, unde naturaliter originem trahit; velut ſic Patrifamilias incumbit, ut ſuis nutrimenta præſtet. *d. Pſ. v.*13. & *l. unusquisque C. de infant. expos.* Subordinatus in eo exprimitur, ut filii noſtri ſint ſicut plantæ, *ait David d. Pſalm.* 144,12. quæ creverunt in adoleſcentia, quod in educatione bona pia & accuratè fideli conſiſtit. Ultimatus ſive finis finalis beatitudinem talem continet *in Pſal. d.*15. ut populus

hinc

hinc ſit bis beatus, cujus Jehova Deus eſt. Id eſt ut in omnibus vitæ actionibus, & operarum intentionibus ſaltem unicæ metæ loco ſit Deus, maneatque Jehova noſter.

*9. Quænam ſunt cauſæ internæ?*

IN harũ numero prior eſt Materia, quæ res & perſonas ſimul complectitur ac earum poſſeſſionem requirit. Etenim cura rei familiaris non tantum bona neceſſaria cum habitatione commoda exigit, ſed etiam poſſeſſorium perſonarum certarum indicat, ſive liberæ ſint aut ſervæ. Si liberæ tres ad minimum familiã conſtituunt, *l. 40. ff. d. V. S* uti id quoque in collegio apparet: Sin verò ad ſervos quoq; extendatur, uti neceſſum eſt, quatuor perſonæ ad minimum pro uſu in liberis conſervandis, nõ quidem ad eſſe, ſed ad bene eſſe, requiruntur. *Gen.* 5, 9, 21 *&* 12, 5, 13 *&* 13, 5, 8, 9, 10 *&* 26, 2, 12, 14, 15 *&* 31, 4, 16 *&* 32, 5. *Pſal. d. v.* 13, 14, *l. 2. parag. 6 l. 4. parag. rixam ff. vi bon rapt. Matt.* 13, 27, 52 *&* 20, 1, 10. Forma familiæ conſiſtit in decenti & pia gubernatione ac regimine, quæ duo complectitur membra, Auctoritatem & Diſciplinam, ut negotia & rem familiarem omnem rite diſponere, & in commerciis dirigere poſſit, ne damnum clades, aut querela ſit in noſtris plateis,

*d. Pſalm.* 144. 14. *Geneſ.* 12, 1, 6.
*&* 13, 4, 18.

10. *Quis effectus Familiæ?*

JUs poſſeſſionis & auctoritatis, quæ
poteſtate Patris familias ſe exerit.

11. *Gubernatio autem Familiæ in qui-
bus conſiſtit?*

MAxime in his duobus, nempe in Po-
teſtate, & Diſciplina Patrisfamili
Poteſtas tamen ex auctoritate & Poſſ
ſione exurgit. Etenim Auctoritas jus i
ſitum ſibi habet jubendi, & Poſſeſſio v
ſive robur addit exequendi & perficie
di quid per Diſciplinam piam & bona
uti neceſſario in omni regimine a
privato aut publico hæc quatuor requ
ſita eſſentialia, nimirum rerum Poſſeſ
propriarum, Auctoritas quæ Jus cont
nent ſuum & Diſciplina cum Poteſta
quæ factum exprimunt, concurrere d
beant; aliàs nulla decens Communio a
cohabitatio dari poterit. Itaque nen
Patrum familias iſta ſibi derogari aut i
fringi ſinet, velut nec Rex aut Magiſtr
tus in publicis. Veluti in Iacob. *Gen.* 3
videre eſt, qui potius cum bonis & ux
ribus ac liberis à ſocero diſceſſit, quà
quod hæc ſibi aut vi aut calumniis in
fringi vellet. Ita tota S. Scriptura al
un

ndè hoc præſtat, ut tantum publicis & rivatis regiminibus fundamenta mon-ſtret quibus tutò ſuperædificari poſſim omnia, quæ ad hujus vitæ faciant regi-men & ſuſtentationem, niſi homines ex malitia ſe Spiritui Dei ſubducere, eun-dem rejicere, ac potius Spiritui mundi ſubmittere velint.

12. *Quid eſt Stemmatica familia?*

EST Societas laxior & communio ho-minum agnationis vinculo inter ſe devinctorum, cujus capita quidem plu-res Patres familias, participatione ta-men ſanguinis cohærent.

13. *Quotuplex eſt hæc familia?*

DUplex; aut enim eſt Cognatorum, aut affinium.

14. *Quid eſt familia cognatorum?*

EST Societas particularis hominum ab una ſtirpe per generationis naturalis ſucceſſionem ortorum, idemque nomen gentilitium uſurpantium. *Ioſ.* 2. 12, & 6. 26. *l.* 195. *parag.* 2. *ff. de V. S.*

15. *Quomodo autem hæ ſucceſſiones ritè agnoſcuntur?*

EX gradibus generationis, quorum alii ſunt ſuperiores, alii inferiores, alii



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

collaterales, uti *ſupra Cap. 14. quæſt. 14.* id explicatum eſt.

16. *Quis eſt effectus hujus familiæ?*

IS maximè in communione ſe exerit & propagatione ejuſdem, ut, ſi valdè ſi propagata & in ſubfamilias nimis extenſa, inde gens oriatur. *Gen.* 10.

17. *Quid eſt familia affinium?*

QVæ etiam ſecundaria dicitur Societas, eſt hominum affinitatis vinculo inter ſe colligatorum, quo etiam adoptati homines referri poſſunt.

## CAP. XIX. Præcog.

## De Collegio.

1. *Quid eſt Collegium?*

EST Particularis converſationis Civilis Societas, in qua homines ejuſdem ſtatus & conditionis, maximè unius profeſſionis, propter mutuam cõmunicationẽ rectius obſervandam, boni publici cauſa *Prov.* 1, 19. conſociantur ex ſuperioris conſenſu & auctoritate, *Geneſ.* 37, 25.

2. *Quid*

2. *Quid heic animadvertendum?*

DEfinitionis reſolutio & diviſio.

3. *Quid in definitione?*

NOminis ratio & cauſæ.

4. *Quid in nominis ratione?*

EJus acceptio & ſynonyma. Etenim ſunt, qui hoc à colligando dictum volunt, quod complexum amicitiæ, quæ unicè inter collegas vigere debet, contineat, ut vinculari quaſi inter ſe cohæreant. *Eſa.* 25,7. *Dan.* 3,32. *Oſe.* 12,13. Vnde apud Jur. Conſ. Collegiati dicuntur fratres, inter ſe. *Abb. c 1. de his, quæ fi. à mai. part. Cap.* & collegæ habentur, qui ſimul habitant. Alii ab eligendo dicunt quaſi in unum munus collectos haberent. *Var. lib. 5. de ling. lat. Godd. l.* 85. *ff. de V. S. Exod.* 5,7,11. & 16,4,16,18. *Num.* 11,8. *Deuter.* 11,14. *Eſa.* 10,14. Inde & in genere ac ſpecie accipitur. In genere ſignificat congregationem quamcunq; *l.* 173. *ff. d. V. S.* Sic & contutores collegæ dicuntur *l.* 14. *l.* 46. *ff. de adm. tutel.* nec non qui idem munus & onus ſubeunt. Velut etiam maligni & ardeliones in conſpiratione ſua hoc nomine gaudent. In ſpecie verò conſociationem bonorum ejuſdem ſortis colle-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

gium conſtituunt ex ſuperiorum conceſſione *l. 4. ff. de colleg. & corp.*

Synonyma habet, ut, Cœtus legitimus Conventus, Sodalitas, Concilium, Societas κατ᾽ ἐξοχὴν, Synodus, Synagoga Sodalitium, Conſortium, &c. ac Græcis eſt συνέδριον, σύλλογος, συναρχία, ἑταιρία. Sic *Cic.* 3. off. Prætorium collegium, & pro Dom. Tribunorum plebis Collegium, vocat, *& de Leg.* Quod enim eſt tàm deſperatum collegium, in quo nemo è decem ſanæ mentis ſit? ut indicet, quod collegia non ex vanis conſtitui debeant hominibus! Vnde collegæ ejuſdem officii, & fratres, & ſocii, & ſodales, &c. vocantur.

### 5. *Quænam ſunt cauſæ Collegii?*

EFficiens eſt vel principalis aut minus principalis. Illa eſt conſenſus hominum ad collegialem hanc ſocietatem adſpirantium; Iſta eſt conceſſio ſuperioris quùm aliàs collegia forent illicita *l. 2. ff. de Coll. & corp.* Ideoque nullus rex aut Princeps tàm ſui & ſuæ auctoritatis erit oblitus, ut ipſe non præſidem aut per delegatum ſuum agat. 1 *Cor.* 12, 25, 26. *&* 13, 5. Finis eſt iterum duplex; ultimus & ſubordinatus. Iſte eſt bonum commune Collegii ipſius; alter uſus publicus Reipubl. in promotione commodi evidentis aut ſtatus, præſertim ut & favora-

vorabilius tributa & impoſitiones colligi queant.

Materiam ſive ſubjectum referunt perſonæ collegiali vinculo inter ſe copulatæ, quæ collegæ proprio nomine dicuntur, quorum tres ad minimum conſtituunt collegiũ *l.85.ff.de V.S. ubi God.*duo autem conſervant *l. 7. parag. 2. ff. quod cujusq univ nom.* Inter hos unus ſuperior, qui Præſes dicatur,ſeu Præfectus, Primicerius, πρωτοστάτης, & jus convocandi, proponendi, colligendique vota habeat. *tit. Cod de Primic. & ſecundo cer. lib. 12. Matt.*9,18. *Marc.*5,22,23. *Luc.* 8,41,47. *Cuiac. in parat. lib. 12. ad d. tit. C.*

Forma in legitima communicatione, rerum, officiorum,conſiliorum & auxiliorum juxta auctoritatem & modum conceſſionis aut privilegiorum præſcriptum, conſiſtit, & conſequens neceſſarium ſecum includit, ut ſuos habeant Conventus, & locos publicos, in quibus ſua conſilia, deliberationesque agitent.

### 6. *Quomodo hoc collegium dividitur?*

DVplici modo vel ex ratione formæ, vel ex ratione Perſonarum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

7. *Quomodo dividitur ex ratione formæ?*

QVando aliud licitum aliud illicitum habetur. Etenim Licitum eſſe nequit, ſi non ſecundum conceſſionem Legum aut Superioris, vel etiam in communione rerum licitarum fiat. Vnde illicitum quale ſit facilè dijudicari poteſt: ceu ſunt monopolia, quæ Compagniæ mercatorum potiſſimum exercere ſolent.

8. *Quomodo ratione perſonarum dividitur?*

DVplici modo iterum vel ex ſtatu dignitatis, vel ex gradu ejus.

9. *Quomodo dividitur ex ſtatu?*

UT ex earum ſtatu & conditione aliud ſit ſimplex, aliud mixtum: Simplex iterum aut reſpicit ſtatum eccleſiaſticum, ſive ſecularem: Mixtum vero ex perſonis utriusq; ſtatus eſt compoſitum, velut egregium horum collegiorum repræſentat collegium Electorale Imperii Romano-Germanici: huc referunt nonnulli etiam Scholas & Academias.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

10. *Quotuplex eſt ex gradu dignitatis ſumptum?*

DVplex. Vel eſt ſuperiorum Collegium quod alii primarium dicunt; vel inferiorum, quod ſecundarium quoque faciunt.

11. *Quid eſt Primarium?*

ESt quod ſpectat ad magiſtratum, totiusvè corporis univerſitatem, Cujusmodi eſt Collegium, Principum, Conſulum, Primorum Populi, Senatorum, &c.

12. *Quid eſt ſecundarium?*

QVod concernit ſubditos, & privatos: qui artis unius profeſſionem aut cognatam tractant.

13. *Quotuplex eſt hoc collegium?*

MVltiplex eſſe poteſt; primis tamen aut ſunt Nobilium, aut litteratorum, aut Mercatorum quales ſunt Societates in Specie ſic dictæ, & hodie Compagniæ vocantur: aut opificum, quæ vulgo tribunitia collegia appellantur, & ſodalitates, aut tribus *Zueſſen in mingen*, velut ante excidium ſuum Magdeburgi habebantur, & hodiè Coloniæ Agrippinæ lauda-

laudabiliter vigent 22. *Gaffeln*. Aliàs tamen quoq; urbes habere ſolent ad belli diſpoſitionem ſuas Curias, vel quatermones, velut olim Romæ 35. *tribus* à Romulo ita in Curias dividebantur.

14. *Quæ Collegiorum oppoſita?*

COllegia illicita, diſſenſus aut diſſidia interna, Corruptio collegiorum & totalis eorum diſſolutio. Et tantum de Societatibus particularibus, ſequuntur Vniverſales.

## CAP. XX. Præ cogn.

## De Societate Univerſali.

1. *Quid eſt Societas univerſalis?*

EST Societatum diverſarum communio, qua diverſi ſtatus hominum in unum corpus quaſi coeunt.

2. *Quotuplex eſt hæc Societas?*

DUplex, aut enim Legitimis mediis Politicis & civilibus cohæret, diciturq; Univerſitas, aut ſaltẽ ejus ſceleton rèfert in corpore ex fœdere, diciturque aliàs holopolium, aut Univerſitatis æmulatio.

3. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 3. *Quid eſt Univerſitas?*

EST plurium diverſi ſtatus hominum, familiarumque omnium, & collegiorum juris communione, civiliumque commodorum ſociata ita multitudo, ut corpus aliquod in connexione mutua repræſentet; in loco ubi habitat. Talem coagmentationem populus Judaicus inter ſeſe repræſentavit in Ægypto, & priusquam in ſolidam coaleſceret Rempubl. *Exod.* 3. *&* 4 *&* 5. *&c.* Diciturque aliàs Communitas; *die Gemeinde, aut Gemeinheit. Gen.* 34, 16, 22. *Exod.* 11, 2, 3, 4. *Deut.* 13. 12. 13. 15. *l.* 2. *l.* 7. *parag. ff. quod cujusque Univerſ. l.* 30. *ff de uſucap. tit. C. de Collegiat. lib.* 11. *& tit. ff. de privat. Corp. Urb. Rom. Loſæus lib. de Iur. Univerſal.*

### 4. *Quid heic obſervandum?*

DEfinitionis contenta in nominis explicatione, & ejuſdem diviſio.

### 5. *Quid nominis contenta indicant?*

ID explicatione nominis detegetur, quæ in derivatione & acceptione ejus pateſcet. Etenim Univerſitas quidem ab uno dicitur, ſed ita tamen, ut in amplitudine ſua tam latè extendatur, quaſi illud

unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

unum in totū quoddam commune convertat. *Velut Cic.* mare univerſum *dixit*, & univerſam eloquentiam, univerſam gentem, vitam & nationem, ut inde univerſi omnes dicantur, quibus ſinguli opponuntur. 4. *in Ver.* Ergo ab univerſa provincia, generatimque à ſingulis ejus partibus diligitur, &c. Hinc univerſitas τὸ πᾶν, τὸ ὅλον ὁλόκληρον, καὶ τὸ σῶμα dicitur, velut etiam ipſe mundus univerſi & Univerſitatis appellatione exprimitur; *Sic 1. de Nat. Deor.* Univerſitas rerum, quâ omnia continentur. *It.* ſi totum Univerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur. Ita & pro toto genere humano accipit *2. de Nat. Deor.* Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos. *Sic Colum.* de ruſticationis univerſitate, non attinet jam plura dicere. *Et Quintil.* Si quando in partibus laborabimus, univerſitate pugnandum eſt. Quum itaq; univerſitas meram generalem contineat diſpoſitionem, ut non aptis per totū inter ſeſe conveniat firmiter membris quidē, quæ quaſi in cute cohæreant univerſaliter; nihilominus Univerſitatis talis homines vocantur cives, contribules, oppidani, incolæ & municipes. *tit. ff. ut null. ex vican. tit. C. non licere hab. metrocom. l. 1. C. ut nemo ad ſuum patron.* Sic etiam apud Judæos univerſitatem

quandam

quandam conſtituebat quælibet tribus, quæ rurſum ſuas habebat familias. *Deut.* 16,18. & 29.10. *Ioſ.* 23.2.6.24. & 19. 47.48. & 2 *Chron.* 30.1.2.3. Habent itaque aliquod politeuma, ſed non plenum, quo tamen inter uti poſſunt aliquo uſq;. Sunt interim, qui Univerſitatis nomen ſpecialiter certæ formæ regiminis ſuper inducere ſolent, velut apud Lenſæum & ejus imitatorem Brunigium videre eſt, qui heîc conſulantur ulterius.

### 6. *Quomodo dividitur autem Univerſitas?*

QVum non ſolidam conformationem & ſtabilem ſui referat talis Vniverſitas, ſed variis & fluxibilibus obnoxia ſit caſibus atq; diſſolutionibus, non aliam diviſionem niſi gradualem admittit; unde ſunt, qui pro loci capacitate in majorem & minorem eam diſtinguunt, ut majori accenſeant, urbes, oppida, &c. minori univerſitati vicos, pagos, &c. de quibus poſteà agendum erit. Sic etiam per abuſum Academias vulgariter Vniverſitates vocant, forte reſpectu ſcholarium particularium & trivialium. Germani dicunt *hohe Schulen* altiores ſcholas, quod fortè inde in Vniverſitates diſſeminentur artes; Vbi certe diligenter cavendum, ne puteus ſit *Apoc*. cum locuſtis. *Apoc.* 9.2.3.

7. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*7. Quid eſt corpus fœderatum ſive holopolium?*

QVod & ὀχλοπόλιον dicitur, eſt communio Societatis univerſalis, quæ pactione publica inter populos de amicitia, pace, & commerciis mutuo exercendis, & conſervandis, aut libertate retinenda initur.

8. *Quotuplicia ſunt?*

DVplicia; æqualia vel inæqualia, &c. Sed quum de iis *in Rebusp. Hanſeat. part. 2. c. 8. & 11. ac ſeqq.* actum ſit, atque etiam ad alium locum inferius ſpectet, non amplius eorum mentio heîc facienda erit dum jam ad Ordines populi *ex cap. 6. q. 2.* nos convertimus.

CAP. XXI. Præcogn.

## De ordinibus Populi & diſtinctione maximè civium.

1. *Quid ſunt Ordines populi?*

ABſoluto ita tractatu de priori diviſione populi; videlicet quantitativa, ſequitur nunc qualitativa, quæ ordines determinat. Hi igitur nihil aliud

aliud ſunt, quàm Claſſes diſtinctæ hominum, in quas populus commode diſtribui poterit, pro meliori diſciplina & reſpectu in Republ. undiquaque habenda.

2. *Quid heic obſervandum?*

NOtatio nominis & ſubjecti applicatio.

3. *Notatio nominis in ordine quænam eſt?*

APtiſſimum ſanè rebus eſt vocabulum ordinis, quum nihil prorſus diſcriminis dari poſſit ſine ordine. Ac res quæ non ordinem accipiunt aut admittunt in confuſione ſua pereunt; quod adeò verum, ut neque actiones ullæ ſine ordine poſſint edi. Nec tempus, nec modus ullus caret ordine: imò ex ordine viget & vivit ipſum tempus, niſi quod in inferno tenebræ eo careant, ubi umbra mortis & nullus ordo, *ut ait Iob.* 10, 22. Ideoque patet inde, quod ad omnes res, quæ prius & poſterius aliquod aut diſtinctionem quandam admittunt, ordo excurrat & ſpectet, quùm nihil aliud ſit niſi congruens diſpoſitio rerum & collocatio ſingulorum in ſuo loco. Noſtine ordinem cœli? *ait Iob.* 38. 33. & ordinem Lunæ ac ſtellarum *Ierem.* 31. 35. in gloriam Jehovæ collaudat propheta.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Quamvis autem Ordinis acceptio ta
latè pateat; tamen rectè faciunt,qui eju
proprietatẽ homini potiſſimum accom
modant , quùm homo tanquam Micro
coſmus omnes mundi ornatus & ord
nes in ſeſe contineat , uti etiam loqu
tur Xenophon in Oecon. nihil homin
bus præſtantius nec utilius ordine. A
tamen aliter ipſi internè aliter extern
applicatur,ut etiam in cogitationibus &
conſiliis ordo eſſe debeat *Bart.in l. ff.*
*Vell.* Sed in Politicis maximè extern
qualitatibus & eorum condition
bus attribuitur , velut etiam ord
miniſterii dicitur. *Num.* 7. 5. *&* 1 *Re*
10.5. *Pſal.*110.4. *&* 1 *Cor.* 14, 40.
15. 23. *Hebr.* 5. 6. 10. *&* 7. 11. Hi
ordines tam inter regentes , quàm ſu
ditos dantur, quùm , in omni hominu
cœtu , neceſſum ſit ut gradus conditio
nis ſpectentur , velut *Cic. 1.* Oecon. ai
Nihil eſſe pulcrius in omni ratione vita
diſpoſitione atque ordine. Sic & ſtatu
cujusque Reipub. apud magiſtratum &
ſubditos ordinem æſtimationis ſuæ re
quirit. *Vnde Cic. pro Flac.* ordinem Se
natorium magni æſtimat , & pro Dom
Ordinem equeſtrem: *& I.V.* Si cuiqua
ordini,ſive oratorum, ſive pecuariorum
ſive mercatorum probatus ſit. *& lib. 1*
*epiſt.9.* Ordo publicanorum. *lib.10.epiſt*
*12.* omnium generum atque ordinum
conſenſus,&c.ut ita cuique generi vita
ſuu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ius ordo apud Latinos adſcribatur. oc autem cum difficilè ſit, ita juſtè diſerere, propterea ordini huic ſeriem laſſium in definitione attribuimus, quod maxime valet in hoc ſubjecto incolarum & civium *l. nemo C. de oper. publ.*

4. *Quibus verò ordo talis in Republ. adſcribitur?*

UTi jam ex nominis explicatione patet, tàm regentibus, quàm ſubiectis x ſubditis. Sed de regentibus ſuo loco getur. Vide quid de ordine in republ. *ians. par. 3. c. 8.* actum ſit.

5. *Subditi qui vocantur?*

OMnes in ſingulis perſonis, qui à regiminis ſtatu ſunt excluſi, licet nonlum fixum agnoſcant locum alicubi: niilominus quocunque veniunt, cogunur ſuperiores recognoſcere ſuos, qui oco illi præſunt.

6. *Suntnè verò in aliquo diſcrimine?*

OMninò, Sunt enim ἐγχθώνιοι, qui certo in loco ſuperiores recognoſcunt. alii verò nondum ſibi ſixam comparaunt ſedem, ſed vel adhuc peregrinantur, aut in circum vagatione errant, & Græcis dicuntur ἄχωροι vel ἐπιχθό-

νις καὶ ἐρύχωρος eſt, cui undique locus amplus eſt. Germani dicunt: *Nirgent heim*. Erro, vagabundus, peregrinus, &c.

*7. Quotuplices autem ſunt ſuperiores in certo loco recognoſcentes?*

ITerum in duplici ſunt differentia: aut enim ordine Civium aut Advenarum comprehenduntur. Cives vero iterum ſunt duplices: Aut enim veri, aut analogice cives vocantur. *Gorl. lib. 2. obſ. 35. 1.*

*8. Quid eſt Civis propriè ſic dictus?*

QVùm Cic. Civem à coeundo vocatum ſic velit, quod vinculo Societatis quodã cives in unum cœtum coeant & ſub iiſdem legibus vivant, ceu Græcis etiam πολίτης & ἀςὸς eſt, meritò dicitur: quod ſit Socius, qui cum familia ſua in conſociatione familiarum juxta reſpectum ſuperiorum benè vivere intendat.

*9. Quid heîc notandum?*

DVo: diviſio Civium particularis, & ratio Juris locorum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

10. *Civis propriè ita dictus quotuplex?*

DVplex: vel eſt plenus, vel ſemiplenus & ſaltem ex parte.

11. *Quis plenus civis?*

QVi Jura civitatis ex toto ita obtinet, ut omnibus Juribus & commodis loci, in quo vivit, frui, uti & ejus membrum rite referre poſſit. *Danæ. lib. 2. Pol. c. 4. fol. 98.* Sic olim civis Rom. erat, qui in civitate Rom. domicilium, cenſum, tribum & publicorum gerendorum poteſtatem habebat. *Sigon. lib. 1. ant. Iur Civ. Rom.* Et apud Hebræ. qui ex ſemine Jacobi genitus, & ad omnia ſacra aptus eſſet. *Deut. 23. Ioſ 5. Iud. 14. 11. & 1 Reg. 21. 11. & 2 Reg. 23. 17. Luc. 15. 15.*

12. *Quotuplex hic iterum?*

VEl natus, ſive originarius & naturalis ἔγχωρος, αὐτόχθων, indigena; vel factus, adſumptus & adſcriptus.

13. *Quid eſt originarius?*

QVi nativitate civis eſt, vel à patre & avo, aut ex utroque parente, vel alterutro tantum prognatus *ibi l. 1. parag. 2. ff. ad municip.* Eſtque iterum ratione familiæ vel Patritius, vel Plebeius.

### 14. *Quid eſt adſumptus civis?*

QVi cõſenſum Magiſtratus per obligationem expreſſam Jus Reipubl. & civitatis eſt adeptus. *l. 1. 2. 7. C. de incol.* Græcè dicitur *παροικὸς* juxta habitans, Latinè incola; quem Germani *ein Pfofbürger* vocant, id eſt civis voluntarius. Accipit autem plenum Jus ſi homagium præſtet ſeu Juramentum ſubjectionis, quod etiã nobiles detrectare nequeunt. Vbi hoc ſedulo notandum, quod quisque locus ſuam fermè habeat conſuetudinem aut ſtatuta, quæ cuivis peregrino perquirenda ſunt, quomodo plenum jus Reipubl. acquiratur. Sic Venetiis 14. annos incolere neceſſe eſt iis, qui Jura plebeiorum adepiſci velint. Fruſtrà heîc anxiè quæritur, utrum expediat peregrinos Jure civitatis donare? Qui nolit credere commodum, abeat ad Belgas, & facto ibi refutabitur ſatis feliciter. Ignorantes & Jdiotæ in Politia ſcrupulos ita inanes movent, & ſua Jura ficta conſuetudinis abſurdæ nimis altè venditant. Rectius ſapiunt, qui humanitatis cultui propius accolas ſe præbent. Arrogans ſuperbia, ubiq; odioſa manet, quùm ipſa ſibi ſit exitio. Jus plenum civis vocatur, *Das groſſe burgerrecht.*

15. *Sed*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

15. *Sed quid eſt Semiplenus civis?*

EX parte civis eſt, qui Jura civitatis obtinet ex toto, ſed pro parte ita, ut vel in civitate habitans partiale jus habeat, vel alibi habitans, cum civitatis Republ. confœderatus ſit, ac proinde ex parte ſit inquilinus, vel extraneus.

16. *Quid eſt civis inquilinus ex parte?*

ESt, qui vel in civitate habitans ſaltem uno aliquo pleni civis Jure; non autem omnibus privilegiis & Juribus ejus Reipublicæ uti poteſt: Sic ſunt, allectos quos dicunt, qui aliunde ad civitatem certam ob cauſam acceſſerunt: eosque maximè recipiunt ii; qui Jmperii amplificationi magis, quàm tranquillitati ſtudent, ait *B. ol. in Syn. Pol. cap. 11* Sic & Proſelyti apud Hebræos erant, *Exod.* 12, 48. Et tali Jure vivunt Hamburgi hodiè exteræ nationis mercatores cum certis pactis liberè diſcedendi, absque decurtatione bonorum, quibus quoque Seniores ſui loco ſemimagiſtratus ſunt, &c.

17. *Quid eſt civis partialis extraneus?*

ESt confœderatus talis, qui Jus civitatis ex fœdere in quibuſdam adeptus

eſt; veluti talem correſpondentiam inter ſe Bernates & Genuenſes fovent.

18. *Quomodo autem ſe habet Ius civitatis ex ratione locorum?*

DVplici modo id conſtitutum viget, ut ſit vel Univerſale reſpectu totius imperii, vel particulare, reſpectu Provinciæ aut certæ urbis. Sic licet de Jure communi incolatus tempore decennii acquiratur *l. 2. C. de incol.* tamen in continenti quoque acquiritur, quando quis re & facto animum manendi declarat, puta: ſi domicilium elegerit. *l. domicil. ff. ad municip.* Item ſic in civitatibus Germaniæ paſſim incolatus ex conſuetudine, vel ſtatuto, poſt annum acquiritur, & non patiuntur advenam diutius ibi commorari, ſi elapſo anno Jura civium redimere nolit. *Geil. lib. 2. obſ. 31. n. 8.* Et Hanſæ civitates ſua Jura ſeptimo anno ſaltem transferunt, uti explicavimus *part. 4. c. 11. de Rebuſp. Hans.* Ex Juribus talibus cives quoque alii dicuntur Univerſales, vel particulares.

19. *Quinam ſunt cives univerſales?*

QVi totius alicujus imperii aut regni ſunt cives; veluti hoc modo omnes Germani ſunt cives Imperii Romani. *Actor. 22. 26. 29.*

20. Qui-

20. *Quinam ſunt particulares?*

QUi vel provinciæ aut Civitatis ſunt alicujus certæ cives; qui iterum vel Vrbani ſunt vel ſuburbani in ſuburbiis habitantes, &c. *Levit.* 19,18, & 21,1, & 24,16,19,22, & 25,14. *Num.* 15,30. *Deut.* 15,3. *Iud.* 17. & 4, *Eſdr.* 9,45, & 10. 2.

21. *Quinam ſunt analogicè cives?*

CIvis per analogiam & impropriè ſic dictus eſt inquilinus, qui negotiorum ſuorum cauſa in civitate aliqua habitat ita, ut præter Jus habitandi nihil in eadem obtineat; ceu olim Magdeburgi erant Latitatores ex Hamburgo, quos *Liggeros* dicebant. Hi iterum ſunt aut Forenſes, aut Honorarii.

22. *Quid ſunt cives honorarii?*

QVi honoris & meriti ergo à Regibus aut Principibus titulotenus civitatis nomine donantur absq; omni ſubjectione & domicilii tranſlatione, quo jure Franciæ reges donati ſunt ab Helvetiis (*Comen. lib. 6.* Et Venetianis ita mos eſt, ceu ipſe novi quoſdam, qui hoc titulo gaudent.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

23. *Quid vero eſt Forenſis?*

EST, qui ſaltem in nundinis ad forum accedit, ut commerciorum jure ſecundum leges & mores civitatis aliquousque uti poteſt; vel etiam alterius miniſterii cauſa degit in civitate. Inde talis inquilinus vel liberior eſt, vel adſtrictior.

24. *Quiſnam liberior?*

EST quisque liberæ ingenuitati verè & piè ſtudet, unde & talis dicitur ſtudioſus, nobilis, miles, vel alia quæpiam perſona peregrinans.

25. *Quis adſtrictior?*

HIs inquilini accenſentur tales, qui opificium aut artificium, aut tale quid exercent, & in iis ſua tractant negocia.

26. *Quid eſt Advena tandem?*

EVm indigetant, qui ſaltem transeundi ſolum, & hoſpitandi commoditatem quærit, quorum curam Deus accuratam vult haberi, ſub certa pœna *Deut.* 10. 19. *Eſai.* 58. 2. *Matt.* 20. 35. 36. *Luc.* 14. 13. *Rom.* 12. 13. & 1 *Tim.* 3. 2. *Tit.* 1. 8. *Hebr.* 13. 2. & 1 *Pet.* 4. 9. *Iac.* 1. 27.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

27. *Suntnè etiam aliæ diviſiones civium?*

IMo. Namque tàm cives quàm incolæ ratione relationis ſexus, ætatis, dignitatis, habitus, facultatum, & ſtatus in varios ordines diſtribuuntur, quorum accuratam rationem Politicus tenere cogitur. Veluti ex relatione alii ſunt magiſtratus, alii ſubditi, de quibus infra: Ex ſexu, alii mares, aliæ fœminæ: ex ætate, alii Juniores, alii ſeniores: Ex dignitate aut eminentia nobiles, vel ignobiles: ex eruditione, docti, indocti, vel litterati & illitterati, & rurſus, ex habitu agricolæ, opifices, mercatores, &c. Ex facultatibus, diuites aut pauperes: Ex ſtatu liberi ſervi: & rurſus idiotæ qui privatas res curant, aut officiarii, qui publicum gerunt munus, ſunt, agricolæ, coloni, ruſtici, &c. de quibus alibi.

28. *Quæ oppoſita habet civis?*

OPponuntur tàm civibus quàm incolis, peregrini, hoſpites, vagabundi, &c. qui in civitate, in qua commorantur, neque uſum privilegiorum habent, neq; domicilium; ſed aliunde advenientes diverſorio ad tempus utuntur. Sed nunc *ex cap. 4. diſtinct.* ad res Populi nobis pergendum eſt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XXII. Præcogn.

# De re Populi, & præſertim immobilibus ejus.

1. *In diſpoſitione Politices, quid nunc porro examinandum venit?*

VT methodi ratio rectè obſervet ex cap. 4. abſoluta videlicet prim parte materiæ, quæ in perſonaru conſociatione, numero & ordine conſ ſtebat, neceſſum eſt, ut nunc ad alterar materiæ partem in Republ. pervenia mus, quæ in Re aut Rebus populi ſeſ exerit.

2. *Quid in Re Populi conſiderandum?*

EJus natura in definitione, & diviſio cum contentis ſuis.

3. *Quid eſt Res igitur populi?*

ESt omne bonum externum, quodcun- que in poſſeſſionem hominis alicujus privati aut Societatis publicæ, pro ejus inſtitutione ac conſervatione cadere poteſt.

4. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*4. Quid heic notandum?*

ANte omnia duo hæc; nominis notatio & ejus acceptio, ex quibus ipſa efinitionis explicatio patebit, quum compendioſè heîc ſit agendum.

*5. Quæ eſt notatio nominis Rei?*

QVùm tàm latè ſe ejus conceptus extendat, ut etiam rei notatione determinetur, quicquid vel ſaltem nudis cogitationibus aſſequi poteſt ita, ut ei quidditatem aliquam ſive eſſentiam abſtractam imponat, admodum ſanè mirabilem ejus derivationem Scholaſtici conſtituerunt. *Scot. in Repart. 2. diſt. 1. q. 2.* ejus etymologiã ita deſcribit, inquiens: Res dicitur dupliciter, à reor, reris, & à Ratitudine. Primo enim modo quodlibet poteſt dici Ens, ſive ſit opinabile, ſive exiſtens: quia Reor hoc Verbum importat actum intellectus & rationis: ideo etiam res dicitur de Entibus, quæ non habent firmum eſſe reale. Secundo modo dicitur Ens ratum, inquit, firmum, quod habet veram Entitatem, & illud non dicitur de impoſſibilibus eſſe, nec de puris fictitiis, ut Ens. *Sic & Conſtant. Sarn. in direct. Theol. Bellov. tr. 2. c. 14. Thom. de verit. q. 1. art. 1.* Sed de talibus vanis & fictitiis Rei & Entitatum deri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

derivationibus nihil conſtat Politice quùm illud potius reſpiciat, quod Græci πράγμα *Actor.* 5.4. & 1 *Cor.* 6.1. *Iacob.* 3.16. aut κτῆμα *Actor.* 5.1. *Matt.* 19. 22. dicunt, & ita ſub ſenſum cadat, ut poſſideri valeat *Matt.* 10.9. *Luc.* 21.19. *Actor.* 22.28. Ac licet Græci plurima habeant vocabula, quibus Rem exprimere conentur, ut ſunt, ἕρμα, ἔργον, πρᾶγος, χρῆμα, χρεία, tamen nihil convenientius heîc quadrat, quàm πρᾶγμα, aut κτῆμα. Namque non expetimus Res, *ut ait Cic. ad Heren.* quæ moveant riſum, aut 4. *Acad.* ſint commentitiæ, 1. *Acad.* inuſitatæ, aut *Tuſcul. q. lib.* 4. formidoloſæ: ſed res evidentes 4. *Acad. & 3. off.* ad vivendum neceſſariæ, *&* 1. *Ac.* res ante oculos poſitæ, vocenturque, *ad Att.* 9. *epiſt.* 4. Res privatæ, publicæ, forenſes, domeſticæ, 1. *off.* res proſperæ & ad voluntatẽ noſtram fluentes in negociis gerendis 4. *Acad.* Interim tamen non errant valdè, qui affirmant, quod res & Ens Synonyma ſint; nec ulli rei Res valeat accommodari, in quam non quadret etiam Ens. Res enim enunciatur de Jdeis vel rationibus ſeminalibus; de iiſdem quoque Ens, quia, ut habent eſſentiam, ita Entis nomen, quod eſſentiam exprimit, quoque participant, ut ajunt, &c.

6. Quot

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*6. Quot modis autem Res accipitur ?*

GRammatici ultra 20. fingunt ejus acceptiones, quum adeò generale ſit, ut & corporeo & incorporeo eſſe imò nugis & fabulis ipſis adſimuletur. Heîc verò non ea, quæ extra ſenſum vel internum aut externum ſunt, ſed maximè in ſenſus externos communiter atque eorum communicationem & commercia incurrunt, curamus in Politicis. Ideoque rectè inſtituta eſt quæſtio de Rebus Populi, & non de mentis fabulis aut aliis nugamentis, ut maximè contineat, opes, bona, & ejuſmodi ſubſtantialia, quæ realem poſſeſſionem declarare poſſint. Velut inde quoque Rempublicam haut inconveniter dici, antea ex Cic, monuimus.

*7. Quotuplex igitur eſt Res populi ?*

DVplex: Partim enim res animatas partim inanimatas complectitur; licet heîc alii res velint publicas quæ cõmunes ſint omnibus hominibus quoad uſum, & privatas velint dici; de quibus alibi.

*8. Quænam Res animatæ heîc intelliguntur ?*

REs animatæ partim ſunt homines & inter eos maximè miniſtri publici,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

qui ſunt ignobilioris & ſervilis conditionis partim beſtiæ, ſive cicures, ſive feræ; ſive terreſtres aut aquatiles, ſive volatiles, quatenus uſui communi inſerviunt, & poſſeſſione acquiruntur.

*9. Quænam ſunt Res inanimatæ?*

SVnt κτήματα ejuſmodi, quæ vel motum non admittunt, & dicuntur immobiles, aut ſunt mobiles?

*10. Quæ Res mobiles heîc intelliguntur?*

NOn heîc intelligimus motum privationis aliquem, aut actum actuationi à termino ad quem in 8. ſpeciebus, u loquuntur terminiſtici illi Sophici; sec res tales, quæ de loco in locum ſalvæ & integræ abſque læſione transportari nequeunt. Suntque vel naturales, vel artificiales.

*11. Quænam Res ſunt naturales?*

QVæ ex naturæ ſuæ conſtitutione in uſum publicum ſuppeditantur, ſuntque vel ſimplices; vel mixtæ.

*12. Res quasnam heîc vocas ſimplices?*

NOn eas, quæ in ſuorum elementorum principia ſunt reſolutæ, ſed aquæ &

terræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

terræ principaliter proximam conſtitutionem indicant. Itaque vel ſunt fluidæ, ut maria, flumina, ſtagna, lacus, fontes, thermæ, & id genus aliæ: vel ſolidæ, ut agri, prata, valles, montes, littora, ripæ, &c.

13. *Quas vero res Populi dicis mixtas?*

QVæ partim ſunt ſupra terram, ut ſylvæ, vineæ, horti, paſcua, viridaria portus; viæ publicæ: partim infra terram, ut fodinæ metallicæ, lapicidinæ, ſalinæ, &c.

14. *Quanam res ſunt artificiales?*

QVæ artis opera compactæ aut conſtructæ comparantur, dicunturque aliàs Continentia receptacula perſonarum civiliter ſociatarum. Suntque vel prima, vel à primis orta receptacula, aut continentia.

15. *Quodnam eſt Primum Continentis receptaculum?*

ESt, quod primo momento naturæ civilis Societatis inſervit, & à quo reliqua continentia ſive receptacula originem trahunt, ut eſt Domus & Pagus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 16. *Quid eſt domus?*

EST habitaculum patris familias, ejusque domeſticorū habitationi & uſui cotidiano commodioris vitæ deſtinatum, quod adeo neceſſarium, ut etiam Deo Domus attribuatur myſticè. *Geneſ.* 28. 17. 22. & 35. 7. *Exod.* 23. 19. & 34. 26. *Deut.* 23. 18. & 25. 13. Sicut ipſe Jehova voluit ſibi tabernaculum ad cultum externum exædificari. *Ioſ.* 9. 23. *Iud.* 18. 31. & 19. 18. & 20. 26. & 2 *Sam.* 7. 5. 6. 7. 13. & 14. 20. & 1 *Reg.* 2. 36. & 5. 5. 18. & 6. 1. *& ſeqq.* Vnde & Eccleſia domus Dei vocatur. *Ioh.* 14. 2. *&* 2. *Cor* 5. 1. *&* 1 *Tim.* 3. 15. *Hebr.* 3. 25. & 10. 21. & 1 *Pet.* 2. 5. & 4. 17. Sic & pro gentilibus ejuſdem ſanguinis eſt, *Luc.* 1. 27. *Matt.* 15. 24. *Matt.* 10. 12. pro hoſpitio. *Matt.* 9. 28. Sic domus cœleſtis & terreſtris habetur 2 *Cor.* 5. 1. *&* 2. *Pet* 1. 14. Habitatio autem conſtituta ibi dicitur ſimul ubi fortunā ſuam cum commerciis quis exercet. *l. cives. C. de incol. l.* 5. 27. *parag.* 1. *ff. ad munic.* Hinc mulier eſt cuſtos domus. 1 *Tim.* 5. 13. *Tit.* 2. 5.

### 17. *Quid eſt Pagus?*

PAgus Græcis *κώμη* eſt multitudo domorum in receptaculum Societatis politicæ ita redacta, ut homines promptiori congreſſui adſint ſine tamen muris

vallis

vallis & foſſorum cinctu. Quamvis à πήγη aut παγὴ id eſt fonte dictum velint, *Gen.* 14.7. & 16.7. & 24.13.62. & 21.25. & 23.11. & 25. 11. & 26.18. tamen apud Germanos longè aliud fuit pagus, qui totum diſtractum juriſdictionis continebat, ut monſtravimus in Reſpub. Han. part. 2. Qui Pagum à Græco πάγὸς id eſt Saxoſum deducunt, contradicunt expreſſè, Gen. 26. 18. Quur tamen nolunt potius à πάγη aut πάγις laqueus, vel à παγὰς aut πηγὰς glacies. Annon rectius ſic πήγιος aut πήγος firmus, compactus? Videant illi.

*18. Quid eſt continens à primo ortum.*

QVod à continente primo originem trahit latiori circuitu ac ſpacio; eſtque receptaculum minus aut majus, videlicet urbs & regio.

*19. Quid eſt urbs.*

ESt receptaculum ſocietatis civilis ex domorum & vicorum multitudine ita conſtans, ut communibus munimentis & ſecuritate murorum, foſſarum, turrium ornamentiſque publicis ac juribus ſit exornatum. *Gen.* 4.17. & 11. *Num.* 35.2.3 *Deut.* 13.15 16. *Ioſ.* 21.2. Cujus partes aliæ ſunt primariæ, aliæ ſecundariæ, continenturque hoc nomine oppida, licet differentiam à minoratu aliquam accipiat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

20. *Quænam ſunt partes primariæ.*

QUæ conſiſtunt in ædificiis ad utilitatem extructis, quæ ſunt vel publica vel privata.

21. *Quænam publica vocantur?*

QUæ ad publici uſus poſſeſſionem ſunt deſtinata. Suntque alia ſacra, alia profana.

22. *Quænam ſunt ſacra?*

SVnt ædificia eccleſiaſtica & loca publica, in quibus homines ſe mutuo congreſſu pietatis adinvicem informare deberent pro vita Chriſtiana rectè in dilectione Dei & proximi ardenter inſtituenda, uti Paul. 1. *Cor.* 14. monet. Sed hodiè longè aliud quid conſuetudo abformis obtinuit. Suntque verò templa & Scholæ. In templis exercitium religionis habetur; quod totam vitæ praxin dirigat. In Scholis publica exercetur educatio. Vtinam verò non magis in profanis, quàm ſacris, aut fidem ſaltem ſomniativam & opinabilem, ſed veram & in Spiritu Sancto operativam ac efficacem.

23. *Qua-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 23. *Quæ verò vocantur profanæ ædes publicæ?*

QVæ externo regimini ad conventus ſolemnes ſunt deſtinatæ. Suntq; vel conventionales, aut ſubſidiariæ.

### 24. *Quæ ſunt ædes aut ædificia conventionalia?*

QVæ conventibus publicis inſerviunt; cujusmodi ſunt Curia, theatra, domus publicorum conſiliorum, Cancellaria, ædes tribunales, Prætoria, ædes publicorum conviviorum, tribuum, &c.

### 25. *Quæ ſunt ſubſidiaria?*

QVæ ad ſubſidium publicum ordinata ſunt; cujusmodi ſunt, diverſoria, Oenopolia, granaria, æraria, armamentaria, bibliothecæ, Portuaria, molendina, aquæ ductus, Phylacteria, Archiva, & omnis generis promptuaria, etiam ἐξωτικοταμεῖα, Gymnaſtica ſive exercitatoria, pergulæ, balnea, thermæ, &c.

### 26. *Quænam ſunt privata ædificia?*

QVæ privatis hominibus negociisque eorum & commerciis ſunt deſtinata, pro cujusque uſu.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*27. Quænam verò ſunt ſecundariæ partes Vrbs?*

QVæ miniſteria accommodatiora pro firmitudine & promptitudine primariis præbent: ſuntque Mœnia & ſpacia publica.

*28. Quid ſunt Mœnia?*

SVnt partes urbis lapideæ, quibus hæc adverſus injurioſos & hoſtiles impetus ferarum aut hominum cingitur ac munitur?

*29. Quid ſunt ſpacia Vrbis publica?*

QVæ communi ſocietati ad congreſſus mutuos aut ſepoſitiones alias cõmoditates inſerviunt; ſuntque vici, plateæ, portæ, pomœria, cœmeteria. &c. Vici autem ſunt ſpacia publica urbis, domibus utrinque ſeptæ, per quæ incolæ tranſeunt; quibus adſimiles ſunt plateæ ſive viæ publicæ. At fora ſunt loca publica, in quibus commercia & judicia exercentur: Vnde etiam aliud forum venale, aliud judiciale dicitur. Portæ ſunt ingreſſus ſpacia per quæ omnia importantur & exportantur, Pomœria ſunt ſpacia mœnibus ex utraque parte vicina, ædificiiſque deſtituta. Cœmeteria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ria ſunt ſpacia mortuorum ſepulturæ deſtinata.

*30. Quotuplex eſt urbs?*

DVplex, aut eſt metropolis, vel urbs oppidumvè communiter ſic dicta. Metropolis verò eſt urbsprimaria, quam reliquæ omnes originis, directionis, defenſionis & honoris aut eminentiæ gratia reſpiciunt, Germanis eſt ein *haupſtatt*, diciturque Vrbs Regia alias, quod reliquæ ab ea dependeant. *Ioſ.* 18. 28. *Iud.* 19. 10. & 1. *Paral.* 11. 4. *It. Gen.* 14. 18. *Pſ.* 76. 3. *Matt.* 4. 5. *&* 5. 35, *&* 27. 53 *Num.* 35. 6. *Deut.* 4. 41. *&* 19. 2. *Ioſ.* 20. 2.

*31. Quid eſt regio?*

ESt univerſitas domorum, pagorum oppidorum aut urbium, ad unam Rempublicam pertinens, & medii loco ſe communicat inter provincias. ut regna, quum Principatus & Ducatus quoque contineant, unde tandem Imperium ſuam nanciſcitur amplificationis latitudinem, &c.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XXIII. Præcogn.

# De rebus mobilibus Populi.

### 1. *Unde dicuntur & quid ſunt res mobiles Populi?*

INde Res mobiles maximè dicuntur, quod non tantum ſint loci mutationi, ſed etiam viciſſitudini corruptibilitatis obnoxiæ, atque à vanitate ſua non latum unguem quocunque tempore abſint, ſi Turba magna ſit commota in fervore ſuo, ut ait *Phil. ſac. & Eccleſ* 1.2. 19. *Eſai.* 40.6. *Ierem.* 12.12. & 45.5. *Eccleſ.* 2.2.15.17.21.26. & 3.19.& 5.6. *Eccleſ.* 14.20. *Iob.*34.24. *Dan.*2.21. & 4.14.29. *Ierem.* 27.5.6. &c. Sunt verò Res hæ vel corporales, vel incorporales.

### 2. *Quid ſunt Corporales?*

HAbentur in duplici differentia, ut ſint vel Inſtrumenta publica vel reditus publici.

### 3. *Quænam dicuntur Inſtrumenta publica?*

HÆc iterum ſunt quæ vel neceſſitati inſerviant, & vocantur Neceſſaria; vel

vel in deliciis habentur ac dicuntur Voluptuaria.

4. *Quænam ſunt neceſſaria inſtrumenta?*

DVplicia ſunt: vel enim memoriæ in annotatione rerum & actionum inſerviunt; cujusmodi ſunt annales, Reipublicæ acta judiciaria, Protocolla, libri obſervationum, acceptorum & expenſorum, librique alii ad authoritatem publicam facientium, quùm ſemper memoria hominis ſit labilis, & tamen præteritarum rerum ſemper utilis. *Exod.* 22.21. & 23.9. *Levit.* 19.34. *Deut.* 10. 19. & 15.15. & 16.12. Velut ipſe Jehova non tantum jubet monumentum hoc inſcribere libro *Exod.* 17.14. & 34. 27. *Deut.* 27. 8. ſed etiam ipſe digitis ſuis inſcripſit tabulis binis mandata ſua *Exod.* 31.18. & 32.15. *Deut.* 4.13. & 5.22. & 9.10. & 10. 2. & juſſit omnia bene adſervare, & cuſtodita tenere. *Levit.* 11.2. *Deut.* 6.2. & 11.20.

Vel etiam ſunt uſualia, quæ publico uſui ad res & negotia expediendâ promptè inſervire poſſint, cujusmodi ſunt currus, naves, arma, & alia præparamenta, quibus indiget actionum neceſſitas. *Gen.* 49.13. *Iud.* 5.17. & 1 *Reg.* 22. 50. & 2 *Chr.* 8.18. & 9.21. & 20.36. 37. *Pſal.* 104.26. & 108.23. *Gen.* 41.

43. & 46.29. & 50.9. *Exod.* 14.10.17. 18. & *ſequ.* 15.4.19.

*5. Quænam dicuntur voluptuaria inſtrumenta.*

QVæ delectationi inſerviunt, cujuſmodi ſunt tapetes, aulæa, omniſque generis miræ res & exoticæ, tam naturales, quàm artificiales, quæ ad ſplendorem Reipubl. faciunt. 1. *Reg.* 7. *per tot. Eccleſ.* 2. *pertot. pſal.* 45. & 2. *Chr.* 8. *per tot.*

*6. Quidnam ſunt Reditus publici?*

SVnt omnis generis bona, quæ Reſpubl. percipit, & in communem uſum juſto tempore convertit, aut reſervat: Eorumque acquirendorum media alia ſunt naturalia, alia civilia.

*7. Quænam media naturalia vocantur Redituum.*

QVæ circa res naturales ſive animatas, aut inanimatas verſantur, ex quibus maximè fructus in uſum publicorum redituum pro ſubtilis inventionis ratione convertuntur.

*8. Quæ verò media Civilia talium ſunt Redituum.*

QVæ circa res civiles occupantur; eaq; ſunt vel generalia vel ſpecialia.

*9. Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*9. Quid vocas media generalia ?*

QVæ ad rem pecuniariam in genere pertinent, cujuſmodi ſunt monetæ percuſſio, ſignatio, valvatio, metatio, &c.

*10. Quæ verò ſunt ſpecialia rerum civil. media ?*

QVæ ad rem pecuniariam ritè & abſque ſenſibili aut evidenti gravamine & jugo oneris procurandam in ſpecie faciant. Suntque vel ordinaria, aut extraordinaria.

*11. Quænam dicuntur media ordinaria?*

SVnt ea, quæ juri divino non tàm repugnant, quàm etiam approbata ab eo videntur. *1.Sam.8.14.Matt.17.27. & 1.Reg.10.14.Rom.13.6* quum ad Reipub. conſervationem faciant unde & tributa cum regibus nata dicuntur: ſuntque ceterum vel primaria, aut ſecundaria.

*11. Primaria quæ ſunt ?*

QVæ ordinaria conſuetudine paſſim ex jure gentium omnium ita obſervatæ habentur exactiones publicæ: ſuntque vectigal & Tributum. *Matth.17.*

*12. Vectigal*

12. *Vectigal quid eſt igitur?*

EſSt reditus publicus ex mercibus aut iis rebus, quæ circa merces vigent perceptus, cujusmodi res ſunt homines equi, currus, & naves, ac quod iſtis advehitur aut exportatur. Eſtque iſtud aut honeſtum, vel inhoneſtum. Vocaturque telonium à Græco.

13. *Quid honeſtum eſt vectigal?*

QVod licitè à ſuperiori cum conſenſu publico exigitur pro loci diſpoſitione à rebus in commercium honeſtum venientibus. Eſtque duplex vel quod loci ædificatio communis poſtulat, aut res portatiles concernit.

14. *Quænam ex loci qualitate petuntur?*

SVnt ea, quæ vel ex portubus vel tranſitu pontis aut fluminis percipiuntur, *l. ſiquis ff. d. don. int. vir. & ux. l. 3. C. de Vect.* dicunturque Portaria, Pedagia, vel Pedatica, & Guidagia, item Paſſagia, Germanicè *Fahrgelt*, *Fahrzins*, *Bruckgelt*, *VVeggelt*.

15. *Quæ*

15. *Quæ vectigalia ſunt rerum translatilium ?*

QVæ pro avectione aut invectione mercium dantur *l. ex præſtat.7. C. de vectig.* olimq; erat 20 pretii pars, poſtea facta fuit octava. *Plin. in Paneg. Trajan. l. fin. C. de Vect.* Eſt etiam duplex, vel vectorium, vel nauticum. *Strabo lib. 7.* facit ἐξαγωγικὸν καὶ εἰσαγωγικόν.

16. *Quid eſt Vectorium ?*

QVod ex mercibus curru advectis percipitur *l.17. parag.1. ff. de V. S.*

17. *Quid eſt Nauticum ?*

QVod ex mercibus & rebus venalibus navi advectis ſolvitur, quod, quantum ſolvi debeat ex conſuetudine honeſta diſcitur. *l. 9. parag. earum l. pen. C. de vect.*

18. *Quid eſt inhoneſtum ?*

ESt duplex, quod inhoneſtis rebus, quæ potius punibiles ſunt, ut in monopoliis partim imponitur, partim etiam nimis gravia parit onera, ſicut ſubditis maximè odioſum eſt, quod imponitur rebus ad cotidianum pertinentibus victum *Beſold. de ærar. pub. cap. 4. n. 15.*

Vbi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Vbi hæc notanda veniunt duo primò, quod honeſtiſſimum tamen genus Vectigalium reputetur, quod iis rebus imponitur, quæ ad luxum, delitias, pompamue ſpectant, & mores corrumpunt *Bod.6.de Rep. 2. fol. 1034.* Deinde, quod utrumque vectigal in commerciis vel ſit intraneum, aut extraneum; quùm illud à civibus ipſis; hoc verò à peregrinis exigatur. Interim & varia ſunt vectigalium nomina, & plurimùm pro nomine mercium, &c,

### *19. Quid eſt Tributum?*

EST reditus publicus à tribuendo dictus, quem ſubditi ex ſuis poſſeſſionibus in uſum Reipubl. juxta placitum & conſuetudinem communem conferunt; unde & collatio nuncupari ſolet: ſolviturque vel ex immobilibus, aut mobilibus.

### *20. Quodnam eſt Tributum rerum immobilium?*

QVod datur ex fundis, prædiis, agris & ædificiis ex communis conſenſus ſtatuto.

### *21, Quod eſt rerum mobilium?*

QVod datur ex iis rebus, quæ de loco in locum ſalvæ tranſportari poſſunt; cujuſmodi ſunt vinum, cereviſia, frumentum, &c,

22, De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

22. *Differentia quanam eſt inter vecti-galia & Tributa?*

DVobus hæc datur modis; nomine videlicet & re, Etenim vectigal à vehere & vectura propriè ſic dicitur: Tributum autem ab intributione, vel ex eò, quod militibus tribuebatur *l. ager. ff. de V. S. Var. lib. 4. de ling. lat.* ſive quod tributim proportione cenſus exigeretur. Cives enim Rom. in tribu ſua tributum contribuere ſolebant *Liv. lib. 1.* Ideoque Vectigalis nomen generaliori modo uſurpatur pro quovis emolumento, quicquid fiſco vel Reipubl. imperii nomine præſtatur, ut inde etiam pro Tributo accipiatur *Beſol. de ærar. pub. c. 4. 13.* Attamen differentia eſt quoque in rebus vectoriis & aliis; tum etiam vectigal eſt quid perpetui, quùm Tributum ob cauſas ſtipendii maximè dependeat, & cauſa ceſſante tolli quoque poſſit aut debeat. Vnde tum Tributa ſunt cœpta poſtquam Auguſtus cum populo provincias partitus fuerat, ut ad belli ſubſidiũ frueretur iis *l. 13. ff. impenſ. in reb. dotal. fac. l. 46. parag. qui compenſ. ff. de Iur. fiſc.* Sed tantum de primariis mediis.

23. *Se-*

### 23. *Secundaria autem media quæ ſunt?*

QVæ vel viventes, vel mortuos reſpiciunt; ex quibus priores verſantur partim circa mulctas; partim circa bona confiſcata: partim circa bona ereptitia; Poſteriores partim circa vacantias; partim circa bona caduca, quæ cedunt Reipubl. ex hæreditate eorum, qui ſine hæredibus obierunt; partim circa legata Reipubl. facta.

### 24. *Quæ vero ſunt media Extraordinaria?*

QVæ ex neceſſitate aut caſu aliquo urgente ſumuntur, & vel ex parte Principis, vel ex parte ſubditorum promanant; eaque collectas vulgo dicunt.

### 25. *Quænam ex parte Principis?*

SI vel matrimonium ſit ineundum, aut hæreditatis ratio & difficultas, aut donatio, vel Jus belli id ita exigant.

### 26. *Ex parte ſubditorum quænam?*

SI pro ratione Status provinciæ aut regni quid perficiendum ſit inevitabile, aut damnum commune amoliendum.

27. Qui-

*27. Quibus autem mediis tunc utuntur?*

QVamvis ſat varii ſint, & cotidiè novi inveniuntur à lucripetis adulatoribus; tamen quatuor hæc maximè in uſu tunc ſunt: Jugatio, Capitatio, Hoſpitatio & Caminatio.

*28. Quid vero his intelligitur mediis?*

IVgatio eſt contributio extraordinaria, ſubditis pro magnitudine numero, & qualitate poſſeſſionum & jugerum agri indicta. Capitatio, quæ in ſingula perſonarum capita conſtituitur, non inſpecta poſſeſſionum quantitate. Græcè ἐπικεφαλία. Hoſpitatio eſt, qua ſubditi obligantur ad hoſpitium aliquandiu militibus præbendum, aliiſvè perſonis Reipubl. miniſterio addictis. Caminatio, qua ſpiramento aut vaporario cujuſque domus certi quid oneris ſolvendi imponitur, qui uſus eſt hodiè maximus in Belgio. Verum ſic de corporalibus rebus mobilibus. Jnterim tamen huc referendæ ſunt Acciſæ, Gabella, contributiones, Jmperiales, Provinciæ; Angariæ, Parangariæ, &c. *VVagegelt*, &c.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*29. Quænam heîc cavenda?*

NE Reſpubl. temerè à prædonum manibus ſtranguletur in civibus. 2. Et quod abſque extremitate ſumma nulla ſit ſuſcipienda populi emunctio, quùm infinita ſubtegantur heîc inconvenientiarum mala. 3. Vectigalia variis potius rebus indici debere, quàm ad Tributa procedatur. 4. Memor ſit, quod Tributū non neceſſarium, faciat ſæpius, ut neceſſarium præſtari non queat. 5. Vt collectas aliaſque exigere præſtationes eſt Iuris Majeſtatici; ita quoque ad illud pertinet, immunitates concedere. 6. Sic iis rebus imponendæ ſunt contributiones, quæ minus ſenſu percipiuntur, ut vitetur indignantia & averſio animorum. Sed reſtant nunc res incorporales videndæ.

*30. Quaſnam res heîc incorporales intelligis?*

NOn tantum quæ tangi nequeunt, ſed etiam Iuris naturam inhærentem fovent, & jure quaſi conſiſtunt: quæ ſunt vel ſacræ, vel ſeculares.

*31. Sacras quas dicis?*

QVæ hominem internum maximè cōcernunt, veluti eſt Religio ſive pietas &

tas & Verbi cœleſtis cura, ac res literariæ reliquæ; ubi unicè hoc reſpiciendum, ut præcaveatur ethniciſmus impurus & idololatricus in falſa & nugaci philoſophia terminorum futilium *1, Tim. 6.20. & 2. Tim. 2.14.15.16. Tit. 1.16.*

*32. Seculares quas vocas?*

QVarum aliæ ſunt primariæ, aliæ ſecundariæ. Illæ ſunt diſciplina civilis; conſilia, leges, & judicia: Hæ verò potiſſimum conſiſtunt in jure commerciorum communi. Sed tantum de materia Reipublicæ: Sequitur nunc forma.

## CAPUT XXIV. Præcogn.

## De forma Reipubl.

*1. In Forma Reipubl. quid obſervandum?*

DVO; Natura illius & diviſio ejuſdem.

*2. Quid igitur eſt forma Reipubl.?*

CEu ſupra id aliquoties indicavimus, nihil aliud eſt, quàm legitima & harmonica ſingularium partium in Republ. coadunitio, & ad unum corpus firma redactio, ut ſtatum certum conſtituat, ex quo modus regiminis in qualibet ſpecie deſumitur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*3. Quidnam heîc obſervandum?*

DEfinitum, & definitionis explicatio genuina.

*4. In definito quid?*

SVmmè illud venerandum vocabulum myſticum unionis. Etenim in eo omnis vis ſacra latet, quùm unio hæc Trinitatis ejuſmodi æmulationem repræſentet, quæ ex trino ſpiret unitatem aliquam, ut cernant illi omnes, qui ſummitatem in Republ. obtinent geruntque, quàm ſanctæ rei imaginem in ſe ſuſtineant. Quippe harmonicus ille concentus Vnionis, non tantum ſpirat ſtatum & ordinem, ſed etiam per eoſdem in ſe cuncta requiſita imperii ad ſ retrò convertit, ut ita verè Reſpublic unum quid in ſe ſit & conſtituat, quùm quaſi Anima ſeſe habeat, in centro cordis, quæ inde vitam ſpiritalem exerat in omnibus totius Reipubl. membris. Quod ſi igitur anima non ſit pura, ſed falſa & vitiis impietatis commaculata, quomodo nõ inde perperam in turpitudine diſſolvatur, & in licentiæ peſſimæ ac rebellionis omnis luxuriam abeat vita politica? Dulcedo animæ ſanctitas eſt, ait Salom Prov. 16. 24. Inde quoque gloriatur, quod tam anxiè veram ſapientiam

am cœli à puero uſque quæſierit. Eram ntem, *ait, Sapient. 8. 19 & 20.* puer boæ indolis, animamque bonam nactus ram ; ac, quum benè informarer ; in orpus impollutum veniebam. Ita in uncta Reipubl. bonæ ſpecie animæ uritas, quæ in ſolida Vnione conſiſtit, ectè curanda eſt, ut inde optimi ſtatus er ſuos ordines profluant operationes, & Jehova, auctor unus omnis Reipublicæ, vera afficietur ſui nominis gloia : Atque ſic etiam politia inſtar Vnionis pretioſiſſimæ, ſive margaritæ, ſe rectè habebit, ac lapis ille philoſophicus n pace cuivis verè obvius erit, quem nobis & piis omnibus Chriſtus refert. *1. Cor. 1. 10. Phil. 1. 27. & 2. 2. Eph, 4. 3, 13. & 1. Pet. 3. 8.*

*5. Definitionis autem explicatio in quibus conſiſtit?*

IN his duobus maximè, in ſtatu & ordinatione harmonica.

*6. Quid eſt ſtatus Reipublicæ?*

EST ipſa vis ſancta & jus firmitudinis, quod Vnionis formæ inhæret adeò arctè, ut etiam per iſtud ſit Unio ſui cōpos ſibi unicè. Proinde fit, quod ſi ſtatus iſte ſive στάσις, ut Græci dicunt, paululum concutiatur, aut violentiam exter-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ternam patiatur, ipſa Reipubl. quoque ratio in diſcrimen abripiatur ſummum. Quod præ cunctis Politicis quàm optimè obſervavit *Kirchner. in Reip. diſp. 3.* & propterea haut malè ſtatum ſic deſcribat, quod Vniverſum Reipubl. ſyſtema, omniſque ejus formæ, modus, ratio & conditio Status dicatur. Alias tamen acceptio hujus vocis 10. modis apud Grãmaticos & Rhetoras uſurpatur; ſed quùm non ſit hujus loci, ea explicatione jam ſuperſedebimus. *Vid. Voſſ. in Inſt. Orat. lib. 1. c. 6. n. 4. 5. 6. 7. 8. & ſeqq.*

### 7. *Quotuplex verò eſt ſtatus?*

DUplex, alius internus, & alius externus.

### 8. *Quis eſt internus Reipubl. ſtatus?*

QVi in ipſis ſuperioritatis gubernationiſque juribus vel auctoritate majeſtatis, magnificentia, ſplendore & ejuſdem conditione ſecundum proprietates regiminis ſeſe exerit, unde etiam ſpecies Reipublicæ in Monarchia aut Polyarchia reſultant. *Kerch. d. diſp. Reip. Ph. 5. & 6.*

### 9. *Quis eſt externus Reipubl. ſtatus?*

QUi magnitudinem Reipublicæ exprimit in quantitate, finium longitudiniſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tudiniſque extenſione; & effectum propriè Reipubl. cum civitate repræſentat, ut mox patebit.

*10. Quid eſt Ordinatio Reipubl. hoc loco?*

ORdinationem heic cum ordine ipſo non eſſe confundendam ſupra explicavimus, quod fermè faciunt omnes. Etenim Ordo eſt inſtrumentum Reipublicæ: Ordinatio autem συμμετρίαν ſive convenientiam harmonicam efficit, ut per eam omnes hominum actiones, in una Republ. viventium, juxta eorum conditionem juſtam abtemperentur & dirigantur. Ideoque multo minus ullus ordo Phyſicus, in loco & numero conſiſtens heîc admitti poteſt, perinde ac ſi domus ordine collocatæ Remp. conſtituerent. Nullatenus. Etenim veluti forma rei eſſentialis immutabilis eſt, ita etiam ordinationis hujus conditio firma & fixa manebit. Ordo verò loci & numeri variis obnoxius eſt mutabilitatibus pro rerum variatione. Quare errant graviter, qui τάξιν pro forma Reipubl. venditare ſolent. Sed de his alibi pluribus, quùm jam ad diviſionem properemus Reipubl.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

CAPUT XXV. Præcogn.

## De ſpeciebus Reipubl.

*1. Quomodo, Dividitur Reſpublica?*

QVùm tota regiminis ratio in forma conſiſtat, quæ inſtar generis ſe habet, non poterit in partes, ſed in ſpecies dividi.

*2. Quotuplex igitur eſt Reſpubl?*

SI ſpecies genuinè ejus introſpicias, duplex affulgebit, ut alia ſit ſimplex, alia compoſita ſive Mixta.

*3. Quid eſt ſimplex?*

SImplex Reſpublica eſt, quæ ex aliis diverſis Rebuſpubl. non eſt conflata, ſed ex ſua forma propria proximam trahit originem: eſtque reſpectu imperii vel Monarchica aut Polyarchica.

*4. Quid eſt Monarchica Reſpubl.?*

ESt imperium unius ex auctoritate Dei ut conſenſu populi legitimum, qui commune bonum in vera pietate ſalutemque omnium ritè obtemperantium, ita anxiè quærat, ut juxta volun-

tatem

tatem Iehovæ ejus imaginem in poteſtate ſua quàm optimè exerceat. *Deut.* 17.15. *Prov.* 29,4. & 1 *Sam.* 12.13, & 1. *Reg.* 10.9, & 2.3. *Pſal.* 3. 10. & 8 .6. *Prov.* 20.26. *Eſa.* 49.23. *Ioh.* 10. 34.35. *Rom.* 13. 1 *Pet,* 3.

*5. Quid heîc conſiderandum?*

DVo: Nominis notatio, & Definitionis reſolutio.

*6. Quid nominis notatio importat?*

VT intelligamus, quid propriè ſit, & unde ortum habeat. Græcum enim eſt verbum & in uſum latinum tranſpoſitum, quum μόνος unus & ἀρχὴ principium ſit, quod optimè congruit imperantibus, quod ſummitatem ſuam quaſi in centro Principii conſtitutam foveat, à quo tanquam ab imagine Dei minus recedere debent, ſed ſemper ſe in pietate ad voluntatem Iehovæ conſervare, ceu David ſemper cupit ſedulus ambulator, in viis Jehovæ reperiri *Pſalm* 25. & 191. *per tot.* In ſacra ſcriptura tamen κατ' ἐξοχὴν quatuor Monarchiis, quæ à Deo præ cæteris regnis fuerunt potentia ſumma inſtructi, & ad gloriam terrenæ dignitatis evectæ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*7. Quid definitionis explicatio importat?*

VT ritè cauſæ percipiantur. Efficiens enim eſt alia univerſalis, quæ Dei eſt clementia, quum non ſit poteſtas niſi à Deo, Rom. 13. Alia particularis vel remota, quam ipſa naturæ ratio exigit, ut ſupra aliquoties oſtenſum eſt; vel propinqua, quæ ex populi conſenſu effulget. Materiam verò ipſa perſona imperans exhibet. Forma in tali gubernatione conſiſtit, ut ubique imaginem & locum Dei cunctis repræſentet. Finis duplex, internus, ſalus populi, non proprium commodum aut ſuæ carnis recreatio; quæ hodiè in helluationibus, morum geſticulationibus, venationibus adſiduis & rebus cruentis, aliiſque voluptatibus libidinoſis apud omnes fermè magnates, qui officii ſui rationem ſanctam turpiter negligunt, & deſpectui habent, cernitur. Externus, unicus Dei reſpectus in pia vita exemplari, ac propagatione Verbi Dei & nominis ejus.

*8. Quotuplex eſt?*

DVplex; imperium ita propriè dictū, aut Dominium.

*9. Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*9. Quid eſt Imperium?*

EST quod in regni ditione ampla conſiſtit, eſtque vel Regis, aut Principis.

*10. Quid eſt Dominium?*

EST Reſpublica quæ in minori diſtractu & territorio exercetur, eſtque vel Comitatus, aut Baronatus, aut ſimilis & inferioris etiam.

*11. Quid eſt Polyarchica Reſpubl.?*

EST quæ ad definitum jam modum plurium imperio & regimini ſubjecta eſt, idque vel Ariſtocratia, aut Democratia.

*12, Quid eſt Ariſtocratia Reſpubl.?*

EST Reſpublica à primoribus, aut optimatibus gubernata.

*13. Quid eſt Democratia?*

EST quando ex omnibus, vel ſaltem pleriſque ordinibus populi etiam inferioribus ad jus Majeſtaticum evecti ſunt.

14. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*14. Quid eſt mixta aut compoſita Reſpubl.?*

EſT quæ ex ſimplicibus Rebuſp. conſtat, quando plures ſtatus in unum conjunctione legitima contrahuntur, quod tribus potiſſimum juxta combinationem ſimplicium fieri poteſt. Attamen alia eſt primaria & eſſentialis, jura Majeſtatis ſtatibus aut Ordinibus communicans ſimultaneè: Alia accidentalis & ſecundaria, quæ magis diſpergit jura, ut ſuo loco oſtendemus clarius.

*15. Quæ vero Reſpubl. omnium eſt optima & maximè durabilis?*

NOn poteſt ſimpliciter ad hanc quæſtionem reſponderi, quùm multa requiſita heîc conſideranda veniant: Vrbibus autem nulla eſt convenientior quam Democratia, ſi Magiſtratus crebro ambulatorius habeatur, eo modo, ut in Rebuſp. Hanſ. p. 3. & 4. explicavimus, quum juſtitia rectius in vigore non poſſit obſervari, &c. Exemplo nobis ante oculos eſt in triſti excidio Magdeburgenſi, quàm ſtultè ipſi vix ante annum ibi Democraticum ſuum ſtatum in Ariſtocratiam mutare conati fuerint, quod etiam contra omnem rationem miſere perfecerunt. Nihil abſurdius ſuſcipi potuit, uti ipſis luculenter demonſtravi, ad

oculum

oculum illis ruinam & fatum ultimum prænuncians, Proh dolor! quod nimis verus illis aliisq; extiterim vates. Novi plura, quæ experientia edidici firmiſſima, & vidi præſens. Sed ſuo loco de his. Annon Colonienſium optima in hoc ſtatu duratio? Sed ſt. *vid. Reſp. Hanſ. part. 4. c. 1. pag. 792. & ſeq.*

*16. An igitur Confœderationes non etiam conſtituant Rempubl?*

MInimè, nec per naturam rei id fieri poteſt, quùm ſummæ poteſtatis ratio in juſta regiminis forma tota non ſolum reclamet quum Confœderationes omninò ignorent, ſed etiam cujus natura omninò ſit, ut penitus nullum ſibi adjunctũ niſi ſociam in paritate ſua admittat: ſed nunc ad effectum Reip. tendimus, *ex lib. h. c. 1. q. 11.*

## CAPUT XXVI. Præcogn.

## De effectu Reipubl. videlicet Civitate & ſtatu externo.

*1. Quis effectus eſt Reipublicæ?*

VT ſupra aliquoties id oſtendimus, non eſt alius, quàm Civitas ipſa cum ſtatu externo, licet alii ſatis operoſè hucuſque Civitatem propriè ſic dictam,

dictam, pro ſubjecto Reipubl. ſibimet ipſis contrarii venditare voluerint: Res tamen plana eſt. Quando enim forma Reipubl. multitudini hominum aut populo alicui certo ſuperinducitur, an nõ ſtatim inde exoritur Civitas, quùm nullatenus uſpiam civitas appareat, antequam ita perficiatur? Nec ſanè Cicero heîc audiendus eſt, qui civitatem cum Republ. confundit, quando *1. de Repub. ait.* Omnis civitas, quæ eſt conſtitutio populi, Reſpubl. eſt.

### 2. *Quid ergo eſt Civitas?*

„ Eſt Reipublicæ effectus, hoc univerſæ ſocietatis Politicæ ſtatu & „ poteſtate Majeſtatica coacervatus & „ coadunitus, ut ſub ejus auctoritate „ quiſque civium cum familia ſua & „ bonis piè, inque vividâ Iehovæ pro„ ximique dilectione juxta bonæ con„ ſcientiæ tenorem tutò ac tranquillè „ vivere poſſit. Hæc & non alia eſt veræ atq; bonæ civitatis juſta definitio.

### 3. *Quid hic igitur notandum?*

Duo; nominis acceptio, & definitionis reſolutio.

4. *In nominis acceptione quid?*

QVùm de ejus derivatione, quòd quaſi civium Unitas reputetur ſuperius actum ſit, heîc ejuſdem ſignificatio, quomodo ea ſeſe habeat, enucleanda paucis venit. Etenim nimis ampla eſt, & pervagatur etiam cœleſtes meatus, ideoque & myſticè & externo modo accipitur. Myſticè pro Eccleſia triũphante ſeu civitate cœleſti. *Hebr. 11. 10. 16. & 12.22. Apoc. 3. 12. & 11. 8. 13. & 14. 20. & 16. 19. & 17. 18. & 18. 16. 18. & 20. 9. & 21. 2. 10. 14. & ſeq.* Externo modo iterum formaliter aut materialiter. Materialiter rurſus aut abuſivè, aut magis propriè. Abuſivè fit multis modis, quando non tantum cum Republica confunditur & pro rudi plurium familiarum & pagorum informique congregatione, quæ nondum in ordinem redacta ſit, habetur. *Heid. cap. 2. pol. in princ.* ſed quoq; toti mundo hoc nomen applicatur, uti *Cic. 1. de leg. ait.* Vnde etiam univerſus hic mundus, una Civitas communis deorum atque hominum exiſtimanda. Homo ethnicus, ethnicum de Deo profert judicium. Sic & conventicula nuda hominum pro civitatibus habet. *in orat. pro ſeſt. & de ſom. ſcip.* Concilia cœtuſque hominum jure ſociati, quæ Civitates appellantur. Ea ratione etiam latiſſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tiſſimo ſignificatu univerſum Reipubl. corpus comprehendit *ad Quer. Catil. 3.* Romanam civitatem totius terrarum orbis, & clariſſimi imperii domicilium vocans, Quod tamen rectius *l. in orb. ff. de ſtat. hom. & l. Rom. ff. ad municip.* diſtinguitur, quando ibi non urbis, ſed orbis Romani fit mentio, quod omnibus communem largiatur patriam. Vſitatiſſimum eſt quoque, quod in S. ſcriptura cives & incolæ nomine civitatis figuratè exprimantur. *1. Sam. 4. 13.* dicitur, & ululavit omnis civitas. *2. Sam. 14. 14. & 1. Reg. 1. 41. 45. & 2. Chr. 14. 14. & 15. 6. Eſth. 8. 15. Eſa. 1. 21. 26. & 14. 31. & 19. 2. 18. Ierem. 4. 29. & 32. 31. & 33. 5. & 52. 6. Ezech. 22. 2. 3. Marc. 1. 33. & 5. 14. Luc. 4. 43. & 8. 34. & 10. 12. Act. 13. 44. & 14, 21. &c.* Magis autem propriè accommodatur quidem imperii totius determinationi, & Reipubl. adeò ut etiam in arctiſſima ſignificatione multitudinem civium mœnibus iiſdem concluſam notet. *l. 2. ff. de V. S. l. 2. ff. de reb. dub.* quæ planè ab urbe differt, quod urbs in ædificiis, in muris & externis adjunctis civitatis conſiſtat: Attamen propriiſſimè pro effectu expreſſe Reipubl. ſumi debet, ut hoc loco. *vid. Alth. in Dicæd. c. 33. lib. 1. n. 3.* Quando autem formaliter accipitur; fit duplici modo; ubi Civitas aut Ordinationem & jus, quod cives habent, deſignat. *Heid. d. l. & Kerch. de Rep. d. 7. th. 2.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

aut pro potentia ipſa & poteſtatis viribus habetur. *Apoc.16.49.& 3.Eſd.2.18. 19.22.& ſeqq 4.48.53.& 8.60. & 4.Eſd. 3.1.25.27.& 5.25.&c. Tob.1.1.11.16.& 3.7.&c.*

*5. Quomodo ſe definitionis habet reſolutio?*

VT cauſarum cognitio rite percipiatur. Efficiens igitur patet, quod ſit Reſpublica vi majeſtaticæ poteſtatis. Materia eſt duplex, remota & propinqua. Remota ſocietas politica cum familiis & bonis ſuis. Propinqua quiſque civium. Forma ſtatus Auctoritate ſumma coadunitus in mutua dilectione & jure. Finis internus vita vividè pia & bonæ conſcientiæ conformis erga Deũ & homines: Externus tuta tranquillitas, &c. Non enim profana & vana colluvies omnium viciorum eſſe debet civitas ſed ſolida conjunctio, quæ ad voluntãtem Jehovæ ſe in omni pietate operativa cotidiè (non ſaltem verbali hypocriſi aut nugaciter ac ſophiſticè fuco diſputabili,) exerceat, quæque nihil aliud in omnibus vitæ actionibus, quàm Dei amorem ſanctum & dilectionem ex toto corde integram proximi unicè quærat; Sicut ipſe Chriſtus, non voluntatem ſuam; ſed ejus, videlicet Patris. qui miſerat eum, perfecit, *Ioh.5.30.& 6.38.& 4.43.* Quid? An nos ſimus Chriſto



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

potiores aut libertate aliqua inſigniores, quod tam pertinaciter ſpiritum ejus repudiamus, & in inobedientia ſuperba nobis, noſtræ voluntatis peſſimæ vias ſeligamus, ſpirituſque mundani ductum gratiorem habeamus. An non omnis libertas à Chriſto nobis profluit & communicatur, ſi in voluntate Dei operativè non nuda opinione, ſed vividis factis incedamus, & fideliter pieque in iis nos exerceamus? Quid ex voluntate carnis boni emergat? An non cotidiè precari jubemur, fiat voluntas tua ſicut in cœlis & in terra? Jtaque contra nos metipſos preces noſtras dirigimus, quoties noſtræ voluntatis ductum ſequimur obſtinatiores, non Dei viis conſtanter inſiſtendo.

*6. Quiſnam eſt ſtatus in effectu Reipub?*

EUm ſupra *c.24.q.7.& 9.* indicavimus, quod ſit ille qui magnitudinem Reipub. & ſublimitatem in externa potentia & multitudine provinciarum ac copia urbium ſeſe exerat, unde reputatio auctoritaſque ejus conſpicitur externa.

*7. Vnde Status talis externus & alius internus dicitur?*

TVm quod in ſenſus externos omnium cadat; tùm quod in externo

Reipub.

Reipubl. quaſi corpore contineatur. Internus vero inde eſt, quod Reipubl. κρύφια; ut appellantur, contineat; quæ non niſi in Reipubl. adminiſtratione verſantibus cognita eſſe poſſunt, & in forma Reipubl. interna continentur abſcondita. *Kerch. l. 3. th. 3.*

*8. Cognata quæ ſunt civitatis?*

MAximè corpus, & Vniverſitas politicè accepta, de quibus ſupra. tandem ad oppoſita *exc. 1. q. 4.* concluſio hujus libri dirigenda eſt.

## CAPVT XXVII. Præcogn.

## De oppoſitis Reipubl. & ejus ſpeciebus.

*1. Quænam habet Reſpubl. oppoſita?*

PLurima quidem. Sunt enim quæ directò eam cum ſuis ſpeciebus oppugnant; nonnulla ex obliquo. Sed nos paucis erimus jam contenti.

*2. Quæ verò ea ſunt?*

QVæ Reipublicæ contraria habentur; ſunt 1. παμμιγία, & πολυμιγία ſive συντάραξις confuſio & perturbatio rerum. It. ἀταξία nihil ordinis &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

diſciplinæ fereus. Jtem Libertas carnalis, ubique ſibi magiſterium libidinis & licentiæ quidvis perpetrandi cum procaci protervia impudētiſſimè adſcribens. Jtem ἄτακτοι illi, & confuſione gaudentes, qui nihil proprietatis in poſſeſſione rerum cuiquam concedunt, quales olim fuerunt Eſſæi & Carpocratini, hodie Anabaptiſtæ & qui iis adhærent. *vid. Holnon. diſp. Pol. 3. th. 1. Dan. lib. 6. Polit. Chr. c. 1. Iun. part. 1. Pol. q. 7. Templ lib. 2. Pol. c. 1. q. 2. Zepper. de l. Moſæ c. 5. cor. Im.* Jtem ἀναρχία. *Phil. lib. 3. de vita M. Xenoph. de Hell.*

### 3. *Quæ verò ſpecialiter opponuntur Speciebus Reipubl?*

MOnarchiæ opponitur Tyrannis Oligarchia, quando optimates quidam ſibi omne imperium attrahunt, pugnat cum Ariſtocratia; ut cum Democratia pugnat Ochlocratia quando omnes pariter imperare cupiunt vultque parere nemo, ſic & Holopolium obliquo cum omnibus pugnat: ut omnes confuſionum demum amatores perfidi, quibus nulla concordiæ cura eſt, ſed ſemper rebelliones urgent, movent, appetunt, atque alios ad tale ſtudium perverſitatis inſtigant aut clam aut apertè. Jtem proprii commodi minus ſtudioſi, qui propterea undique monopolia ſibi conſtituere

tuere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tuere gaudent, ac omnem exuerunt proximi dilectionem in communi vita. Sed Deus eſt vindex juſtus ſuo tempore, & certè Jehova unicuique rependit ſecundum opus ſuum. *Pſalm. 62. 12.* Vtinam & hoc intelligerent omnes. D. Euang. *Ioh. Apoc. 14. 13.* cuivis monendo ſeriò imprimere cupit, quando dicit, quod opera ſua quemque in alteram ſequantur vitam. Jehova enim rependit retributionem cuique ſecundum malitiam & opus manuum, *Pſal. 28. v. 4.* Hoc igitur cogitet cotidiè quiſque ſedulò, quanta longitudo abſq; finali extenſione ſit æternitatis, & quàm infinitum damnum æterni laboris & doloris. Ergo caveat, ne in operibus ſuis aut factis Iehovam cum Verbo ſuo habeat pro ludibrio. Verax eſt & juſtus ubiq; & in æternum is talis manet. De tyrannis autem vide interea, *Prov.* 28. 15. *Ier.* 27. 8. *Pſ.* 14. 4. *Eſa.* 33. 1. *Gen.* 6. 4. 10. *&c. Caſ. in Sph. lib.* 4. *c.* 2. 3. *& lib.* 5. *c.* 10. *Thol. de Rep. lib.* 6. 8. 11. 12. *&* 4. 18. 19. *&* 6. 9. 3 *&c Contzium Pol. lib.* 1. 16. 6. *& ſeqq. Scrib. Pol. Chr. lib.* 2. *c.* 6, &c. alios plures. Jnprimis *Stephan. de Tyran.* Iam ad alteram partem Politices nobis eſt tranſeundum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# INTRODVCTIONIS Vniverſalis ad Reſpubl.

*Sive*

## POLITICÆ GENERALIS,

LIBER III.

## De Adminiſtratione vera Politices.

### CAPVT I. Præcogn.

1. *De quibus rebus agitur in ſecunda parte Politicæ Doctrinæ?*

NOminis ratio hoc facilè uno intuitu detegere poterit.

2. *Quomodo igitur vocatur?*

VT in diviſione hujus doctrinæ iſtud à principio introduximus, appellatur ea Adminiſtratrix, *vid. lib. 1. c. 13. quæſt. 7.*

3. *Quid eo nomine indicatur?*

QVod altera hæc pars doctrinæ Politicæ tradat modum & rationem Rempublicam conſtitutam benè adminiſtrandi.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

### 4. *An hoc ita fieri neceſſum eſt?*

OMninò. Quum enim Reſpublica ex duobus vinculis connectatur, quorum alterum poteſtates, & alterum ſubjectionis eſt, & non ſufficiat, ut noſcamus quid ſit Reſpubl. & quomodo conſtituatur; ſed etiam quomodo conſervanda atque in morbis ſuis propter durationem curanda ſit, ne facilè in diſſolutionem ſui aut ruinam abeat; ipſa neceſſitas hoc exigit, ut quoque regiminis modum, qui in mutuorum Officiorum praxi, quam imperans & ſubditus inter ſeſe cotidiè & indeſinẽter exercere debent, conſiſtit, rectè intelligamus. Medicus enim non erit Medicus, niſi curationis partes benè exequi noſcat.

### 5. *Quid ergo in hac Politices parte poſteriori tractatur?*

DVo ſunt: Veluti duæ Reipubl. partes & membra dantur; unum eorum qui præſunt; alterum, qui ſubſunt; ita etiam de utriuſque officio nobis id conſtare oportet, quid alter alteri debeat, & quouſque pro conſecutione finis ultimi & conſervatione ſtatus utrinque ambo obligati teneantur.

6. *An non exinde de imperante parte aut Membro prius erit agendum?*

HOc non tantum, ipſius naturæ & dignitatis, ſed etiam melioris cognitionis atque methodi ratio exigit; quùm illud ante omnia ita ſit cenſendum, quod & naturæ & faciliori perceptionis inſerviat modo.

7. *Quidnam igitur priori loco eſt conſiderandum?*

OMnem imperantium aut gubernantium vim & virtutem in eo maximè conſiſtere, ut officium ſuum rectè ſubditis applicent, id ſuperius dictum eſt. Quippe Reſpubl. ea, & regnum illud juſtum ſolummodo cenſetur, in quo non propria regis, principis aut optimatum; ſed ſubditorum ſalus ſuprema lex eſt, quùm ſubditi non tàm ſint propter Magiſtratum, quàm Magiſtratus propter ſubditos. Velut ipſe Jehova Moſen, Iudices, Saulum, Davidem propter populum ſuum elegit, & eidem præfecit. Verùm ne idem imperantibus accidat, quod Saulo, Jeroboamo & aliis obtigit, nec ob ſummitatem dignitatis in ſuperbiam ſuæ potentiæ vires convertant, ac ipſi eo rectius intelligant, quid ſint propriè loco Dei conſtituti, & ſubditus quivis noſcat,

noſcat, quid ab iis, qui præſunt, propriè expectari poſſit ac debeat: Proinde prius naturam poteſtatis ejus, quomodo videlicet in Auctoritate ſuâ conſiſtat, & uſum ſive applicationem officii explicabimus, quod etiam poſtea in ſecundo Membro ſubditorum idem obſervabitur itidem.

8. *In natura autem Poteſtatis quid advertendum?*

DVo: nempe quid ſit, & quot modis eam ſummitati dignitatis in populo quis determinet, id eſt, quotuplex ſit.

CAPVT II. Præcogn.

## De Poteſtate Regiminis.

1. *Quid eſt Poteſtas?*

EN πλασεῖ, Eſt ſummi auctoritas juris cum facultate Dominica efficiendi omne, quod ſupremi ſtatus ratio pia & juſta in ſubditos exigit.

2. *Quid heic obſervandum?*

DVo: Nominis vis genuina, & definitionis explicatio.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*3. Quid ergo nomen Poteſtatis continet, & unde eſt?*

SAcrum certè & divinum planè eſt verbum, quod etiam ſuo modo cum Dominico coincidit, ut ſupra *lib.*2.*c.*17. *q.*7. indicavimus. Etenim primariò & propriè ipſi Deo Jehovæ noſtro competit adeò, ut non ſolummodo Deitati in Trinitate ſua paſſim attribuatur univerſaliter *Luc.* 12.5. *Judæ.*1.25. *Apoc.*16.9 ſed etiam diſtinctè & Patri Deo *Act.* 1. 7. *Apoc.*5.13. & Filio *Matt.*9. 6. *&* 28. 18. *Marc.*1.27. *&* 2.10. *Luc.*5.20 *&* 21 27. *Ioh.*10.18. *&* 17.2. *Apoc.* 5. 13. *&* 12.10. & Spirutui S. *Iob.*26.13. *&* 33.4. *Pſal.*143.30. *&* 139.7. *Eſa.*11.2. *Ezech.* 1.12. *&* 3.12. *&* 1. *Theſſ.*1.5. *&* 2. *Theſſ.* 2,13. Hinc ex plenitudine abſoluta pro auctoritate accipitur Dei. *Matt.*7.29. *&* 21.23.24.27. *Marc.*1.22. *&* 11. 28. *&* 29.33. *Luc.*4.32. *&* 20. 2. 8. *Ioh.*5.27. Jtem pro robore, *Pſal.*62.12. *&* 90.11. *Apoc.*5.13. *Prov.*27.24. *Eccl.*8.4. ac pro fortitudine *Pſal.* 71. 16. Jtém pro Dominatu. *Iob.*25.2. *Dan.*4.23.31. *&* 5.21 *&* 6.26. *&* 7.14. *Zach.* 9. 10. Nec non pro Dominio. *Pſal.* 114. 2. *Mich.* 4. 8. Jtem pro jure ipſo, *Exod.*8.21. *Deut.*15 3. *Eſdr.*5.9. *Ioh.*1.12. *&* 1. *Cor.*9.12. *Apoc* 22.14. Vnde quoque Angelis communicata eſt. *Apoc.*18.1. *Eph.*1. 21. *&* 3. 10. *Coloſſ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

10. *Coloſſ.* 1. 16. & 2. 10. & 1. *Pet.* 3. 22. Velut etiam poſtea ad homines derivatur, *Gen.* 3. 16. & 34. 10. & 39. 9. & 41. 35. *Levit.* 22. 13. & 2. *Reg.* 22. 7. *Eſdr.* 7. 24. *Eſth.* 2. 14. & 9. 13. *Dan.* 7. 6. 27. *Matt.* 8. 9. & 10, 1. *Rom.* 13. 1. Vbi Div. Paul. Expreſſè dicit, quod non ſit poteſtas in terris, niſi à Deo, & qui reſiſtat poteſtati, Deo reſiſtat. Adeò enim ſanctificata eſt, & à Deo nobilitata, ut non liceat ei rebellionem ullam movere, qui ſemel ſit ad auctoritatem eam evectus. 2. *Cor.* 13. 10. *Tit.* 3. 1. *Eph.* 1. 21. *Apoc.* 2. 26. & 6. 8, & 9. 3. Veluti etiam Chriſtus ſuam Apoſtolis particulariter communicavit & concredidit poteſtatem imperandi in Spiritus impuros, malignos, morbos, etiam mortuos. *Matt.* 10. 1. & 20. 25. *Marc.* 3. 15. & 6. 7. *Luc.* 9. 1. & 10. 19. Vnde adeo hominibus ſimul in externis à Deo conceſſum eſt donum peculiare, quod in regiminis ſtatu ſe exerit: licet poteſtas mari quoque in eſſe dicatur, propter elevationem fluctuum. *Pſal.* 89. 10. Eodem modo nec levis eſt Satanæ poteſtas. *Act.* 26. 18. & 1 *Cor.* 15. 24. *Eph.* 2. 2. & 6. 12. *Coloſſ.* 2. 15. Verùm hæc poteſtas tenebrarum dicitur, & infernalis eſt ex principio ignis furvi, non ex lucis vigore ideoque Diabolus ſemper aut maximè amat eam in turbis, bellis, nugis, falſitatibus, diſcordiis, litibus, crudelitatibus

& ſævi-

& ſævitia exercere, ac ejus larvam induunt omnes, qui in hac nequitia eum ſequuntur. *Luc.* 22.53. *Coloſſ.* 1.3. Quùm autem homini ea ſit cœlitus communicata, & luci redditus & tenebris liberatus, uti quoque ea debet in honorem & gloriam Dei ac proximi ſalutem, nõ in proprium convertere commodum voluptatis, aut ullius nequitiæ aut calliditatis. Velut inde quoque ſibi Dominationem hinc profluentem concreditam habet, *Eſa.* 22.21. *Ier.* 22.30. *Dan.* 5. 29. *&* 10.3. 39. Vnde & poteſtas talis non tãtum pro dominatu, 1. *Reg.* 9. 19. *&* 2. *Chr.* 8.6, *Ier.* 51.28. *Dan.* 7. 12. 14. Sed etiam dominio ipſo habetur 2. *Chr.* 9.26 *Pſal.* 136.8.9. *Ierem.* 34.1. *Dan*, 4.19. Ideoque ipſi ſimul ſynonyma ſunt Potentia, vis, robur, dominatio. Dicitur enim à poſſe, ut quaſi poſſit ſuum à Deo ſibi attributum conſervare ſtatũ; Græcis eſt *δύναμις, ἰσχὺς, τὸ κράτος, ἐπικράτεια, δυνάστεία καὶ ἡ ῥώμη.* Vnde Romæ quoque nomen tàm altæ potentiæ aut poteſtatis inditum fuiſſe volunt.

Sed hoc inprimis heîc notandum venit, quod etiam non fruſtrà pro potentia, & appetitu anima ſumatur. *Proverb.* 23.2. quod facilè imò facillimè in vitium poſſit tanta poteſtas flecti, niſi benè in virtute Verbi Cœleſtis & pietate ſolida ſit roborata firmiter. Nec ſanè leves lapſus committunt, qui in poteſtatis

ſummæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſummæ apice conſtituti.

*Nam vitii labem tanto conſpectius in ſe.*
*Crimen habet, quanto major qui peccat*
*habetur.*

Vnde meritò inquit *D. Aug. lib. 3. de Trin.* Optandum eſt, ut poteſtas non detur, niſi contra vitium; propter quæ vincenda, potentes nolunt eſſe homines, & volunt propter vincendos homines; Vt quid hoc? niſi ut verè victi, falsò vincant, nec ſic ſint veritate, ſed opinione victores. Hanc igitur potentiam planè optet uniuſquiſque, atque appetat, ut *potens ſit in ſemet ipſo, & miro modo adverſus ſemet ipſum, pro ſeipſo,* &c. Etenim profectò ille in poteſtate divina maximè prævalet, qui imperatorem ſe affectibus ſuis importunis imponere novit & poteſt. Interim & hoc notandum, quod *μετωνυμικῶς* poteſtas quoque pro regionibus imperio ſubditis accipiatur. *Luc.* 4. 6. & pro ſymbolo dominii, 1. *Cor.* 11. 10.

### 4. *Quomodo ſe habet definitionis explicatio.*

Poteſtas quæ in Deo ſubſiſtit uti eſt planè incomprehenſibilis, & ineffabilis, ſed aliquatenus ſaltem in Creaturis perceptibilis, ita nec poteſt explicari; At quomodo ſit hominibus à Jehova vicario modo concredita, id jam dictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

dictum eſt, Cautè tamen utenda veni: & pluſquam circumſpectè, ne cum diabolo in abuſum ejus incidamus, quùm ex eo potiſſima ejus graviſſimi lapſus cauſſa exultet. Res eſt magni quidem momenti, ſed admodum tenerrimæ & ſacerrimæ fidei. ô homo habes heîc inſtrumentum & ſalutis & perniciei æternæ quiſquis ad hanc ſummitatem eveheris. Quatuor enim ſumma ſacraria in poteſtate hac confluunt. Auctoritas, ſummum jus, facultas Dominica, & Modus efficiendi quid pro ſtatus ratione. Hæc ordine ſunt cognoſcenda, quid ſint; deinde ſtatim ſubnectenda eſt diviſio poteſtatis.

5. *Quid eſt Authoritas?*

EST vis ſanctæ gravitatis ex ſemet ipſa vigore ſolemni in conſpectum promanans. quùm non aliundè dependeat. Hinc etiam Authoris nomen, ex quo authoritas denominationem ſuam accipit, nolunt ab aliquo alio derivatū; ſed rectè dicunt ex ſeſe natum eſſe, ſi rectè ſcribatur cum H. aſpiratione; Quod ſi vero cum. CT. notetur, ab augeo eſt, nec vim hujus aſſequitur, ideoque rectè faciunt, qui hanc diſtinctionem inter auctoritatem & authoritatem obſervant. Magnæ enim efficaciæ eſt exſpiratio in lingua naturæ quæ Spiritus Dei

opera-

operationem exprimit in creationis modo. Vnde illi, qui H. non inter litteras referendum putant, ignorantiam ſuam produnt, quod fundamentum verum & originem litterarum minus intelligant. Etenim omnis vis efficaciæ, quam lingua naturæ ex origine ſua profert, in hac exſpiratione ita latet ut nec tono aut ſono littera ulla formari aut exprimi evibrariq; poſſit in aerem, niſi hujus id præſtaret virtus; veluti in voce JEHOVA alibi id explicavimus latius, in qua ingentia latent myſteria, & totius creationis modus eadem exprimitur, ſimulac lingua naturæ, in eadem ſe expandit, ex cujus etiam ſcientia Adam omnibus rebus creatis ſuum genuinum nomen juxta naturalem cujuſque rei eſſentiam impoſuit. Sic etiam vox hæc ſacra AVTHOR in naturæ lingua non multum abſimilis eſt à voce JEHOUA, niſi quod R. thronum regium repræſentet, propter quem luci cum tenebris pugna eſt; quùm T. triplex I. referat, & patrem Jehovam denotet, uti id partim *in part. 1. c. 2. Rerumpubl. Hans.* declaratum eſt, Jnde quàm optimè Iehova Author rerum indigetatur omnium, ac Dux aut Princeps populi rectè Authori adſimilatur, veluti etiam Græcè ἀρχηγὸς dicitur; ac Chriſtus ἀρχηγὸς τῆς πίστεως Author & perfector fidei, *Hebr.* 12. 2. *&* 2. 10. *qui & Act.*
3. 15.

3. 15. Author vitæ appellatur. *Sap.* 12. 6 & 1. *Reg.* 22. 7. grandis eſt Authoritas. Proinde valeant vitiorum & ſeditioni authores. *Act.* 24. 5. quùm ſint à diabolo.

*6. Quid vero per ſummum jus intelligitur?*

ITidem ſacrum eſt nomen, in lingua naturæ, & internam vim Authoritat inſitam denotat; quum I. ſit progenitum I. in nomine JESU, & V. Spiritus ſancti Character in tribus apicibus, ubi lux & vita in amore per Chriſtum vividè confluant; ac S. quaſi ad duplex CC ſibi impoſitum receptionem gratia per Chriſtum apertè loquatur, ſi modo illud JESV ſummum & ſacrum, in ſancto ſuo IUSSV rectè excipiatur atque factis piis cordis abſque falſitate aut duplicitate exprimatur. Nam ſic verè jus à jubendo dicitur, quùm ἀρχηγὸς & Author id ita ſanctè præcipiat & jus ſit Dei opus *Prov.* 16. 11. Ideoque non violandum. *Prov.* 20. 10. Unde etiã apud ICtos jus ſummum eſt, certa honeſtatis ſententia. *Schurd. in lex. ad h. V.*

*7. Quid autem Facultas Dominica importat?*

ESt vis ſancta exequendi id, quod in Authoritate per jus ſuum fuit conceptum. Etenim Authoritati cum jure

ipſo

ipſo facilè ſuus collabaſceret reſpectus, niſi voluntatis executionem ſimul complecteretur. Jnde ſupra diximus, quod ex ſocietate Domini & ſervi originalis idea omnis imperii eſſet deſumenda; quæ plenior in familiæ regimine ſe exprimit.

8. *Quid verò eſt modus efficiendi?*

EST ſummæ æquitatis moderamen, quo omnia ad imitationem Dei in amore perficiuntur pio. Amor ſanctus eſt Doctor & informator actionum omnium in vita vividè Chriſtiana perfectiſſimus, ut ille, qui hunc doctorem in corde ritè foveat radicatum, omnia abſque acerbitate & injuſtitia facilè expedire poſſit. Nam ille in pia vivere geſtit conſcientia, & unctioni ſanctæ ſpiritus Dei ſe ſubmittere ubique ita ſtudet, ut in ea doctus ſit; nec habeat neceſſum, ut ab alio doceatur, *1. Ioh. 2. 27.* Spiritus enim omnia ſic nos docet. *Ioh. 14. 25.* En habes heîc effigiem poteſtatis, quâſi quis verè utatur in regimine cuncto, imitatorē Chriſti & Davidis ſe optimum probabit, & facili conſcientia quævis adverſa declinare poterit, pie longis ambiguitatum ambagibus ſit opus.

9. *Poteſtas igitur Regiminis quotuplex eſt?*

DVplex; aut Majeſtatis aut imperii. Majeſtas verò ipſum eſſe internum & ejus ſuperioritatē concernit in cōſtituendo, unde de ea primo loco ita agēdum eſt, ut ſimul ordinationem comple-

ctatur ? Imperium autem propriè officium regentum exprimit.

*10. Quid igitur in Majeſtate conſiderandum?*

DUo: Natura Majeſtatis propria; & ejus conſecutio aut obtentio in ordinatione ſua legitima.

## CAP. III. Præcog.

## De Majeſtate & juribus ejus.

*1. Quid in Majeſtatis natura conſiderandum?*

DVo; ὀνοματολογία ejus, & definitio.

*2. Quid in onomatologia?*

UNde dicatur, & quæ habeat ſynonyma. Proinde quùm culmen ſummum ſupremæ dignitatis in hoc lateat rectè Bodinus *lib. 1. de Reip. c. 8. & Thol, lib. 8. de Rep. c. 3. n. 4.* vocem hanc Majeſtaticam à majoritate ſtatus derivant. Etenim hac dignitate nihil majus aut excelſius homini in terra concedi poteſt. quùm ipſe Deus hoc gloriæ ſuæ titulo gaudeat Majeſtatico, uti videre eſt. *Exod. 40. 35. Num. 14. 22. Deut. 5. 14. &*

1 *Chr*.7.1.*Pſ*.29.3.*&* 72.19. *Prov*.25:
27.*Eſa*.2.10.19.*&* 3.8.*&* 6.1.*&* 60.7.
*&* 63.12.*Ezech*.43.12.*Matt*.14. 18. *&*
24.30.*&* 25.30.32.*Luc*.9.26.31.32.*&*
21.27.*Hebr*.1.3.*Apoc*.15. 8.Vnde *Sac. ille Ph.lib.de 3.vet. c.* 9. explicans imaginem Apocal. ait: Jta effigies in Apocalypſi 12. ſtellas in corona geſtat. Nãque imago hæc ſignificat Deum: Eſt Jehovæ ſimulacrum, in quo ipſe ſe manifeſtavit, & in quo habitat. Corona ſignificat virtutem Majeſtatis Iehovæ, ſimili modo uti Rex coronam in capite geſtat, quæ regimen & Majeſtatem exhibet, &c.

*3. Quænam habet ſynonyma?*

APud Græcos plura, quando dicitur ἄκρα ἐξουσία, κυρία ἀρχὴ, κύριον πολίτευμα, αὐτοκρατεῖα, δύναμις καὶ ἀρχὴ πολιτική. Suprema poteſtas, dignitas gloriæ, anima & vita regni, ſpiritus vitalis. *Sen. lib. 1.de clemen.* Sceptrum Gen.49. Hebr. Schebeth, Jtalis Signoria, Hiſpanis Majoria. Præeminentia dignitatis aliis.

*4, Quid eſt autem Majeſtas?*

EST ſumma & fundamentalis eminentia ſive faſtigium Poteſtatis, legibus ſoluta, quæ diſpoſitione ſui ſplendoris

per Regalia ſe in ſubditos diffundit pro vinculo Reip. arctius in concordia conſtringendo & incolumitate pia continendo.

*5. Quænam heic conſideranda?*

DUo: Definitionis reſolutio, & diviſio Majeſtatis.

Reſolutio conſiſtit in cauſſarum explicatione, quarum:

1. Efficiens duplex eſt, principalis & inſtrumentalis. Principalis iterum aut immediata, ut Deus; aut Mediata; quæ iterum duplex aut per ſucceſſionem, aut electionem populi ſive Ephororum regenti traditur accommodaturve.

2. Inſtrumentalis ſunt leges fundamentales, ſive Capitulatio, per quam imperii ratio non tantum initur, ſed etiã Majeſtas confertur in ſuperiorem.

3. Finis itidem duplex eſt; internus, qui in conſervatione concordiæ per leges & media conſiſtit propria; & externus, quam incolumitas vel ſalus pia exhibet.

4. Materia ſubſiſtit in perſona una & pluribus quibus ſuperioritas committitur.

5. Forma Majeſtatis duplex generalis & peculiaris: generalis eſt ſuperioritas vel ſupereminentia, quæ ipſi cum quovis magiſtratu eſt communis, cujus reſpectu dicitur ὑπερέχων, à *D. Paul. ad*

*Rom.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Rom.* 13. Peculiaris autem conſiſtit in obligatoriis Juribus ſummæ ſuperioritatis, quæ & Reſervata ſuprema regni aut imperii in effectu declarant, ut mox ſequenti capite explicabitur.

*6. Quis eſt effectus Majeſtatis?*

SVnt Regalia ipſa.

*7. Quotuplex eſt Majeſtas?*

DVplex. Partim enim rei inhæret, & dicitur realis; partim ipſi perſonæ, & perſonalis eſt.

*8. Quid eſt Realis Majeſtas?*

ESt Reipublicæ ſtatui ex nativitate quaſi ſua coæva, nec propter legum fundamentalium naturam ab ea ſeparari poteſt, quùm ipſius cõplexionem ingenitam referat. *Num.* 27. 20.

*9. Quid eſt Perſonalis?*

ESt, quæ in perſonam confertur adminiſtrationemque juſtam & piam in res & perſonas ſubjectorum continet, quæ etiam in Democratia invenitur, quùm populus ſimul ſumptus perſonam quandam repræſentet in hoc facto. *Num.* 27. 21. Legum autem fundamentalium inferius exemplum adjungemus.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAPVT. IV. Præcog.

# De Regalibus.

*1. Quid ſunt Regalia?*

SUnt jura ſuperioritatis ei, qui ſuperiorem non recognoſcit, in ſignum ſupremæ eminentiæ, ad communem imperii utilitatem tributa vel competentia,

*2. Quid heîc conſiderandum?*

DEfinitionis in nomine potiſſimum explicatio, ex enumeratione quùm reliqua conſtare poſſint; & diviſio Regalium.

*3. Quid in nominis explicatione notandum?*

EJus derivatio, & ſynonyma: Etenim hæc duo maximè ad rei proprietatem intelligendam conferunt. Dicuntur autem Regalia à rege, quod ipſa vocabuli enunciatio ſatis teſtatum facit. Etſi quoque hoc nomen aliàs Latinis adjectivum ſit, tamen heîc ſubſtantivi naturam ex feudalis juris & Canonici authoritate induit. Nihilominus cum ipſis Regnis jura hæc exordium ſumpſerunt, quamvis jus civile Regalia nomine hoc

non

on noſcat. *Deut.* 17. & 1. *Sam.* 8 velu-
i id quoque ſynonyma ipſa demon-
rant. Appellantur enim à nonnullis me-
è Regalia, perſonæ Principis adhæren-
ia, ipſi coronæ annexa, ſacra ſacrorum,
acra regni, jura imperii, jura Regia
βασιλικά, à Germanis. Reſervata im-
perii, quod præeminentiæ, potentiæ,
authoritatis & utilitatis publicæ regni
intendant, & ex jure fundamentali Rei-
publ. dependeant, ut infra cap. 15. pate-
bit plenius.

4. *Quot ſunt Regalia?*

ID vix definiri poſſe dicunt ICti, quùm varia à variis adducantur, adeò, ut alii 208. alii 413. numerarint, Ajunt enim; quemadmodum ſolet ex infirmis principiis multa ad potentiam producere tempus, quod ita quoque ſucceſſu multa alia ſibi accumularit regalis dignitas, & ſuperioritas nulli obnoxia. *Eins. de* Reg. *c.* 1. *n.* 2. Et jura quæ olim non fuerunt Regalia pro Regalibus hodiè haberi. *Carp. de* Reg. *th.* 10.

5. *An vero ſic debet fieri?*

NUllatenus certè. Etenim ipſa ſacra ſcriptura docet, quod Rex omnino quivis ad præcepta Dei debeat eſſe alligatus, ne alicubi dextorſum aut ſiniſtor-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſum ab iis recedat;nec cumulare ſibi debeat equos & ſimilia videlicet,quæad luxum & ſcandala imò ſuppreſſionem ſubditorum faciant. *Deut.* 17. 15. 16. *& ſeqq. Prov.* 29. 4. *&* 20. 26. 28. *Eſa.* 49. 23. Sed adulatorum numero, multa ſuppeditantur aulicis mala.

*6. Quotuplicia vero ſunt Regalia ?*

VAriæ habentur diviſiones,ut alii Regalia quædam majora, quædam minora faciant: alii quædam ad eſſentiam Majeſtatis, quædam verò ad exiſtentiam ſpectantia dicant. Rectius tamen dividuntur in Principalia & minus Principalia, & hæc iterum in conſecutiva aut veritati conſona, & falſa aut impertinenter conficta, vel etiam abſurda & crudelia.

*7. Quænam dicis principalia Regalia ?*

QVæ Verbo Dei & juri naturæ ſunt conſona *1. Sam.* 8. 11. *& ſeqq.* nec cũ cõſervatione ſubditorum pugnant,qualia ſunt. 1. Poteſtas condẽdi leges & abrogandi. 2. Creandi Reges & Electores. 3. Conferendi dignitates. 4. Jus nobilitandi. 5. conſtituendi Magiſtratus. 6. Jus legitimandi. 7. Veniam ætatis tribuendi. 8. Reſtituendi famam & honores. 9. Extrema provocatio. 10. Vis concedendi juriſdictionem. 11. Erigendi ſcholas pu-

blicas. 12. Jus comitiorum. 13. Nova vectigalia erigendi. 14. Cudendi monetam 15. Jus belligerandi pacem faciendi, fœdera ineundi. 16. Conſtituendi fiſcum. 17. Vias publicas in tuto conſervandi. 18. Fidelitatem ab omnibus exigendi. 19. Jure vel injuria damnatos liberandi. 20. Securitatem commerciis præſtandi. 21. Flumina publica navigabilia conſervandi. 22. Religionis ſynceritatem in Verbo Dei conſervandi. *Deut.* 17. 8. 23. Legatos mittendi. 24. Immunitatem à tributis concedendi,

*8. Quænam dicis Minus principalia?*

QVæ ſecundariò communi bono inſerviant, qualia ſunt. 1. Poſtas ſive curſus publicos inſtituendi. 2. Portus adornandi. 3. Metallorum fodinas & ſalinas rectè curandi. 4. Reditus piſcationum legendi. 5. Mulctarum pœnarumque compendia. 6. Bona vacantia transferendi. 7. Bona damnatorum & præſcriptorū arrogandi, aut confiſcandi. 8. Sic & bona committentium crimen læſæ Majeſtatis. 9. Dimidium theſauri in loco publico inventi. 10. Armādias inſtituendi. 11. Ripatica & ripas muniendi. 12. Præſtationes Angariarum & perangariarum, &c. 13. A juramento abſolvendi. 14. Libertate abſolvendi. 15. Vrbes extruendi. 16. Monetam æſtimandi.

*9. Quanam conſecutiva Regalia vocas?*

QVæ pro temporis & neceſſitatis ratione ſunt bono publico proviſionis ergo accommodanda: veluti ſunt 1. vectigalium ratiocinabilium exaggerationes. 2. Collectæ æquitati non contradicentes. 3. Extraordinaria collatio in iter neceſſarium &c. veluti apud Germanos ſunt, *Romer Suck*, *Reicſſanlagre*. &c. quæ communi conſenſu imperii approbantur.

*10. Quanam dicis impertinentia?*

QUæ præter neceſſitatem pompis faſtuoſis impenduntur, aut rebus voluptuariis, aut victum ſubditorum imminuunt, ſeu abſurdas impoſitiones cōtra naturam loci in lignis communi uſui deſtinatis vidimus confici, in mirabilibus ſylvarum prohibitionibus, *mitt nievven holtz ordenungen*, & agriculturis, &c. Huc referri poſſunt onera & gravamina varia ſubditorum, & cauſſæ quibus talià amittuntur regalia, quod fit per deportationem, abuſum, denegatio tituli, &c. vid. *Einſid. de* Reg. *c. ult. & corp. de* Reg. *cap. 5.* &c.

Notandum Regulæ loco eſt, quod ubi deſinit debita charitas, regnet ibi iniquitas. Jdeo nunquam à charitate deflectendum

ctendum in omni regimine Reipubl. Et omnem exuêre illi pudorem ac proximi dilectionem, qui hodiè tot Regalia confingunt Principibus, quot cenſus; & ut in ea confictione magni videantur tot conſcribunt libros, quos ſpacio duorum & non amplius menſium (ex aliorum dictamine ſcilicet) ſe conſcripſiſſe jactitant, quùm vix in tanto tempore allegata notari queant. Sed facilè eſt aliorum inventa ſua facere.

## CAPVT V. Præcog.

## De Ordinatione ſive evectione ad dignitatem Poteſtatis in Repub. & in ſpecie de Electione.

1. *Quid eſt Ordinatio?*

EST conſtitutio ſuperioris poteſtatis legitima, qua quis ad regiminis ſtatum evehitur, ut Reipubl. pium in omnibus neceſſitatibus præſidium præſtet. Eſtq; vel divina aut humana.

2. *Quæ eſt divina Ordinatio.*

QUæ fit à Deo vel immediatè, aut mediatè tanquam prima omnis regiminis cauſa efficiente. *Pſal.* 68.14. Quando Ie-

do Jehova ordinat reges, albeſcunt omnia velut nix Salmonis, ideſt lux ex tenebris redit. Quippe à Deo omnis bonus magiſtratus 2. *Paral.* 2. 11. *Ioh*, 19. 11. *Eſa*. 22, 20. *Dan*. 2. 37. *ait* : tu es Rex Regum. cui Iehova ex cœlis, regna potentiam, robur, & gloriam dedit, & omne, ubi habitant homines, & præterea animalia in campis ac volucres ſub cœlo in manus tuas conceſſit, & omnem poteſtatem tradidit : Tu es aureum caput, &c.

*3.. Quæ eſt humana ?*

QVæ fit conſenſu ſubditorum vel tacito aut expreſſo ; eſtque Ordinaria aut extraordinaria.

*4. Quænam eſt ordinaria ?*

QVando per legitima & conſueta remedia ſuperior quiſpiam pro capite Reipubl. conſtituitur. Jllaque eſt rurſus duplex ſimplex & mixta.

*5. Quid eſt ſimplex ordinaria ?*

EST talis ordinatio, quæ fit per electionem aut ſucceſſionem,

*6, Quæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*6. Quæ eſt electiva?*

EST actus publicus, qua ſuperior quis ſecundum leges & conſuetudines in unaquaque Republica receptas eligitur ſive hoc fuit à populo, aut ab ephoris populi vicem gerentibus: ac dicitur Græcè ἀρχαιρεσία.

*7. Quid in ea conſiderandum?*

DVo, partim cauſſa, partim ſubjectum.

*8. Quæ eſt cauſſa electionis?*

HÆc non una. ſed duplex eſt potiſſimum, quæ ab iſtis modis, qui obſervantur, denominationem accipiunt, ubi eſt vel principalis efficiens, vel inſtrumentalis.

*9. Quæ eſt principalis efficiens electionis?*

SVnt homines; quibus eligendi jus & poteſtas eſt commiſſum, ſive ſit totus populus, aut pars primaria populi: ubi notandum, quod priſcis temporibus imperatorem milites eligere ſint ſoliti ſub armis.

*10. Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*10. Quid per inſtrumentalem intelligis?*

MEdia talia in efficiendo, quæ vel ſunt principalia, vel minus principalia.

*11. Principalia quæ dicis?*

QVæ vel à lege præſcripta & conſuetudine diu in Republ. recepta & approbata dependent, vel à ſuffragiis?

*12. Quid in ſuffragiis attendendum?*

VT liberè ea fiant ab eligentibus abſque præjudicio, & affectus ullius interventu, ubi regulæ loco etiam in omnibus inferioribus electionibus id omnino eſt tenendum conſilium, quod non tantum Joſeph. Regi Pharaoni *Gen.* 41. 33. de probo & prudente viro Ægypto præficiendo ſuggerit; ſed etiam Jethro in primis Moſi genero ſtrenuè inculcat, *Exod.* 18. 21. *ubi ait*: Tu autem provideto ex toto hoc populo, & curato eligi viros ex corde honeſtos, timentes Dei, viros veraces, oſores turpis lucri, quos conſtitues ſuper eos, &c. Quod adeò in deſuetudinem abiit hodiè, ut ſaltem argutos, & fallaces loquaculos paſſim adoptent mortales, unde tanta confuſio rerum, quùm talibus potius Po-

litiæ

litiæ ſcientia, quàm probitati adſcribatur. Ita probitati & pietati nullus fermè jam locus in orbe amplius patet, quæ infiniti damni & calamitatis cauſſa eſt ſumma. Jmò ſiquis probus vocetur idem pœnè eſt, ac ſi ſtultum dicas. Tam ebulliens eſt paſſim perverſitas in malitia ſua!

*13. Quæ minus principalia ſunt?*

QVæ in modo electionis per ſortem conſiſtunt; ſuntque duplicia iterum, vel ſunt certa aut incerta.

*14. Quænam ſortis certa dicuntur?*

QVando electio fit per diſtributionem calculorum ſive ſchedularum ſignatarum, quæ tum ut plurimum adhibetur, quando diſcordibus eligentium ſunt nomina: i, qui genere virtute & opibus pares, habentur. Modus iſte non illaudabilis eſt, ſi prius ſolidè pii ſint Electi, qui poſtea ſortem ducant. *Vid. Notam. th.* 19. Velut Mathias in locum Iudæ per ſortem eſt electus, *Act. 11. 6.* & idem de ſucceſſoribus Alexandri Mag. *refert Iuſtin. hiſt. lib. 13.*

*15. Quæ vero ſunt incerta?*

QVando fit per rem fortuitam, uti de Dario id refertur Herod. in Thab.

& de

& de Gordio rege Phrygiæ *Juſt. lib. 11.* *& læſio rege Polonus. Chron. Pol. lib. 1. c. 8. Herbol.* Sequitur nunc altera cauſa finalis in electione.

*16. Quid eſt cauſſa finalis electionis?*

EST legitima unius perſonæ aut plurium idoneorum ad Reipubl. gubernationem conſtitutio.

*17. Quid eſt ſubjectum electionis?*

SVnt perſonæ ad capeſſendum regimen & ſubeundum habiles ac capaces, ſive ex toto populo, ſive ex certo ejus genere & ordine eligantur.

*18. Quæ verò in tali electione perſonæ cauſſæ ſpectanda ſunt?*

MAgna quidem regni electitii præ ſucceſſivo eſt prærogativa & excellentia; verùm quùm in ipſo electionis actu ſæpius ita graviter ſecundum communem ſtilum aberretur, ut potius affectio, aut aliud quid proprii &c. quàm pietatis reſpectus ullius contra Jehova mandatum *Deut. 17. 14. 15. &c.* obſervetur; fit proinde, quod ſucceſſio, firmior habeatur. Etenim veræ virtutes, quæ in ſubjecto eligendo, propriè requiruntur, vix hodiè merentur apud mortales

reſpectum,

reſpectum, quùm Jehovam omnes in ſuæ voluntatis præcepto tam turpiter negligant. Nihilominus tamen non tam externa fortunæ bona, quàm interna Dei dona reſpicienda ſunt firmiſſimè, & unicè, ſi vera & legitima eſſe debeat.

*19, Quanam vero ſunt ea Iehovæ dona?*

EA habētur claris verbis, *Deut.17.à v.15.* uſque ad finem. *It. Exod. 18. 21. 22. 25.* Quod debeant eſſe Deo electi, id eſt amantes Dei ſive pii & probi, qui nō aliò, quàm ad Deum in omnis vitæ praxi reſpiciant ſuâ, & adſidui ſint in Verbo Dei operarii per omnes vitæ dies, uti v.19 id explicatur. Deinde non ſint alienigenæ, ſed populares. 3. Sint prorſus alieni ab omni ſuperbia & avaritia, ne ambitione aut opibus faſtuoſis incumbant; ſed humilis & integri cordis. 4. Nec novitatis aut luxuriæ in prodigalitate ſtudioſi, ut alias verſus Ægyptum meditentur regiones aut nationes, ſed fidi ſuis & probitati diditi ex animo. 5. Non ſint libidinoſi aut voluptati inhiantes; ſed inſideant ſolio juſti in legibus, quas ſemper in conſpectu habere debēt; id eſt ut undique ſemper juſtitiæ ſint cupidi in puritate ſyncera. 6. Ac ne fortè in electione aberrari poſſit vitæ exemplum introſpiciendum erit, num Verbum Dei & ſtatuta



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ejus, ſaltem ore clangant, de eo diſputent, aut inutiliter abſque effectu glorientur, ſintque lubrici & flexiles hypocritæ, aut inconſtantes in pio propoſito, facileque moveantur ad nutum venti: vel num potius factis id exprimere laborent, & apud omnes propagare ſatagent. *Vid. Jud.* 1.1.2.8.22.*&* 11.16.*&* 1.*Sam.* 9.2.*&* 12.13.*&* 16.1.13 *&* 2 *Sam.* 2.4.*&* 5.2.3.*&* 2.*Reg.* 11.31.*&* 20.14.*&* 2.*Reg.* 10.3.*&* 1. *Paral.* 28.4.*&* 2.*Paral* 9.8.*&* 19.5.6.*&* 30.5.*&* 1 *Eſd.* 1.8 *&* 7.24.*Luc.*6.15.*Act.*1. 24.*&* 6.5.*&* 13.2.3.*Rom.*1.1.*&* 1.*Tim.*5.7.*&* 2.*Tim.*1.6.*Tit.*1.5. *Hebr.* 5.4. Ideoque graviſſimè errant omnes Electioni deſtinati, qui non ante omnia ad voluntatem Jehovæ in his reſpiciunt ſed proceſſum Dei prorſus invertunt, ac potius externa ſpiritus mundi, quàm interna dona Spiritus ſancti æſtimant. Unde poſtea tot confuſionum calamitates ubertim ita reſultant, ut miſeriarum nullus ſit finis. Regis enim ad exemplum totus componitur orbis. Si Rex aut præſes regiminis non ſit pius & ex corde intimo probitati addictus, abundat vitiis omnis ditionis angulus. Quarè cavebunt omnes eligentes, ne garrulis, audaculis, & ampullas magnas ſapientiæ loquacitate ſemper jactitantibus cum nugacitate, (vulgò hodiè *Auffſchneiders* vocantur) ſua adjiciant ſuffragia;

ſed

ſed devoti prius Deo ſe ſiſtant in ardore vero Spiritus precum, ac juxta mandata iſta Dei electionem ſanctè abſque reſpectu nimio gloriæ mundanæ aut favoris ullius, quæ ſaltem externæ habitudini inſervit, ſuſcipiant, atque certò credant, quod ille ſit verè eruditus, & à Deo electus, qui Verbum ejus nocte dieque unicè colit, & factor eſt Verbi. Hic θεοδίδακτος.

*20. Quæ vero ſunt bona heic externa?*

SVnt ſecundaria illa requiſita, in facultatibus mundanis & poſſeſſionibus rerum conſiſtentia, quæ non aliter quàm παρέργως in juſta & legitima electione regiminis ſunt obſervanda. Proinde hæc Regula firma eſt: Quod, qui hunc proceſſum Iehovæ in electione ulla ſubvertant; & ex parergis vel ſecundariis faciant primaria, ac principalem ſcopum Jehovæ apud mortales ſubvertant, auctores ſint infinitarum Calamitatum apud ſubditos.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAPVT VI.

# De ſucceſſione in Re-publ. ſive Regno.

*1. Quid eſt Succeſsio in Republ. aut regno?*

EST actus publicus, per quem ſibi quis jus defuncti præſumpto aut tacito populi conſenſu in Republ. aut regno acquirit: Eſtque duplex, vel hæreditaria ſeu Patrimonialis, & Gentilitia ſeu legitima, ut vulgò diſcriminatur.

*2. Quid eſt hæreditaria ſucceſsio?*

QVando ex Teſtamento, vel eo non condito, ex cauſſa inteſtati, ſed habito tantum reſpectu ultimi ſucceſſoris, ſicque hæreditario jure tranſmittitur regnum. Eſtque ea ratione duplex, vel ab inteſtato, vel teſtamentaria.

*3. Quænam eſt ſucceſsio ab inteſtato?*

QVando acquiſitio fit ex jure naturæ vel in linea recta, aut collaterali. *Num. 27. 8.*

4. *Quæ*

*4. Quæ eſt lineæ rectæ ſucceſsio?*

QVæ in deſcendente maximè conſiſtit, & ſpectat ad liberos utriuſque ſexus, filium & filiam; & tamen diſtinctè habetur in filiis.

*5. Quomodo fit ſucceſsio filiorum?*

UT, quando plures ſunt filii, primogenitus regimen cum ditione ſibi acquirat, ita tamen, ut teneatur fratribus ſuis tantum ex reditibus adſcribere aut adſignare, quantum pro ſtatus ratione decorè poſſint vivere. Vnde jus primogenituræ emergit.

*6. Quid vero eſt propriè primogenitura?*

QVæ & primogeneïa dicitur, nihil aliud eſt, quàm primigeniti ſucceſſio in regno, & pertinet ad eum, qui primùm eſt natus etiam ante adeptum Patris imperium.

*7. Vnde eſt illud jus Primogenituræ?*

QUamvis hunc ſuccedendi ordinem, jure naturæ divinæque legi, & omnium ubique gentium juri conſentaneũ rectè dicat *Bod. lib. 6. de Rep. c. 5. n. 7. 28.* tamen quoque ipſa Reipubl. ratio & bo-

num publicum hanc quaſi legem introduxit, ne potentia ejus, opulentia, dignitas & auctoritas diſtraheretur, atque ſubditi ad mendicitatem exactionum frequentia redigerentur, jus hoc adeò firmum etiam eſt, ut neque naturæ vitio, neque corporis deformitate tolli poſſit. *Thol. lib. 7. c. 5. & lib. 15, c. 1. de Repub.*

*8. An idem manet jus etiam ſi ſit inhabilis, ob mentis vitium, captivitatemvè, &c.*

OMninò. Adminiſtratio enim committitur tutori vel curatori, qui proximus eſt potiſſimum ex agnatis. Quin & primogeniti præmortui filius, avo adhuc regente, ſecundo genitis jure repræſentationis præfertur. *Iacob. à Sua. de Iur. Primog.* Deficiente verò primogenito, ſuccedit proximus agnatorum ex linea collaterali.

*9. Quid eſt teſtamentaria ſucceſsio?*

QVæ fit, quando anteceſſor deficientibus legitimis, lege, pactoque populi permittente, aliquem teſtamento deſignat.

*10. Quid eſt legitima ſucceſsio ſive gentilitia?*

QVæ univerſæ familiæ ſive genti confertur ſecundum legem Regni fundamen-

damentalem, fereque Feudi imitatur naturam juxta ſanguinis prærogativam, & reſpicit inde teſtamenti factionem, quã hæreditarium admittit regnum. Ideoque in hoc non poterit pater ſcribere hæredem, alterive, quàm cui lex defert, relinquere Regnum; velut jam paſſim in uſu eſt: mente captus tamen heîc præteriri valet, ſed non ejus filii. *Res. in Pol. hoc. l.*

## CAPVT. VII.

## De Mixta ſive Compoſita ſucceſſione; & inauguratione.

*1. Quid eſt Mixta ſucceſſio ordinaria?*

EST actus, per quem quidem fit ſucceſſio in regimine ex jure hæreditario, ſed electione quaſi temperata ita eſt, ut etiam præter jus ſanguinis conſenſum Ordinum & approbationem ſubditorum deſideret, quod tamen majoris favoris cauſſa fieri ſolet. *1. Reg. 12. & 3. Reg. 4.*

*2. Quodnam eſt proximum conſequens Ordinationis omnis?*

QVod juxta mores populorum plerumque in Ordinaria regiminis inauguratione conſtitutum eſt, ut certis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſymbolis quaſi novus præſes publicè inſigniatur, quamvis & ſine ceremoniis talibus fieri poſſit.

*3. Quid eſt inauguratio?*

EST principalis Actus conſtitutionis ordinariæ, in quo per ritum publicū & ſolemnem recens Præſes regiminis creatus ſubditis coram ſiſtitur: eique certis ritibus imperium traditur & committitur.

*4. Quid in eo conſiderandum?*

PRæcipuè ejus finis & partes.

*5. Quid in fine obſervandum?*

QUid ſit & ejus Adjuncta.

*6. Quis finis eſt inaugurationis?*

EST duplex. Etenim fit propterea, ut partim novo præſidi regiminis major auctoritas apud ſubditos concilietur; partim ipſe & ſubditi ad mutui officii præſtationem eo commodius adhortentur.

*7. Quænam ejus adjuncta?*

SVnt duplicia: vel principalia vel minus principalia.

*8. Quænam principalia adjuncta?*

COrona, ſceptrum, globus aureus & amictus regalis.

9. Quæ-

*9. Quænam ſunt minus principalia adjuncta?*

FAſcia, diadema, pileus, gladius, haſta, &c.

*10. Quæ ſunt partes inaugurationis?*

DUplices: primariæ & ſecundariæ.

*11. Quænam ſunt primariæ?*

QUæ in pompa & convivio conſiſtunt.

*12. Quænam ſunt ſecundariæ?*

TItuli & inſignia, quas ſequitur effectus.

*13. Quis eſt effectus inaugurationis?*

EſSt publica ſuperioris ad benè imperandum, & ſubditorum ad benè parendum affectio & obligatio: diciturque aliàs & vulgariter ejus forma Homagium, de quo nunc paucis agendum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. VIII.

# De Homagio.

*1. Quid eſt Homagium?*

ESt obligationis conventio, qua alter alteri juxta promiſſionem mutuò factam fidelitatis & mutuæ defenſionis fidem, præſtare tenetur. *Exod.* 22.11. *Levit.*5.4. *Num.*30. 3.4. 5.6.& 32.11. *Deut.*1.35.& 7.8.& 9.5.& 11.9.& 29.14. *Joſ.*2.17.& 6.22.&c.

*2. Quid heic obſervandum?*

DVo: Notatio nominis & definitionis reſolutio.

*3. Quid in nominis notatione?*

ITerum duo: vocis hujus derivatio & ejuſdem acceptio.

*4. Unde igitur dicitur Homagium?*

NOn incommodè illud derivant à Græco verbo ὀμόω, id eſt juro, ſeu ab ὁμοῦ ſimul, aut ab ὁμὸν ἅγιον, quaſi commune ſacrum, aut communis fidelitatis promiſſio. *Borchol. de Feud. c.2. n.26. Hakelm. de feud. part.1. n.15.* Germanis eſt

eſt *Huldigung*, quaſi *Geding hold vnd trevv zu ſein.*

*5. Quod modis accipitur?*

UNdecim modis. Nam (1) accipitur pro inveſtitura *Giph. de feud. c. 9. n. 6.* Atque adeo (2) pro inſtrumento ſuper inveſtitura, & conſequenter ſuper homagii contractu memoriæ cauſſa conſignato *Bocer. de inveſt feud c. 1. n 12.* Nec non (3) pro ipſo præſtandi homagii actu ſolemni. *Bocer, d l.* (4) pro jure, quod vaſallus Domino præſtare tenetur. *Giph. de feud. c. 19 n. 14.* (5) pro quavis veneratione & reverentia aut obedientia, qua inferior ſuperiori tenetur. *Giph. d. l. n 14.* (6) Pro ipſa, quæ ſolet promitti, fide. *c. 1. parag. fin per quos fiat inveſt.* (7) Pro ſecuritate & ſalvo conductu ad purgandum innocentem. *VVehn. Conſ. 25. n. 8.* (8) Pro ipſo obſequio & ſervitio, quod pro beneficio præſtatur. Pro ſubjectione (9) quæ fit præter naturam liberorum. *Giph. c 10. n. 14.* (10) Pro ipſius fidelitatis promiſſione. (11) Demum pro juramento in fidelitatis aſſecuratione. *Alth in pol. c. 20. n 5.*

*6. Quæ ſunt cauſſæ homagii externæ?*

1. CAuſſa Efficiens eſt vel remota vel propinqua, Remota eſt jus homagialia

gialia pacta approbans mutua voluntate naturæ. Propinquam conſiciunt homines, dominantes & obedientes, qui hæc pacta ineunt ad teſtificationem Dei. 2. *Reg.* 11.17 *&* 2. *Chron.* 23.16. *&* 1. *Sam.* 16.12. *Ioſ.* 1.2.

2. Finis eſt, ut fides pactorum ſervetur utrinque debitè, quod ex ipſa lege naturæ ita quoque debetur. *l.* 1. *in prin. ff, de pact.* Quamobrem etiam populus ſummam Reipubl. ordinandæ poteſtatẽ deferens alicui, eâ mente, eaque lege deferre cenſetur, ut ſervet leges imperandi, ſi non plures, ſaltem illam communem: Salus populi ſuprema lex eſto.

7. *Quæ ſunt cauſſæ internæ?*

3. MAteria duplex eſt. Vel à parte ſuperioris, aut à parte ſubditorum cenſenda venit. A parte prima verſatur circa ea in adminiſtratione, quæ conſociationi univerſali ſunt neceſſaria & utilia, quæ ſpectant ad jus regni, quod eſt vel Eccleſiaſticum vel ſeculare. Prius conſiſtit in religione & pietate: poſterius in juſtitia ſuum cuique tribuendi.

A parte ſubditorum verſatur circa obedientiam, miniſteria, & auxilia præſtanda.

4. Forma homagii ſpectat ad legem fundamentalem regni, quum ſub hac homagialis combinatio in Republ. conſtitua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſituatur. Hæc forma ſecum ducit modum præſtationis Homagii, qui collectivè aut ſeparativè obſervatur. Collectivè præſtatur ab univerſo populo in hunc finem collecto. Separativè ſive ſigillatim à ſingulis præſtatur homagium, ut ab originariis, aut à peregrinis.

*8. Quomodo dividitur homagium?*

HOmagii ita definiti, & explicati tot ajunt poſſe conſtitui ſpecies, quot inveniantur negotia, in quibus alter alteri mutuam illam fidelitatem & defenſionem valeat præſtare. Proinde aliud faciunt publicum, aliud privatum ſive correſpectivum. 2. Aliud univerſale, aliud particulare. 3. Aliud abſolutum, aliud conditionatum reſpectu reſtrictæ poteſtatis in diſtrictu; diciturque limitatè ſubjectivum. 4. Aliud ſpontaneum, & aliud coactum. 5. ratione formæ, aliud expreſſum, aliud tacitum. 6. ratione ſubjecti, aliud Eccleſiaſticum, aliud ſeculare. 7. ratione adjuncti, aliud juratum, quod mediante corporali fit juramento, aliud non juratum. 8. Aliud denique perpetuum, quod ſemper durat, aliud Temporaneum, quod ad tempus tantum contrahitur. De quibus alibi plenius agetur, quùm vera aut falſa ſint: Saltem heîc etiam notetur, Politicorũ eorũ error craſſus, qui ordinationi

Reipub.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Reipub. legitimæ etiam bellum recenſere ſolent. Quod enim cum injuria cuipiam eripitur per vim, nunquam poterit legitimum dici: quum vis ipſa ſit injuria, niſi fiat ex mandato Dei expreſſo. *Exod.* 20. 17. Quid bellum? An non monſtrum naturæ Contrarium? *Gen.* 4. 7. *Nu.* 14. 43. *Deut.* 1. 43. 44. *&c.*

## CAP. IX.

## De extraordinaria conſtitutione regentum.

1. *Vnde ſequitur nunc extraordinaria conſtitutio Superioris?*

EX *cap.* 5. *quæſt.* 3. diſtinctione formata; jam de hac nunc meritò agitur.

2. *Quid eſt Extraordinaria conſtitutio?*

QUâ aliis quàm conſuetis modis præter electionem & ſucceſſionem regimen in ſuperiorem transfertur: quod fit duplici modo, qui eſt vel ſpontaneus, qui & togatus fertur, vel violentus ac armatus dicitur.

3. *Quis eſt ſpontaneus modus in extraordinaria conſtitutione regentis?*

QVando per interventionem contractus aut jure obligationis alicujus ſupe-

perioritas obtinetur in regimine.

*4. Quinam ſunt iſti modi?*

HI in duplici habentur differentia, ut alii dicantur in legalitate ſua principales, alii minus principales.

*5. Quinam principaliores dicuntur?*

HOrum 4. numerantur. 1. Eſt emptionis, quando titulo oneroſo hoc regimen aliquis acquirit ſibi. 2. eſt Donationis inter vivos, quo modo populo Romano multa acquiſita ſunt regna: Ac Regi Galliæ Delphinatus per principem Umbertum *Anno 1349.* hac addita lege, ut filius regis natu maximus Delphinus diceretur, & ditionem illam tanquam imperii feudum ab imperio recognoſceret. *Thed. Nihem. lib. 2. hiſt c. 25.* 3. eſt Ceſſionis, quo modo Diocletianus & Maximian. *Anno 304.* & Carolus 5. *Anno 1556.* imperio ſe abdicarunt. 4. Jure dotis, ſic Gratianus in imperii ſocietatem adſcitus duxit Conſtantii Imperatoris filiam.

*6. Quinam vero habentur modi minus principales?*

1. ESt permutationis, quo modo territorium Carolſtein in alium eſt trans-

tranſlatum *VVehn. de mutat. regim. c. 26.* Deinde 2. Oppinorationis eſt, quo modo Valeſius Delphinatum 40000. aureorum oppignoratum habuit. 3. Confœderationis & Confraterni tatis. 4. Huc pariter poteſt referri Vnio, quando nempe ex pluribus oppidis exilioribus unam magnam conſtituunt alii civitatem, vel quando Reſpubl. & regna in unum coaleſcunt imperium.

*7. Quinam vero modi armati aut violenti dicuntur?*

DUplices habentur iterum, vel expreſſi aut impliciti.

*8. Quis modus implicitus dicitur?*

QVi ut plurimum fit per ſubagitationem, ac in technis & ſollicitationibus animorum conſiſtit, cujus exemplũ in Abſolone habetur. *2.Sam.15.2.5.6.* vel in largitionibus, per quas multa occupantur regna & ditiones: vel in protectione, ex qua videmus ſæpe fieri offenſionem.

*9. Quis modus expreſſus appellatur?*

IS duplex habetur, vel probabilis, aut apertè injuſtus.

10. Quis

*10. Quis modus probabilis dicitur?*

DUplices ſunt. 1. Quando barbari homines, qui ſine imperio licentioſè aut diſſolutè vivunt, imperio alterius armorum vi ſubjiciuntur eo fine, ut à vitæ morumque immanitate & pravitate ad humanitatem, probitatem & pietatem reducantur abſque fraude. 2. Quùm tempore belli novus magiſtratus in aliqua civitate à victore extraordinem juſta de cauſſa conſtituitur, priore imperio abdicato.

*11. Quis eſt modus apertè injuſtus?*

1. QUando rex vel alius ſua Republ. exuitur bello, & planè ſuo excutitur territorio. 2. Quando quis ſine aliqua veriſimili cauſſa, ex ſolo ſuperbiæ ſtimulo alterius ditionem & regnum invadit, & ex ſola libidine imperandi occupat, regnumque ſuum amplificandi cauſſa. *Hoen. diſp. 3. Pol. th. 9.* Heîc regulæ loco notandum, quod omne regnum vi armata acquiſitum in effectu ſubditis ſemper in duriores ſervitutis conditiones abripiat, licet à principio dulcedinem prurientibus ſpirare videatur. Ideo cunctis hoc cavendum, ne temerè ſe ſeduci patiantur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. X.

# De Contrariis.

### In ordinatione ſuperioritatis.

*1. Quænam Ordinatio talis habet contraria?*

DUo maximè: Namque vel Averſio nem animorum in populo, aut Ab ducationem continet.

*2. Vnde conſpicitur averſio?*

MAximè ex contemptu ſuperiori qui totius gubernationis peſtis & mors eſt. Nam veluti vires imperii i conſenſu obedientiæ & affectione ſub ditorum potiſſimum ſitæ ſunt; ita con temptus & viliſpendentia ſuperiori omnia diſſolvit vincula, & nervos co ſtringentes Reipubl. diſſipat, unde ruin ſequitur tandem certiſſima.

*3. Quæ autem cauſſæ ſunt contemptus hujus?*

POtiſſimum ex his duobus origine trahunt, ut vel ipſa vitia, & minu rigoroſitas eum pariat; aut levitas & ineptitudo ad gubernationem felicite præſtandum.

He

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Heîc Regulæ loco tenendum. Vti regni vinculum firmiſſimum benevolentia ſubditorum; ita hi cavebunt ne ulla rebellione ruinam ſibi cauſſent. *Reuſn. in hort. pet. lib. 1. cap. 7.*

*4. Quid eſt abdicatio?*

Est depoſitio ſuperioris, quando ex ſuo deturbatur ſtatu, & officii extruditur throno: eſtque vel legitima aut violenta.

*5. Quænam eſt legitima?*

Est duplex. quando vel Deus ipſe immediatè aut manifeſtis pœnæ ſignis aliquem regiminis præſidem repudiat & ineptum reddit, ut nequeat amplius officio præeſſe ſuo, ubi tunc curatores ſubſtituuntur tamdiu, donec redeat ad ſaniorem mentis ſtatum & potentiam: ut in Nabuchdonoſare factum. *Dan.* 4, 30. *item* in Saulo. 1. *Sam.* 13. 13. vel ipſe majeſtatem ſuam exuit ac deponit proprio motu ex cauſſa ſibi ſoli optimè cognita.

*6. Quæ eſt violenta abdicatio?*

Quando ex intolerabili tyrannide, aut à verâ religione depulſione ad manifeſtam idololatriam ſubditos Reipub.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſuæ præſes ſubvertere ita conatur, ut i
facto ipſo, ad omnia extrema recurren
do, deprehendatur, nec corrigi aut mo
neri ſe patiatur; unde ille throno ſu
exuitur, quod fit vel temporaliter, au
in perpetuum.

*7. Quid eſt temporalis abdicatio?*

QUæ fit, quando ad certum tempus
donec ſe convertat, ex regno ex
cluditur, & certis modis interregnun
aliis committitur: atque hoc vel artif
cio aliquo latente, aut aperto perficitu
modo?

*8. Quomodo artificio aliquo id præſtatur*

QVando in ambulatorio Senatu præ
teritur electione & confirmation
nova, quod vidimus hiſce temporibu
quoque practicari in Republ. urbica.

*9. Quomodo apertè id perficitur?*

QVando ab Ephoris aut ſupplicibu
populi univerſi, aut partis ejus totie
fuit monitus, & ipſe monitiones aut pre
ces non admittit, ſed in furoris rabi
inſanire pergit, & ipſe tunc ab ipſo re
gimine ſuſpenditur aliquo uſque, done
ſpes melior effulgeat. Ceu noſtris quo
que temporibus vidimus exempla in
duobus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

duobus Principibus, quæ intelligentes ipſi percipiunt.

*10. Quænam eſt perpetua abdicatio?*

Quæ uſque in finem vitæ alicujus durat, nec unquam recipitur abdicatus, licet pœnitere velit, ſed alius novo homagio adſumitur: quale exemplum olim in Chriſtiano. 2. Rege Daniæ affulſit. Et facit etiam nimia gentium petulantia ac extremæ libertatis carnalis diffluentia, quam Chriſtus: *Matt.25.* prædixit, ut hodiè etiam in tales motus effrenes abſque ullo diſcrimine ſubditi plures inclinent ex craſſa inſcitia, nihil penſi habentes, an Verbum Dei id concedat vel non. Nihilominus ſub prætextu ſpecioſo Chriſtianiſmi prætendere ſemper ſolent malos ſuperiorum mores, & quaſi mala eorum opera contra Verbum Dei pugnent: Ideoque eos non tolerandos, ſed deturbandos, &c.

*11. Anne autem mala opera Magiſtratus quadam expreſsè in Verbo Dei depinguntur?*

Omninò. Si enim ritè examines S. Scripturam, invenies ſat multa; quùm acta publica inde ſatis luculenter conſtant, quàm variis modis aberrarint in officii adminiſtratione ſuperiores.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Attamen præcipua 5. modis deſcribuntu potiſſimum.

12. *Quænam vero ſunt ea?*

1. RApere ſibi jus dominandi ex ambitione ſine Dei, & eorum, penes quos eſt poteſtas, voluntate & conſenſu. *Iud.* 9. 5. 6. *&* 2. *Sam.* 15. 10. 11. *&* 1 *Reg.* 1. 5. 6. *&* 16. 9. 10. *&* 2. *Reg.* 15. 25 *Oſeæ* 30. *Eccl.* 7. 6. 7.

2. Jdololatricos cultus inſtituere, Jdolis templa ædificare, & ſacrificare. 1 *Reg* 11. 7. *&* 12. 26. 27. *&* 22. 54.

3. Ob veritatis confeſſionem, odiſſe & perſequi Chriſtianos veros, & fideles 1. *Reg.* 13. 4. *&* 16. 7. 10. *&* 2. *Paral.* 25 15. 16. 17 *Ierem.* 20. 2. *&* 37. 35. & 38. 6. *Dan,* 3. 19.

4. Imitari; vel etiam ſuperare majorum ſuorum Jdololatriam. 1. *Reg.* 15. 26. *&* 16. 25. 26. *&* 22. 53. 54. *&* 2. *Reg.* 3. 2. *&* 13. 2. *&* 21. 2. 20. *&* 24. 9. 19.

5. Verbo Dei, & legi naturæ contraria promulgare, ac in innocentes variam necando exercere tyrannidem. *Exod* 1, 15, 16. *&* 1. *Reg.* 12. 27. 28. *&* 22, 26. 27. *Dan.* 3. 5. *&* 6. 7. 8. *&* *Maccab.* 2. 17. 18. *&c.*

13. *Anne*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

13. *Annè tales & alias ob cauſſas Tyranni juſtè removentur ab officio?*

SI S. Scripruram rectè examinemus, non invenietur, quod has & ſimiles ob cauſſas ex officio ſuo ſummo regens ullus, à ſubditis poterit legitimè deturbari. Exemplum in Saulo rege clarum eſt. Licet enim hunc Jehova ipſe elegiſſet, & ob malefacta adeò eum rejeciſſet *1, Sam. 15. 11.* ut etiam Davidem ipſi ſubſtitueret in futuram ſucceſſionē. *1. Sam. 16, 7. 12.* attamen noluit illum de throno regio detrudere ipſe David nec uſpiā in tot acerbiſſimis perſecutionibus manus in eum conjicere: quamvis ſocii toties illud in eo urgerent pro nata occaſione; ſed potius judicio Jehovæ illum tradidit, *1. Sam. 24. 13.* ceu importunitatem ſtolidam in ſociis ſuis mitiſſimè reprehendit, *1. Sam. 24. 7. 8.* dicens; abſit hoc mihi à Jehova: an facerem rem hanc Domino meo, uncto Jehovæ, extendendo manum meam contra eum? Nam unctus eſt Iehovæ. Juſtiſſimam quidem habuiſſet cauſſam juxta judicium mundi, qui ſpectat ea, quæ ante oculos ſunt *1. Sam. 16. 7.* attamen noluit tam abſurdo facinore manus pollnere ſuas. Sic nec Achab aliiq; ob tyrannidem perpetratam ſtatim extruſi ſunt, *2. Reg. 10. 42.* ſed in vindicta

Jehovæ relicti ſunt. Nec ſanè ſempe
peccata in Magiſtratu ſunt animadver
tenda, quùm ipſa crimina & apud po
pulum magis reſideant, ob quæ mali
ſubditis malus rex juſtâ Dei irâ ſæpius
imponitur. 1. *Reg.* 12. 24. *Iob.* 34.40
*Proverb.*28.2.*Era*.3.3.& 19.10.*Ezech.*
14.9, *Oſeæ.* 13.11.& 2.*Theſſ.*2.11.Vnde
etiam Magiſtratui profaniſſimo paren-
dum manet. *Ierem.* 27.8. *Matt.* 17. 27.
& 22.21.& 23.3.*Luc.*20.25. *Rom.* 13.
1.*Tib.*3.1.& 1.*Peo.*2.13.ſuo tamen om-
nipotenti Jehovæ ſervato illibato ho-
nore cordis.*Dan.*3.14.15.& *ſeqq.*& 6.
9.10.*Act.*4.9.& 5.29.Etenim ſanè nec
Magiſtratibus quidquam detrahendum.
*Exod.* 22. 28. Quod, ſi impia vero man-
dent, contra conſcientiam, ea ſunt ex
majori metu & obedientia erga Deum
nullatenus perficienda; ſed patiendo
potius, quàm rebellando declinanda.
*Exod.*1.17.& 1.*Sam.*12.17.*Dan.*3. 18.
& 6. 10. 11. & 1. *Maccab.*2. 19, & 2.
*Maccab.*7.2.*Act.*4.18.19.33.& 5.28.
29.40.41. quùm non ſint ſine vindicta
Dei graviſſima. 1.*Sam.*19.11.15. 16. &
22, 18. *Dan.* 3 .4, Etiamſi quis præſes
Reipubl. ita ὁλοχειήρως ſit improbus, ut
omnia pietatis, juris ac honeſtatis re-
pagula nefariè refringat; tamen non ab
amore deſiſtendum eſt, quùm etiam ini-
micos amare jubeamur à Chriſto, & o-
bedientiam omnimodam exigat. D. Paul.
quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quoq; erga mirabiles *1. Pet.2. 18.19.* & orandum eſſe mandat pro iis *1. Tim.2.1.* Tantum abeſt, ut illis quid calumniæ inferendum. *2. Pet.2,10.* nedum quod vim adjicere deceat, aut deturbationem de throno Reipubl. addere.

### 14 *An ergo ſubditis non licitum vel religionis cauſſa arma contra Regem capeſſere?*

QVis filio contra patrem etiam degenerem arma præbeat? Præſto eſt edictum Chriſti: fugiant in aliam civitatem, *Matt.10.23,* Si alio fugere non datur, vitæ potius, quàm Deo renunient. *Hebr.6.v.6.* Crucifigantur potius quàm Chriſtum viciſſim crucifigent. Regibus commiſſus eſt gladius, non privatis. Chriſtus ipſe Angelicas legiones exauthoravit, exarmavit, prohibuit, neq; vel tantillum obedientiam illam, in qua naſci voluit, turbarent aut impedirent. Malè igitur agunt, (ait *Avenar. in quæſt. Com. Pol 114.*) exules, qui à ſuis magiſtratibus in exilium pulſi, bella ipſis inferunt peſſimè rebelles? quia id nullo jure eis licitum eſt, & conſequenter nõ bella gerunt; ſed potius latrocinia exercent. Subditi enim, ſeu privati, non habent jus gladii, *Matt.26.52.* Quin potius cogitent, propter ſua peccata regnare injuſtos Principes, & contra hos

non manibus, ſed genibus flexis opt
eſſe. Vnde D.Paul. vel Neroni ipſi ſin
gulis Chriſtianis obediendum docui
&c. At longè pejus agunt & Theolog
& Politici, qui tàm perversè obſtinat
hodiè ſub nomine pietatis & religion
obfirmant in rebellione contra ſuperio
res ſuos. Veluti in medio ſunt Concio
natorum & ſeditioſiſſima ſcripta, clamo
res, & blaſphemi libri, quos Manuali
bellica, item Religionem bellicam vo
citare audent. Quænam hæc portento
ſiſſima Religio, quæ necare docet homi
nes? Quaſnam heíc precationes animi
ſanguinolentis & vindictæ cupidis in
ſti lare aut accommodare poterunt? A
non in Spiritu & veritate orandum eſt
1. *Cor.* 14. 15. *Iud.* 20. *Rom.* 8. 27. 2. *Tim*
1. 7. *Rom.* 8. 15. *Hebr.* 10. 29. Aſt an no
Spiritus Dei eſt Spiritus pacis & amo
ris gratiæque? An non igitur quoqu
pro inimicis orandum nos totum jube
Verbum Dei & ipſe Chriſtus? *Num.* 16
22. *Maccab.* 3. 33. *Matt.* 5. 44. *Luc.* 6, 28
& 23. 24. *Act.* 7. 60. Et pro magiſtra
tibus 1. *Tim.* 2. 2. Quid elevatio manuum
cruentarum ad Deum proſit, quæ ſangui
ne pollutæ ſunt? *Eſ.* 59. 2. 3. 6. Quid Hy
pocritæ obtineant precibus ſuis fuca
tis? *Eſ.* 1. 15. *Matt.* 6. 5. & 23. 14. *Marc*
12. 40. *Luc.* 20. 47. *Iob.* 9. 31. quùm im
piis his factis pietatem ſtrenuam præ
texere ſoleant, *Gen.* 37. 35. & 1. *Reg.* 21

12. *Matt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

12. *Matt* 15.3.8.& 16.3,& 21. 27. an non reus fiat proprii ſceleris, & preces eorum convertantur in peccata? *Pſal.* 109. 7. An non orationem Dominicam cõtra ſemet ipſos in ſui perniciem moveant, & ſibi omnem remiſſionem peccatorum apud Deum occludant? *Matt.* 6,v.14. O Jſrael, in quantum doctores & duces tui te ſeducunt? *Eſa*. 9.16. *Ier.* 50.6. Quur verba humana pro voce Dei excipis? 1. *Sam*. 24. 10. An non jam ſunt ultimi dies ſeculorum? Quia heîc maximè præcavendum monet Chriſtus? An non ait, Et multi pſeudo prophetæ exorientur, & ſeducent multos? *Matt.* 24. 11. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient ſub nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus ille, multosque ſeducent. *Matt*. 24.4. 5. *Marc*. 13. 5.6. Videte ergo ne ſeducamini, *Luc.* 22. 8. Non certè Chriſtus in talium rebellionum, & ſuccentatorum latebris invenitur, aut habitat. Jdeoque ſi quis vobis dicat? Ecce heîc eſt Chriſtus, aut heîc, ne credite. *Matt*. 24.23. Jlle eſt pacis veræ dator; & ait ſemper, pax vobis, *Ioh*. 20.19. 21. & pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, *Ioh*. 14.27. & mutuo diligite vos invicem, ſicut vos dilexi, *Ioh*. 13. 34. Peſſimi vigilatores animarum ſibi ipſis ſeditioſi pereunt, *Num*. 16.49, O quam ſpecioſi igitur pedes eorum, qui pacem annunciant,

ciant, Rom. 10. 15. & proximum ubiqu
diligendum monent! Mihi vindictam
ait Iehova, ego retribuam, Rom. 12, 19
*vide Oſeam 5. v. 1. & ſeqq.* Væ igitur ill
belli inſtigatoribus adſiduis, & ſyllogi
ſticationum auctoribus cruentatis, qu
malum bono accenſere adeò impu
dentiſſimè, contra normam Verbi De
& propriæ conſcientiæ atteſtationem
non verentur. Jehovæ judicium ju
ſtum eſt. Regulæ loco heîc ſit: Homi
nes ſanguinarii & falſitati addicti, non
ad medietatem vitæ pervenient. *Pſal*
55. 23, 2. *Reg.* 9. 21. Reverere Jeho
vam, fili mi, & regem: Cum variis ne
commiſceto te. *Prov.* 24. 21.

## CAP. II.

## De Imperio ſive legitima offi-cii functione Regentum.

*1. Quid nunc in diſpoſitione Politicæ hujus ſequitur?*

EGimus huc uſque de Poteſtate Majeſtatis, & iis, quæ ab ea dependent proximè; nunc igitur *ex cap. 2. hujus lib. q. 9.* nobis pergendum eſt ad imperium, ſive officium, curam, modū, actum & formam regendi in regimine bono; quùm hæc omnia imperium in ſe practixῶς & vividè contineat, quæ ſatis
ampliter

ampliter ſe extendunt, ut officium regentis non ita res levis ſit, ut vulgo putatur, ſi conſcientiam ritè conſervare. & in viis Dei rectè ambulare velit.

*2. Quid in Imperio conſiderandum?*

DUo: Nominis ratio & natura ejus.

*3. Vnde dicitur & quot modis accipitur imperium?*

IMperiũ Græcis ἐπικράτεια, & ταγὴ uti ab imperare derivatur, Mandatum ſive præceptum denotat. Hinc non ſolummodo ad dominium ſed etiam poteſtatem ipſam pertrahitur, quûm mandatum nullum abſque efficacia poſſit dari ſua; *Gen.* 36 42. & 49. 3, & 1, *Chr.* 16. 28 & 1. *Sam.* 2. 10. & 1. *Chr.* 29. 3. *Pſal.* 86. 16. *Eſa.* 45. 24. *Ezech.* 24. 21, & 30. 6. *Dan.* 2. 27. *Luc.* 1. 1. & 1. *Cor.* 7. 6. & 1. *Tim.* 6. 16. *Tit.* 2, 15. & 1. *Pet.* 4. 11. *Heb.* 2. 14. Aliàs quoque pro ipſo regno & territorio accipitur, quod poſſidetur, *ut Gen* 36, 42. Unde SCti variis digladiationibus inter ſeſe coëunt, diverſimodè nomina Poteſtatis, Majeſtatis. Imperii & Iuriſdictionis, mirequeita confundendo, ut ipſi ſe extricare ſatis nequeāt. Sed quid ſimplicius dici poteſt, ſi ſaltem imperium in imperando agnoſcamus, rectè ait, *Tilem. de Iuriſd. p.* 4.

4. *Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*4. Quid eſt Imperium?*

E St legitima regiminis poteſtas, qua i[...] officio commiſſo ita juſtè impera[...] tor pieque fungitur, ut juxta legum præſcriptionem bonam ſubditi ſanct[...] in pace ſecuri vivere atque ab omni v[...] tuto in territorio ſuo defendi poſſint.

*5. Quid heic conſiderandum?*

D Vo: Cauſſa definitionis & Diviſi[...] ejuſdem.

*6. Quænam ſunt cauſſæ Imperii?*

E Fficiens multa complectitur. Ideo[...] que alia eſt principalis, alia inſtru[...] mentalis. Principalis complectitur Con[...] ſilium & Curam.

*7. Quænam eſt Inſtrumentalis?*

H Æc quùm non ſit uniformis iterum in internam & externam dividitur. Interna leges & juriſdictionem conti[...] net. Externa Magiſtratum & ærarium.

*8. Quis finis imperii?*

Q Vum maximè vitam temporum diverſorum concernat, aut primarius

eſt &

ſt & ultimus qui in pace conſiſtit ; al-
er vero ſecundarius defenſionem ju-
tam, quam ut plurimum bellum reſpi-
it, complectitur.

*9. Materia vero quænam eſt?*

HAnc duo illa correlata imperans videlicet, qui & imperator inde vocatur, ac ſubditi cum territorio omni conſtituunt, ut prior referat materiam ex qua, alter circa quam, &c.

*10. Quænam eſt forma?*

EST ipſa officii juſta uſurpatio & functio in regimine, quatenus ex potetate legitima & conſcientia immaculata profluit.

*11. Quis eſt effectus Imperii?*

HArmonica correſpondentia regentis & ſubditorum, adeoque mutua dilectio pia ac maximè debitum in metu filiali quaſi & obſervantia obſequium, aut obedientia.

*12. Quotuplex eſt hoc Imperium?*

DVplex: abſolutum quod cõtinet Regnum & Dominationem; nec non ſubalternum. De ſingulis his cum pertinentibus ſuis ordine nunc agendũ eſt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XII.

# De efficiente cauſſa prima Im-perii: nempe de Conſilio Conſiliariis & legatis.

*1. An imperium hominis in hominem e naturale?*

PRæterquam quod imperare & par re ſint de neceſſitate, ut ſupra *lib.* *c.* 2. explicatum eſt; tamen merito jus conditionemque naturæ nihil tar aptum eſſe cenſetur, quàm imperiun ſine quo nec domus ulla, nec civitas, ne gens, nec univerſum genus mortaliun ſtare; nec rerum natura, nec ipſe mur dus ſubſiſtere valet. An non beſtiæ ſe cundum naturam parent homini? An mæ corpus? an non hæc inferiora ſu perioribus obedientiam ſuam in com muni naturæ ſuſtentatione porrigun Confuſio confuſionum continuo exu geret, niſi imperans eſſet & obedien debitè. Sed hæc omnia bonitate offic conſiſtunt, ut benè imperetur & obſe quium præſtetur bonum ac fidum: quo non aliundè in firmitate petitur, quàn ex Verbo Dei, ex quo conſilia omni recti & juſti regiminis in pietate om nimodè deſumi oportet, quod antegreſ ſum

um in quovis regimine merito obti-
et & normam ipſam.

*2. Quid eſt igitur Conſilium?*

C Onſilium ἐν πλάτει ita ſumptum, eſt ratio & modus cogitandi ac delibe-
andi ſecum ad bene & piè quid juxta
onſcientiæ rectum dictamen facien-
um, aut in externis actionibus omitten-
um, Græcis eſt βουλὴ, βουλεία, βουλευ-
α, συμβούλιον, καὶ διαβούλιον delibe-
trio, cogitatio, animadverſio, cogita-
um mentis. Vnde & à ſilentio deriva-
m volunt, quod prius mente conci-
atur tacitè, nec fas ſit illud, antequam
effectum deducatur, prodere. *Cic. 2. de*
*v.* appellat Conſilium, aliquid facien-
, vel non faciendi excogitatam ratio-
em. *& 2. de Orat.* gradus Conſiliis hos
plicat, dicens: Conſilia primùm, de-
de acta, poſtea eventus ſequitur.

*3. Quænam ejus ſunt requiſita?*

D Uplicia ſunt; quædam interna & alia externa.

*4. Quænam ſunt interna?*

M Ens pia & ſanctè ſana, quæ unicè in Verbo Dei ſit benè edocta. *ceu*
*avid ait. Pſ. 119, 24,* Cupiditate te-

Tt ſtimo-

ſtimoniorum tuorum unicè duco quia Conſiliarii loco mihi ſunt. v. 1 loquor quæ tu mandaſti , & ad tuas reſpicio vias. *It. v.13.* Veluti & Cic. tr hinc ponit requiſita. *lib.11.epiſt. 29.* ] conſilio capiendo prudentia,in dando fides requiritur, & religio. *Atque lib.* *ep. 11. ad Att.* Tibi conſilium dabimu quod non prudens fuerit; at certè a optima fide & optimo animo proficiſce tur. Uerùm unde ſit prudentia , opt muſvè animus , fides & religio , niſi e Verbo Dei profluat? Heîc enim certitu do, heîc veritas, heîc firmitudo & pru dentia talis, ut etiam inſipidos redda ſapientes. *Pſal. 19.8.9.10.11.12.* Jn hu manis enim alias omnia ſunt falſa & ip ſa falſitas *Pſal. 119. 29. 37. 67, 69* *86. 101. 104.*

*5. Quænam requiſita externa ?*

SVnt quidem plura, ſed bona applicatio ad res optima eſt, & tempori rite accommodata.

*6. Quotuplex eſt Conſilium ?*

DVplex : Divinum *Iob.15.8.Pſal. 35* *10.Eſa.5.19.& 19.77.& 40.14.&* 46.10. Atque humanum. *Gen. 27. 8.&* 41.37.& 45. 8. *Exod.* 18.19. *Deut.* 32. 28.

*7. Quid eſt Conſilium Divinum ?*

REſpectu hominis nihil aliud eſt, quàm voluntas Jehovæ in Verbo nobis

nobis revelata, quæ in actionibus cunctis & rebus gerendis nobis per ſpiritum Dei communicatur. *Pſal.* 106, 13. & 107. 11. *Prov.* 1. 25. 30. & 3. 21. *Ier.* 23. 22. *Zach.* 6. 13. *Eſa.* 11. 2. *Luc.* 7. 30. *Act.* 2. 23. & 20. 27. *Eph.* 1. *Hebr.* 6. 17.

8. *Quid eſt humanum?*

DIvino ritè ſubordinatus conceptus animi, qui ex inde cogitationibus iis tam ad internas quàm externas actiones juxta conſcientiæ cuſtodiam rofluit, & cum adminiſtris amicis fideliter communicatur. *Gen.* 27. 8. *Num.* 4. 14 *Ioſu* 9. 24. *Iud.* 20. 11. 32. & 21. 9. & 1. *Sam.* 5. 9. & 2. *Sam.* 15. 31. 34. & 16. 20. 23. & 17. 6. 7. 11. 14. & 1. *Reg.* 1. 12. & 12. 6. 8. 9. 13. & 20. 25, & *Reg.* 6. 8. & 18. 20. *Prov.* 2. 11. & 12. 5. 20 & 13. 10. 16. *Eccleſ.* 12. 11. *Eſa.* 4. 26. Humanum iterum duplex, aut onum, aut aberrans: atque hoc iterum aut ſimpliciter falſum, aut malitioum, de quibus alibi. Cognoſcatur quoque in his *Beſold. de Conſil. Polit.* Habentur aliæ quoque diſtinctiones, quæ liud neceſſarium aliud non neceſſarium icitur.

9. *An Conſilium ſemper neceſſarium in Imperio?*

SEmper certè & ubique atque adeò, ut neque per momenti ſpacium à bo-

no regimine deliberatio pia conſiliorum abeſſe poſſit. Qui ab imperio conſilia aufert, æquè facit, ac ſi ſolem à die removere velit. Vnde David ita adſiduè anxius eſt, ut Conſiliarium & ductorem optimum undiquaque Jehovæ ſpiritum & Verbum Dei ſecum habeat, neque cordis ſinu ſui perpetim in cunctis vitæ viis & ambulationibus actionũ cunctarum circum geſtare ſecum queat. *Pſal.* 25.4.5. *&* 26.3. *&* 43.3. *&* 51.12. *&* 61.5. *Pſal.* 119. *per tot.* Quod exemplum unicè omnibus piis imperantibus imitandum manet. Etenim in imperio quovis nihil æquè neceſſarium eſt, atque cotidiana Dei invitatio & preces, quæ ipſa ſapientia ſunt firmiores, veluti in Salomone videre eſt. Jdeoque etiam fidi conſultatores & pii nunquam ex oculis demittendi ſunt, cum quibus conſilia communicentur. Nec ulla cura Reipubl. prodeſt, niſi Conſilium pium præmittatur continuis actibus, ne in Jeroboami perverſitatis vertiginem abripiatur.

*10. Quotuplicia autem hæc ſunt conſilia?*

ALia privata: alia publica & maximè cum adminiſtris communicabilia, de quibus aliàs pluribus.

*11. Quæ-*

*11. Quænam ad Conſilia talia requiruntur?*

QVoad actum & eorum effectum duo potiſſimum: Conſultatio & deliberatio in Conciliis ſedula, ac perſonæ pietate, probitate, fidelitate, & prudentia prævalentes.

*12. Quid eſt conſultatio?*

ESt deliberatio ſancta, qua in concilium coëunt ii, qui de rebus neceſſariis ad normam verbi Dei conſultent, quæ ad utilitatem ſpectant publicam Reipubl. *Exod.* 10.17. *&* 18.46. *&* 33.34. *&* *Iud.* 20.13. *&* 1. *Sam.* 3.9. *&* 12.14. 20. *&* 15.6. *&* 1. *Reg.* 12.13. *&* 12.3. *Pſal.* 101.6.

*13. Quænam ſunt perſonæ, quæ conſiliis adhibentur?*

ILli dicuntur aliàs Conſiliarii, Græcis dicuntur βȣλαῖοι πάρεδροι, βȣλευταὶ, ὁμόφρονες. quod una mente & uno ſpiritu duci debeant in publicis. *ut ait D. Paul.* 1. *Cor.* 1.10. *Phil.* 1.27. *&* 2.2. Ac ſunt Adminiſtri regentum proximi, qui illis in Reip. gubernatione ſunt adjumento fideli. Suntque vel ordinarii aut extraordinarii. Ordinarii iterum vel ſuperiores & inferiores.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*14. Quinam Superiores Conſiliarii?*

QVi proximũ gradũ ab imperante ob-
tinẽt, ſuntque vel loco gubernatio-
nis adſtricti, aut legati; in quibus
ſemper ſpectanda tum electio, tum of-
ficium, tum diſtributio,

*15. Quid eſt electio?*

ESt conſtitutio Conſiliariorum, in
quibus eligendis ſemper non tam ad
externa, quàm interna reſpiciendum eſt,
ut pii, id eſt Verbo Dei ſemper addicti,
& probi, id eſt integritatis ac fidelita-
tis ſtudioſi, & avaritiæ hoſtes ſint, ne
quenquam loquacitas, aut externæ ſa-
pientiæ elementaris ſive aſtralis aliaque
perſuaſio falſa, undè animus efflatur, ſe-
ducat, ut ſupra monuimus, *cap. 5, q. 19.
& 20.* Omnia enim ibi adſunt bona, ubi
era & non fucata adeſt pietas, quù m
orona ſit virtutum omnium.

*16. Quid eſt officium Conſiliarii?*

HOc propriè conſiſtit in eo, ut ſem-
per juxta Verbi Dei & conſcientiæ
bonæ præſcriptum imperantibus conſi-
lia pia ſuggerant, ne quid damni Reſ-
publ. patiatur, & nunquam à dilectione
proximi devient. 2. *Paral.* 20. 20. & 23, 4
& 25. 7. & 28. 9. & 30. 6. & 1. *Eſdr.*
10. 11. *Neh.* 2. 17. & 5. 10. 11. *Eſth.* 4. 14
*Ierem.* 36. 25. & 38, 17. 20. & 42. 10. 14
*Dan.* 4. 24. &c.

*17. Quænam eſt diſtributio Conſiliariorum?*

VT pro ratione materiarum rebus convenienter præficiantur velut inde ſunt, Secretiores, & intimi Eccleſiaſtici; Curales, Aulici & in civitatibus Syndici, &c.

*18. Quinam dicuntur extraordinarii?*

SUnt quorum conſiliis imperantes nō ſemper, ſed tantum vel urgente neceſſitate, vel pro ratione temporis ad deputationem utuntur, dicuntur que ut plurimum Commiſſarii, aut Deputati.

*19. Legatus unde dicitur & quid eſt?*

QVamvis legare verbū ſignificet propriè mittere; tamen voluut aliqui cum Varrone, quod à legendo potius dicuntur legati, quod ſingulariter electi & ſelecti ad talem expeditionem adhibeātur: & quùm nemo ſine ſpeciali mandato ablegetur, Mandatarii quoque non inſcitè appellantur. Eſt itaque legatus Mandatarius publico negotio conficiendo ſolemniter miſſus ab eo qui poteſtatem legandi in plena libertate habet, ceu Romani nulli ſubjectorum hoc jus concedebant. *Kerch. de ea. 3. n. 6.* In eo enim legati forma conſiſtit, quod & ſolemniter & juſtè miſſus ſit. Aliàs tamen eſt differentia inter Mandatarium Iuris pri-

ris privati, & Nuncium, velut & inter-negotiorum geſtorem, Agentem, Reſidentem, Deputatum, Selectum, Ablegatum, Caduceatorem, χήρυκα, & legatum, ſive Ambaſſadeurem ut hodie loquuntur ex Gallico, quod Græcis ἀμβαδίζειν id eſt mittere.

*20. Quotuplices igitur ſunt legati.*

QVùm duo Imperiorum ſint tempora, pacis nempe, & belli, ita & duo legatorum genera faciunt, ut alius ſit togatus, alius martialis quem & in indicendo bello Fecialem peculiariter vocarunt. Deinde ſunt & alii perpetui & Temporarii, qui ad Tempus emittuntur. Reſidentes vero non ex jure gentium, ſed ex pacto, quùm jure legationis fieri nequeat, ut quis diu in alterius regno aut ditione reſideat *l. 4. C. de commer. & mercat.*

*21. Quale autem propriè officium eſt legati?*

HOc in duobus maximè conſiſtit, ut non tantum perſonam rectè ejus repræſentet à quo miſſus eſt, ſed etiam fidei commiſſa fideliter & diligenter juxta verba & normam mandati & inſtructionis expedita reddat, & ſingula acta bona fide ac authentica in forma cū ſubſcri-

ſubſcriptione ejus apud quem fuit, ſi fieri poteſt, referat. *Prov.*13, 17. *&* 25. 13. *Eſa.*18. 2. *&* 57. 9. *Ierem.* 49. 14. *&* 2. *Chron.*9. 14. *Pſal.*68, 32. *Ezech.*46. 17 *Iud.* 3. 1. *Gen.* 32. 5. & 2, *Chr.* 32. 21. *Luc.* 14. 32. & 19. 14. *Ioſu.*22. 21. 30.

Regulæ loco obſerventur.

1. Conſilium bonum cum Verbo Jehovæ congruens omnino ſectandum, reliqua etiam ſpecioſiſſima deſerenda, *Prov.*12. 15. & 13. 10. 16. & 15. 22. & 19. 20. & 24. 6. & 27. 6. Namque fruſtrà Conſiliarii aluntur, ſi non debitè audiuntur; Fruſtrà datur conſilium, ſi non admittitur; fruſtrà admittitur, ſi non uſurpatur.

2. Pietas fucata Conſiliariorum, verbiſque non opere celebrata, venenum eſt melle conditum, & aureo propinatum poculo, ab amica manu, taleſque merito impoſtores dicuntur.

3. Experientiæ ſimplici & ſenioribus plus ſemper credendum, quàm carnali vanitati iuvenculorum, licet ſpecioſiſſimè ſua colorent: Velut & pernicioſiſſimi conſiliarii exiſtunt, qui licet religionem ſanctè ſimulent, & tamen interim ſuæ ſtudent utilitati; quùm conſcientiæ morſus & rectitudinem nondum æſtimare noſcant. 1. *Reg.* 11. 8.

4. Hoc certiſſimum, quod malum conſilium conſultori ſit ūndique peſſimum 2. *Sam.* 13. 5. & 16. 21. & 1. *Reg.* 12. 10.

 27. 28.

27.28 & 14,2. & 21.7. 10.& 22. 13 Nam Deus vindex juſtus. Nec tamē ab eventu, ſed à priori conſilium æſtimādum quùm ſæpius peccata populi ſubeat

*22. Num etiam huc alii referuntur miniſtri?*

IMò, ſunt enim & aulæ præſides, Mareſchalli, cubicularii &c. Atque rei bellicæ præfecti, equitum, peditum, armorum & ejuſmodi de quibus alibi.

*23. Quinam ſunt adminiſtri inferiores?*

QUi officii dignitate aliis ſunt minores, ac proptcrea propriè poſſunt dici Miniſtri, quorum diſtinctio ſumitur partim ex officiorum, partim dignitatum & locorum diverſitate. Ceu ſunt Secretarii Scribæ Præfecti urbium, pagorum, commeatus aulici, culinæ præſides, &c.

## CAPUT. XIII.

## De Cura Religionis.

*1. Quænam eſt altera cauſſa Principalis efficiens in officio Imperii?*

CUra Religionis, & Educationis.

*2. Quare*

*2. Quare ita dicitur?*

QVia duo hæc principaliſſima fulcra aut firmamenta potiſſima omni Reipubl. cujusvis regiminis ſubminiſtrant, adeo ut iis, qui in uno dictamine ſpiritus Jehovæ vivant, & ad voluntatem Dei in Verbo cœleſti rectè & ſanctè enutriti atque vividè probeque fuerint, ad obedientiam Chriſtianam & dilectionem proximi, legibus poſitivis vix ſit opus. Etenim primæ inſtitutioni tanta vis ineſt, ut non tantum totius vitæ ſtatum meliori ductu formare, ſed etiam in vividæ pietatis exercitio conſervare queat. Unde etiam homines tenerrimæ efficiuntur conſcientiæ, qui ſemper in cunctis vitæ humanæ paſſibus & veſtigiis in timore ac tremore ſancto erga Iehovam nec minus in amore ejus ferventer ardenti vivere eidemque inſervire geſtiant. *Pſal. 2. 11.* qui omnium ſecuriſſimus modus eſt, in voluntate Iehovæ per Chriſtum juxta ductum Spiritus ſancti ſe obedienter conſervandi. Ideoque benè heîc & cum ſingulari cura attentiſſimè inter noſcendum eſt, quid vera & quid falſa Religio atque eadem itidem Educatio ſit; ubi in voluntate Jehovæ incedatur; atque ubi ad regnum diaboli devietur peſſimè. Sed de Religione prius.

*3. Datur-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## 2. *Daturnè Religio?*

MAledicta illa carnalis libertas in tantam perverſitatis ſecuritatem conjecit hodiè mortalium maximam partem, ut fermè non ſentiant conſcientiæ ullius ſecum ſtimulum, aut quoque eam prorſus quaſi ejurarint. Hinc adeo paſſim tantus conſpicitur atheiſmus, ut vix quiſpiam amplius ſit qui non ſui ſibi & Dominus & Deus eſſe cupiat: atque è contra in corde ſuo verum neget Deum. *Pſal.14.* quùm quiſque adeò obſtinatè ſemet ipſus ſibi eſſe cupiat: Vnde certè etiam Babylon hæc ad tantam malitiarum omnium ſummitatem excrevit. Credam vix ethnicos unquam in tanta conſcientiæ vixiſſe ejuratione, quàm nunc reperias eos, qui ſeſe bonos Chriſtianos vocitant, quum vix titulum ejus mereantur: Sic corde intus ipſis Sodomitis & Gomorrhæis ſũt duplici modo pejores. Qui adhuc nonnihil religioſi apparere ſatagunt, non tam in honorem id & timorem veri Dei faciunt, quã potius in ſui amorem atque honorem, ut ipſi ſibi in amore gloriæ propriæ, ventris, avaritiæ nominis ſui & authoritatis ſint Dii ſui. Atque hoc nihilominus audent dicere Religionem, pro qua fortiter pugnandum & moriendum ſit. Ita miſeri prorſus ignorant quid propriè ea

ſit, &

ſit. & quomodo pro eadem vita amittenda. *Matt.* 10.37. *& ſeqq.* non ut quis ipſe in deſperatam vindictam proruat, ſed patientiam ſummam exerceat, & pro hoſtibus precetur. Quod ſi quis talibus ſpeculum vitæ Chriſti, in vera dilectione proximi, abnegatione ſui, & imitatione vera ejus, cujus nomen tam glorioſè quidem, ſed pluſquam inutiliter in mero abuſu venditant, ob oculos clarius ponat, eoſdemque ad ſanctiora & manſuetiora munia cordis nimis efflati retrahere conetur, continuo ille omnium dirarum perſecutionibus extremè crudelibus exponitur: uſque adeo cunctos in impotentiſſimum ſui furorem rabiemque videas abripi. Experientia quid magiſtra mecum bonoſque plures edocuerit, novimus. Vngues non hominum ſed leonum & draconum fuerunt, qui tentarunt plurima: nec fruſtrà Deus eſt vindex fortis. Ethnicos his longe meliores fuiſſe in ſuo cultu, *ex Cic. apparet qui 1. de nat. Deor. ait* Pietas, ſanctitas, Religio, quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuuntur. Aſt ubi nunc Chriſtianorum puritas, ſanctitas, integritas, caſtitas, &c. Annon ludibrio habentur, qui in opprobrium correctionis hoc Chriſtianis vanis adducunt? Vnde ait Chriſtus. Dico autẽ vobis, multos ab Oriente & Occidente venturos, & diſcubituros cum Abrahamo & Iſaaco &

co & Iacobo in regno cœlorum : Filii vero regni ejicientur in tenebras illas exteras, ubi erit fletus & ſtridor dentiũ. *Matt.8,11.32.* Propterea ethnici puriores erunt quoque tales perverſorũ Chriſtianorum judices. *Luc.11.19.* Et hinc Capernaum hæc, quæ uſque ad cœlum ſibi elata videtur, uſque ad infernum deprimetur *Matt. 11.23.* Quin etiam dico vobis, ait Chriſtus, terræ Sodomorum tolerabilior erit conditio in die judicii, quàm tua. *Matt. 11. 24.* Nihilominus in ſumma cœcitatis ſuæ ſapientia profana ſe ſupra ſolem ſplendeſcere homines multi profiteri audent, affirmantq; inſuper nulla tempora fuiſſe clariora, quùm tamen tenebræ vix antehac fuerint in craſſitie ſua abſurdiores.

*3. Vnde autem eſt tanta Religionis inverſio, & Conſcientiarum oblivio*

EX duabis cauſſis maximè oritur, quæ ſuas habent contrarias comites in tanta pernicie mortalium, quas tamen nemo agnoſcere cupit : imo eas magno cum ſumptu operoſiſſimè alunt paſſim mortales.

*4. Quænam vero ſunt?*

PRima eſt falſæ ſapientiæ perſuaſio, quæ tot tantoſque ſyllogiſticarũ gloriationum cumulos parit in animis hominum

minum; altera nimia carnis licentia & ferocitas, quæ ſuperbiam faſtuoſam ſpiritusque Iehovæ blaſphemum contemptum, & ſecuritatem perverſam, omniſque bonæ conſcientiæ latronem dirum pro comitibus ſecum undique ducunt. 1. *Tim*.6.20.21.*Col*.28.

*5. Annè autem remedium huic tam extremo malo poteſt dari?*

QVur non? Facillimo quidem modo, ſi imperans verè ſit illuminatus, & benè conſulentes in eo audiat, ut falſa illa nominata ſcientia ethnicorum turbare & corrumpere tandem deſinat animos hominum in regno Chriſti, atque potius ſpiritui Iehovæ fores Eccleſiæ ſuæ referantur, Verboque Dei ſuus reſtituatur honos genuinus debitè in ſcholis publicis, & exterminetur turpiſſimus Ethniciſmus. Veluti Iehova ipſe admodum ſeverè, *Deut*. 17. 18. 19. per ſuum ſervum Moſen mandat, quod Rex quivis quotidiè adſiduus eſſe debeat, in lectione & exercitio Verbi ſui, dicens: Poſtquã autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi exemplum legis hujus in volumine, ex eo qui erit in conſpectu Sacerdotum Leviticorum: Et habebit ſecum; legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deũ ſuum, & cuſtodire verba, & ceremonias ejus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ejus, quæ in lege præcepta ſunt. Sic & Iehova ex cœlo ipſo clamat, jubendo, ut Filium ejus audiamus: Hunc *ait* audite, *Matt.* 17.6. *Luc.* 9.26. *Marc.* 9. 7. Non certè Iehova Regentem ullum cum ſubditis ſuis ad phantaſticas ethnicorum ſyllogiſticationes, & falſam illam terminiſticam ſcientiam, ut hodiè fert mos inſanus, aut ad Ethniciſmum ullum remittit; ſed ad ſuum & Filii ſui vocem ac Verbum revocat omnes & ſingulos, ut inde vitæ veræ rectitudinem in omni addiſcant pietate. Ideoque neceſſe eſt, ut quivis imperans ante omnia internoſcat, quid falſa ſit religio & quid vera, quam ſuo patefacere velit regno, & univerſæ Reipubl. adornare. Ab hoc enim fundamento ita perditè paſſim receditur, ut nemo fermè in ſolidis veri Chriſtianiſmi veſtigiis, juxta ſanctum ſpiritus Iehovæ ductum ſyncerè inveniatur: ſed omnes in cœcæ rationis habitus & opiniones variè articulatas abeant, ut propè confuſio antediluvialis ſit, ante oculos, in tot innumeris ſectarum formis: Quiſque ſibi veritatem adſcribit. quiſque ſibi veræ Religionis ſpeciem fingit, unde tam variæ & miræ digladiationes calamorum huc uſq; viſæ ſunt, quæ nunc hunc extremè tragicum introduxerunt Chriſtianiſmo ſtatum horrendæ confuſioni non abſimilem. Etiam Ethnici olim ſibi verum Religionis

nis cultum adſcribere non verebantur, *uti. Cic. ait 2.de Divin.* Sacris, ceremoniiſque retinendis majorum inſtituta tueri, ſapientis eſt. *& in Orat. poſtquam in Sen.* Mecum Deorum omnium, ſanctitateſque omnes, & Religiones affuerunt, &c. Verum omnis vis Religionis in eo latet ut ſtatum veræ Religionis ritè noſcamus & intelligamus.

*6. Quis verò eſt verus Religionis ſtatus?*

ARdua eſt hæc quæſtio: & ferrum verè candens repræſentat, quod adeò cautè omnes evitare ſtudent, ne alicubi ulcus grave palpaſſe aut tetigiſſe videãtur. Ideoque ex ipſo nomine Religionis prius addiſcendum eſt aliquid veri, quã ut veram notam exprimere poſſimus. Non enim opinio quævis devota Religionem efficit, ſed ſanctior eſt ſpiritus Dei in corde renati operatio, ut mox patebit.

*7. Religionis igitur nomen ſacrum unde eſt?*

DIſſident quidem auctores in derivatione hujus vocis, *ut Cic. 1. de nat. Deo.* id velit à relegendo dictum, *Macrob. lib. 3 Satur. c. 3.* à relinquendo: ſed quùm hæc planè aliena ab ipſa rei ſacræ natura videantur, meritò ſequuntur po-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tiſſimi, *D. Aug. lib. 55. de vera Relig. & l. 1. de Civit. Dei c. 4.* velut *& Lact. lib. 5. Inſtit. cap. 28.* qui à religando eam dictam affirmant, quod per hanc Deo unicè adſtringamur, ut huic debiti cultus ſervitia præſtemus, ceu ille tanquam creator & ſalvator omnes ſibi arctiſſimè obligatos tenet. Unde etiam fœdus illud, quod Jehova cum Abrahamo, *Gen. 17. 10. 11. Act. 7. 8.* & cum populo ſuo, *Exod. 6. 4. & 19. 5. & 24. 7. 8. & 34. 27. Levit. 26. 45. Deut. 4. 23. & 52.* injit, colligationem hanc arctiſſimi inſtar vinculi continet, quo Jehovæ omnib. virib. animæ & corporis unicè obligati hæremus; veluti etiam rectè, *D. August. Epiſt. 29.* auctor eſt, illam propriiſſimè θεοσέβειαν dici.

*8. Quot modis autem accipitur?*

TRibus potiſſimum modis, latiſſimè, latè & ſtrictè. Latiſſimè pro metu & timore quovis apud latinos, ac quovis conſcientiæ ſcrupulo: Latè pro quavis fide religioſa tam vera quàm falſa, adeoque pro omni ſuperſtitione; ceu *2. Reg. 17. 10.* videre eſt *& Cic. pro Flacc.* ait: ſua cuiq; civitati religio eſt; noſtra nobis. Stantibus Hieroſolymis, pacatiſque Judæis; tamen iſtorum Religio ſacrorum à ſplẽdore hujus imperii, gravitate nominis veſtri, majorum inſtitutis, abhorrebat. Nunc verò hoc magis, quod illa gens,

quid

quid de noſtro imperio ſentiret,oſtendit armis. Quàm vero caro Diis immortalibus eſſet, docuit, quod eſt victa, quod elocata, quod ſerva facta, &c. Ita ludibrio habet Iudæorum & populi Dei Religionem præ Romana, quam inde juxta mundi judicium carnale veram putat, quod Dii Romanorum longè potentiores in victoria fuerint præ Jehova totius univerſi creatore; quùm Jſraelitas ad elocationem ſervitutis compulerint. Jta Ethnici paſſim longè ſanctiores in peſſima Jdololatria ſe ſua cenſebant, verum Deum non ſine extrema blaſphemia contemnentes: & tamen interim quæque civitas ſui Deaſtri veriorem defendebat cultum, ceu nunc adhuc inter ſectas Chriſtianorum talis habetur digladiatio. Strictè autem pro Religione Chriſtiana accipitur. Verùm heîc in varias iterum tot ſectæ abeunt partes, velut olim inter Judæos factum fuit, *quod D. Paulus ipſe confitetur*, ſe ſtrenuum Phariſæorum fuiſſe ſectatorem. *Act.26 5.* Quùm tamen vera Religio munda & immaculata ſit apud Deum & Patrem. *Iacob.1.27.* Nec aliter, quam Fide vivifica ex corde renati hominis per ſpiritũ Dei in Chriſto ad Deum Patrem ſe erigere & exerere queat, ut ſic inde Chriſtiana ritè, genuinè ac propriiſſimè vocetur Reliquæ verò Religiones omnes fucatæ, falſæ,& Idololatricæ ſunt; nec

regnum Chriſti noſcunt: licet *Cic.* non minus piè Religionem definire cupiat, quando 2.*de Inv.ait.* Religio eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curam ceremoniamque affert. Nimis generalis eſt, etiam juxta externum hominem talis Religionis deſcriptio concepta. Sed quùm neque ad gratiam Spiritus Dei, neque Verbi cœleſtis ductum in fide quid faciat, nedum quod Chriſtum ullo modo ſapiat, meritò Ethniciſmum in ſuâ linquimus profanitate, & ad Chriſtianã nos convertimus Religionem propius.

*9. Quid igitur eſt Chriſtiana Religio?*

AB aliis ita definitur. Quod ſit notitia, vel ſapientia agnoſcendi, colendique Deum; ab ipſo Deo profecta, & hominibus electis inſpirata, ad gloriam & laudem ipſius, hominum verò electorum ſalutem. Verùm quùm hæc non tantum generalis quoque minus ſit, ſed etiam quam plurimis laboret defectibus, ac nõnulla eſſentialia omittat, aliorum quoque adducemus: quarum duæ adhuc potioris habentur vigoris, naturam veram Religionis propius explicantes.

*10. Quænam eæ ſunt definitiones?*

PRima eſt, qua dicitur, quod ſit ſancta Spiritus Dei per Verbum cœleſte infor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

informatus cultus, quo homo in novo Fidei lumine regeneratus, & in Chriſto radicatus, vividum amorem in Deum & proximum pro conſequenda vitæ æternæ beatitudine ſanctè ubique heîc exerere cupit.

Altera eſt, qua Religio vera Chriſtianitatis ſic definitur: Quod ſit ardor per illuminationem Spiritus ſancti cordi renato, mediante Verbo cœleſti, exuſcitatus, per quem homo totus unicè in Chriſti merito cum Fide radicatus nuſquam alio reſpiciendo voluntati Jehovæ ita conformare, ſeſe ubique laborat, ut in amore Dei & dilectione proximi ſemper heîc vivendo, tandem ad æternam ſalutem beatus tranſire poſſit, *Rom.* 7.22. *&* 2.*Cor.* 4.16. *Eph.* 3.16. *&* 4.24. *Col.* 3.10.15. *&* 1.*Pet.* 3.4. Jſte homo, qui ita juxta voluntatem Dei in regimine Spiritus ſancti vitam ſuam in amore Dei & proximi degit, verè in regno Chriſti vivere dicitur.

### *Quid heîc notandum?*

PLurima quidem heîc obſervanda forent in iis, quæ heîc cumulatim cōcurrunt; verùm alibi rectius explicantur. Jdeoque ſaltem hoc unicè notetur, quod vita hominis Chriſtiani non nudè ſit ſpeculativa, aut ſermo cinalis; ſed in pietate vivida ubique & actionibus ſan-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ctis conſiſtat,ne fides in homine mortua dicatur *Iacob.2.17. 20.* Etenim inde vera nota Eccleſiæ efficax elicitur, ut cuivis innoteſcat, ubinam ea propriè vigeat.

*12. Quænam igitur eſt vera nota Chriſtianiſmi?*

NOn alia, quàm fidelis ſervatio Verbi Dei, *Ioh. 14, 23*, quæ conſiſtit in vivido amore Dei & dilectione proximi *Ioh.13.34.35.* quùm in Chriſto Jeſu neque circumciſio nec præputium quid valeat, niſi fides ſit talis, quæ efficaciam ſuam in Charitatis operatione adſiduâ demonſtret. *Gal. 5. 6.* Ideoque nimis lata eſt ea locutio, quâ notas Eccleſiæ ſaltem in prædicatione Verbi, & vero Sacramentorum uſu alii conſtituunt, quùm ſub eo prætextu omnes impii, hypocritæ, & falſi Chriſtiani latere poſſint; veluti etiam quiſque ſibi tales notas adſcribit, & mordicus uſque ad ſanguinem ſub falſo Chriſti titulo defendit. Hanc autem veram unicè notam vix tangunt, quùm tamen ipſe Chriſtus hanc ſolam expreſſè conſtituerit adeo, ut ubi hæc nota cum norma ſua Verbi cœleſtis non inveniatur, nec ibi regnum ejus aut Eccleſia veri Chriſtianiſmi ritè dari poſſit. Fallunt itaque omnes, & falluntur, qui alia ſigna ſibi ejus, quàm ipſe Chriſtus in his fructibus exponit, ceu ipſe

ipſe falſos vocat Prophetas. *Matt. 7. 15. 16.* Si aliter doceant. Etenim non Verbalis loquacula eruditio, & profanis ſyllogiſticationibus ex Ethniciſmo petita, uti hodiè id mos habitualiter nudus fert, ſed in Chriſto Spiritus Dei filios Dei veros efficit. *Rom. 8. 14.* quùm alias etiam Diabolus talem habitualem in ſciētia nuda fidem obtineat. *Iacob. 2. 19.* imò & longè artificioſiorem, quùm à principio in eo ſe exercuerit maximè, *Ioh. 8. 38. 44.* Qui ſolummodo puritatem Dei in voluntate amoris ejus experiunt, & indignos ſe ipſius gratia putant, omni proprietati ſuæ aut propriationi & voluntati carnis mortui, & unicè in Spiritus ſancti informatione laudi Jehovæ vivere geſtiunt, iſti veram conſtituunt Chriſti eccleſiam: Reliqui ſaltem turrim Babylonicam extruunt in ſuis opinionum imaginibus, *ait, Sac. Phil. in Miſt. Mag. c. 36.*

*13. Quomodo verò Religionis cura talis rectè perficitur?*

DVobus modis, introductione ſancta Verbi Dei, & conſervatione ejuſdem.

*14. Quomodo id ſit introductione?*

SI malæ conſuetudines & perverſi cultus impietatis atque Idololatriæ ethnicæ & ſapientiæ carnalis, pugnæque logomachiarum abrogentur in tempore, verumque Verbi cœleſtis exercitium eo modo, uti dictum eſt, reſtituantur ut juxta normam voluntatis divinæ in amore ſancto erga Deum & dilectione proximi tranquillè quoque vivere poſſit: veluti in exemplis Joſaphati, *2. Chr. 17. 3. Hiskiæ 2. Reg. 18. 3. 4. Ioſiæ 2.* Reg. *22. 3. 4. &c.* patet, qui potius voluntatem, quàm idololatricam & pravam conſuetudinem majorum in expediendo hoc ſancto negotio reſpexerunt. Voluntas enim Jehovæ abſque mora expedienda eſt. Hodiè, inquit Proph. quando vocem Domini audieritis, non obduretis corda veſtra, &c. *Pſal. 95. 8. Hebr. 4. 7.*

*15. Quot modis ſit conſervatio?*

DOctrinam veram Verbi cœleſtis per diſciplinam Chriſtianam in miniſtris & ſubditis ritè fovendo, & juventutem benè pieque ad normam pietatis, remoto omni Ethniciſmo, in puro lacte verbi educando. *Pſal. 78. 5. 6. & 106. 35.* Regelæ loco heîc obſervetur, quod nullus ethniciſmus ſit abſque infectio-

ctionis

ctionis veneno,quùm etiam fermentum veteris malitiæ referat. *1.Cor.5.7. Matt.16.6.Luc.12.1.Gal.5.9.* ac picis naturam geſtet. *Prov. 13.1.* & inprimis inflatos reddat homines, *1.Cor.8.3.Col. 2. 18.* in quibus mirus artifex ſpiritus ſtagirenſis, qui omni fervet crudelitate & perſecutione, ſi alicubi concitetur, ut Magiſtrum ſe exerat inſolentiorem. Deinde hoc veriſſimum: Ex aſſuefacto Ethniciſmo Verbum Dei judicare velle, abſurditas mundi eſt, nec poteſt Spiritum Dei attingere.

*16. Quænam oppoſita habet Religio vera?*

PLurima habet, ſed pauca indicabo: ceu ſunt, impietas, ſecuritas, carnalis libertas,hypocriſis, ſimulatio, error, opinio, Ethniciſmus, hæreſis, & falſa Religio, Phariſaiſmus communis,Chriſti negatio in factis piis, &c.

## CAPVT XXIV.

## De Educatione.

*1. Quid in Educatione præcipuè notandum?*

EDucatio bona quanti ſit momenti, quamque ſummè neceſſaria ſit, ut ante omnia tenera ætas rectè &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

piè ad Dei honorem in verbo ejus ſit enutrienda & excitanda, id ſuperius dactum eſt. Jam verò heîc ſaltem regula hæc pro primo optimè teneatur.

*2. Quænam ea eſt regula?*

QUod, artem omnem potius ex Spiritu mundi, quàm ex Spiritu Dei addiſcere velle, Chriſtianiſmo vero planè res indigniſſima & turpiſſima ſit, nec ſine corruptione mentis id accidat.

*3. Quid eſt Educatio?*

LIcet educationis nomen ſe etiam ad enutritionem vitæ tenellæ ſpectet; tamen heîc ſtrictè ita accipitur, ut ſaltem ad informationem ſanctam eorum ſpectet, quæ ad fundamentalia totius vitæ ſpectant; Eaque fit aut domi, aut foris, unde alia eſt privata, alia publica.

*4. Quomodo fit aut perficitur domeſtica?*

SI in timore & amore Dei ac reverentia parentum rectè inſtruantur erudiunturvè ſedulo, juxta Dei mandatum, *Exod.12.24.& 13.14. Dan. 4.9. Prov. 22. 15. & 23. 13.* nec ſcandala illis præbeantur. Vbi regula. *D.Paul. ad Eph.6.4. ubi ait:* Et vos Patres, ne provocare ad iram liberos veſtros, ſed educate eos in diſ-

ciplina

ciplina & admonitione ad Dominum.
*Gen. 9. 23 & 19. 16. & 37. 20. & 42. 2.*

*5. Quid eſt publica educatio?*

Est quæ fit à præceptoribus in locis publicè ad ludum litterarium potiſſimũ deſtinatis, ut in iis unicè pietati & honeſtati conſecrentur: Vocanturque ea vel Scholæ aut Gymnaſia, & Academiæ in quibus munus tàm præceptorum & docentium, quàm diſcipulorum, & diſcentium aut alumnorum benè obſervandum venit?

*6. Quodnam eſt munus docentium?*

Primum eſt, ut noſcant, & in conſciẽtia bene obſirmatum ſibi teneant, ſe plantas non ſibi aut parentibus ſaltem ſuis, ſed ipſi regno Chriſti & cœleſti educare; unde rationes Jehovæ ſint ipſi aliquando reddituri. Ideoque (pro ſecundo) hunc ſcopum ſibi ſemper ante oculos præfixum habeant, quo unicè ad Deum per Verbi ſui veſtigia veniant; & ab omnibus abſtineant ſcandalis in ethnicifmi cultura, quæ modo tamen perverſiſſimè ita introducta videtur, ut etiã Verbo Dei ipſo & auctoritatem & cognitionem adſiduam frequentemq; ſurripiat, quùm potius hodie ex ethnicifmo quiſque magnificè ſapere, quàm in ſacra ſcri-

ſcriptura aliquem intellectum quærere geſtiat. Jmò ſunt, qui ne quidem quid elegantis ſtili Spiritui ſancti in ſuo Verbo concedere aut relinquere volunt, quũ adeò ſimplex & humilis abſque figuris pompoſis. Rhetoricis, & bombardicè rixoſis ſyllogiſticationibus ingentem ſanguinis effuſionem ſpirantibus incedat. Ita blaſphemo judicio impunè afficitur ſapientia à filiis ſuis. *Matt.* 11.19. quùm omnes potius in tantum nimis efflatæ & elatæ abierint ſcientiæ tumorem, ut in vanis nugis & fabulis delectationes ſummas animi deponant, proque exquiſita ſatis ſapientia eas venditent. Miſerum tamen eſt, & plus quàm dolendũ, quod inſignis excellentia & ingenuitas liberrtatis Chriſtianæ in tantam & tam duram ſervitutem Ethnicilmi ab hominibus turpiter præcipitetur, quod ſe potius opinionibus habituabiliter vanis Stagiritæ adſtricti futilis, & ejus mancipia vinculata, quàm veritati Spiritus Jehovæ dediti dici velint. An non ſtulta cœcitas & væſania eſt hominum? Sed bene ſe habet, quod ante 100. annos pridem D. Lutherus Ariſtotelem incarnatum dixerit diabolum, ut ejus tam ſtrenui ſectatores videant, cujus patris filii aut ſucceſſores ſint. An verò per gloriam Stagiritæ vani perveniat quis ad gratiam Chriſti veram? An ita gloriam ſuam partitus eſt cum Stagirita

Chriſtus,

Chriſtus, ut nolit agnoſci & cognoſci vel etiam coli aliter niſi id fiat per conceptum ex Stagiritæ vani doctrina petitum? An Iehova pater ex cœlo clamat: Audite prius Stagiritam, & ex ejus informatione accedite tunc ad filium, ut ita meliori habitu viſtiti poſſitis ab eo percipi? An magis clamat directè hunc audite? *Matt. 17. 6 Marc. 9. 7. Luc. 9. 25.* Quemnam Doctorem veritatis nobis Chriſtus conſtituit, an Stagiritam, vel ſpiritum ſuum? *Ioh. 16. 13.* An non tali doctrina & ſeductione perverſa magis cœlum juventuti occluditur ab iis, qui ipſi nolunt ingredi? *Matt. 23. 13.* Quænam heîc libertas virtutum verarũ & ſtudiorum ſacrorum Chriſtianis relinquitur? Væ talibus Doctoribus ſeducentibus, clamat Chriſtus, *Matt. d. l.* An non etiam ita proſelytum faciant, & hinc filium gehennæ duplo magis, quàm ſint alii? Ipſi videant, ne prohibeant pueros, quò minus ad Chriſtum accedant. *Matt. 19. 14. Marc. 10. 11. Luc. 18. 15.* Abſit arrogantia omnis, & mature deponatur error perverſus, ceu monita ſacra, & *D. Auguſt.* quoque habent, qui ipſe tot prævidit in Ethniciſmo ſcandala ſeductoria.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

7. *Quodnam illud eſt monitum Divi Auguſt. pro ſcandalo tantæ ſeductionis avertendo in educatione?*

OPtimè id *Lens. lib. 8. c. 2. de lib. Chr.* id refert, quod ita de habet. Quæ poteſt virtutis libertas eſſe in eo, qui ſibi putet ſemetipſum ſufficere, omniaque ad benè beateque vivendũ neceſſaria, perniciosiſſimo errore in ſe poſita eſſe ducat? Neque enim libera virtus eſſe poteſt, niſi ei ſerviat à quo tributa eſt: Neque humana mens vera poteſt libertate frui, ſi non ſecundum Deum, à quo facta eſt, ſed ſecundum ſeipſam vivat. Idcircò *D. Auguſt. Serm. 13. de verb. Apoſt.* & hos philoſophos ſecundum carnem vixiſſe dicit; eò, quod ſecundum animam carnalem viverent; quæ niſi Deo ſubjecta ſit, ejuſq; gloriam quærat ſolum ſpiritualis eſſe nõ poteſt. Sicut enim caro debet ſecũdũ animæ informationem vivere, ex qua vitã habet: ſic anima vivere debet ſecundum Deum, ex quo ipſa vivit. Quid igitur (*ait D. Auguſt. Epiſt. 131. ad Memor. Epiſcop.*) aliud dicendum eſt eis, qui, quùm ſint iniqui & impii, liberaliter ſibi videntur eruditi, niſi quod in S. litteris verè liberalibus legimus. Si vos Filius liberaverit, tunc verè liberi eritis? Per eum namque præſtatur, ut ipſæ etiam, quæ liberales diſciplinæ ab eis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ab eis, qui in libertatem vocati ſunt, appellantur, quid in ſe liberale habeant noſcatur. Neq; enim habent congruum libertati, niſi quod habent congruum Veritati. Vnde & ille ipſe Filius; Et Veritas, inquit, liberabit vos. Non ergo illæ. NB. innumerabiles & impiæ fabulæ, quibus Vanorum plena ſunt Carmina Poëtarum, ullo modo noſtræ conſonant libertati? Non Oratorum inflata & NB. expolita mendacia, nòn denique ipſorũ philoſophorum garrulæ argutiæ [ex ſyllogiſticis phantaſiis conflatæ:) qui vel Deum prorſus non cognoverunt, vel, quùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; & dicentes, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & immutaverunt gloriam incorrupti Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, &c. vel qui iſtis ſimulacris non dediti, aut non nimis dediti, coluerunt tamen & ſervierunt creaturæ potius quàm Deo creatori. NB. Abſit omnino, ut iſtorum vanitates & inſaniæ mendaces, ventoſæ nugæ ac ſuperbus error, rectè NB, liberales litteræ nominentur, hominum ſcilicet infœlicium, qui Dei gratiam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrũ, quâ ſolâ liberamur de corpore mortis hujus, non cognoverunt, nec in eis ipſis,

quæ

quæ vera ſunt ſenſerunt, &c. *Hæc D. Auguſt.*

*8. Quid audio? An igitur Ethnicorum ſcripta vana non ſunt liberales litteræ dicendæ?*

D. Aug. ita ex ipſa S. Scriptura, *Rom 1.* id atteſtatur, & ponderoſiſſimas rationes addit, quùm litteræ hæ illiberales Chriſtiano libertatem ſuam in ſervitutem omnium vitiorum carnalium, ſuperbiam glorioſam, iniquitatem, impietatem, eruditionem illiberalem & ethnicam cœcam (quæ nihil congruum habeat cum Veritate, ſed opinionibus garrulis, mēdaciis ſyllogiſmorum ex pollutis phantaſticis, & ſimulacrorum imaginibus deditis unicè nitatur) inſtulroſque extremi ethniciſmi errores convertant, nec Deū verū noſcant, aut gratiam Chriſti, quæ ſola liberos nos & in ſuo ſtudio liberales efficiat. Verum nec ſolus D. *Auguſt.* id vidit pridem ante aliquot ſecula, ſed etiam *Pontii Paulini Epiſtola ad Mag. Auſonium Burdigal.* quæ hujus opuſculis annexa eſt, idem loquitur, licet à paucis perpendatur. Rogo, ut omnes cognoſcant, & legant conſideratius: digniſſima eſt cunctorum lectione, ut inde cōſcientiæ examen rectius ſecum evolvant: *Negant Camœnis, nec patent Apollini, Dicata Chriſto pectora; ait: Se cogitari,*

*tari, intelligi, credi legi; Se vult timeri & diligi, &c.*

### *9. Quur itaque tàm manifeſta non abrogatur in ſcholis Ethnciſmi inſana ſeductio?*

INſulſa & craſſa conſuetudo ac ſuperba perverſorum pertinacia ad pœnitentiam & conſcientiæ morſus tales neminem niſi nimis ſerò tandem pervenire ſinunt. Jnde quiſque & ſuperior & inferior ad pœnas feſtinat ſuas, ex juſto Iehovæ judicio, quùm tam pervicaciter Chriſtum in facto humili & ſancto imitamine vitæ rejiciant, & non niſi per ſyllogiſticum ethniciſmum in arte recipere ac ſcire ſaltem velint: Sicuti non fruſtrà belua & monſtrum Apocalypticum in ſui perniciem duriorem quiſque adorare gaudet. *Apoc.Ioh. 13,*

### *10. Quid eſt Academia?*

ACademiam, (quam & Vniverſitatem vulgò dicimus) quum nuper amicus Encomio mihi ornatam dederit, ex eo poterit id cognoſci, quid eſſe debeat, ſi non ſit.

### *10. Encomium hoc Acad. quale eſt?*

NE ſint putei Apocalyptici, qui nocivas ranas & locuſtas ex ſe effundendo

dendo in omnes mundi angulos diſſeminent, *Apoc. 9. & 16. 13.* &c. ſed ſapientiæ veræ arcem, ac veritatis vividum templum determinent: theſaurum verum ex Verbo Dei in Spiritu cœleſti depromant: moderationis & humanitatis in dilectione Dei & proximi Palæſtram edant; ac amicitiæ & ſolidarum virtutum officinam renatis præbeant: Hortum ſpiritualium donorum ad omnes vitæ actiones nitentem proferant; ut ſic fons univerſæ fœlicitatis in terra, ac aurora quædam, æternæque ſalutis prodromus & anteambulo ſit quævis Univerſitas. Jam quiſque ad hoc Encomium tales examinet locos, & benè circumſpiciat, num veritas dicti heîc cum Veritate rei congruat: Sin minus habebunt ſinguli probioris vitæ ſtudioſi, quod mecum extremè deplorent.

*32. An verò poſsit contrarium in talibus locis inveniri?*

QVod experientia ipſa loquitur, id ſibi quiſque in teſtimonium rei adducere tutò poterit. *Luth. in Orat. depoſ. Rect. Acad. Iud.* non pauca perſtringens; *ait*: Hac ratione, dici non poteſt, quanta morum corruptela invehatur, quamque omnis diſciplina corruat, & amor litterarum planè refrigeſcat, &c. Certè (addit) quos novi, multi, ob hanc petu-

lantiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tulantiam, & nequitiam, liberos ſuos, quos corrumpi nolebant, ad nos mittere veriti ſunt, &c. Pudet hæc nos ſcribere *ait Prorect. acad. Ienens. in Program. ſub dat. 23 Decemb an. 1610.*) de noſtri ordinis hominibus; ſed tamen ipſa neceſſitas, ne id diſſimulemus, efflagitat. Sic & plurima *acad. Roſtoch. in Prog. 30. Iunii an.* 1611. Confitetur, *ac Heid. in Orat. de Vulpec. Scholaſt.*

*13. An vero non poteſt remedium huic malo inveniri?*

PRomptum ſatis, & duplex quidem ſi gubernantis auctoritas ita interveniat, ut Hiskiam pœnitentem repræſentet in hac muneris ſui ratione cum effectu ſolido; & deinde conſilium illud Conſiliarii Norici, D. Georgii Remi, amici mei ſummi pro primo Medicamine ritè malis applicetur conſuetudinibus, donec ſaniora Habituum profanorum amatores nimium fervidi & petuantes ipſi videant in pertinacitate tanta ſepulti.

*14. Quodnam illud eſt D. Remi conſilium?*

VErba ejus in proemio in *Salom. Prov.* ſic ſe habent.

Omnium noſtrum vel maximè intereſſe, pios & ſapientes nos in hac vitâ

evadere, extra controverſiæ aleam poſitum exiſtimo. Quo vero tandem viæ compendio ad illam pietatem ac ſapientiam (quarum perpetuæ comites & adſeclæ, fœlicitas, Animique tranquillitas) perveniatur; hoc opus, hic labor eſt agnoſcere. Neque id tamẽ ſatis, niſi quiſq; αὐτῷ τῷ ἔργῳ quæ didicerit, obſervet, exprimatque. Jn reconditiſſimis gentilitiæ philoſophiæ penetralibus, ſcriptis grande ſophos audientium, Platonis eloquentiſſimi, Xenophontis Muſas cum Marte conjungentis, Ciceronis diſertiſſimi, acutiſſimi Senecæ, copioſiſſimi Plutarchi, ipſiuſque viri Stagiritæ libris, ferè aliud nihil, præterquam umbratilem ſapientiam, & ſpinoſa acumina reperire eſt. Sola verò ex ſolida ſapientia (quæ pietatis baſis eſt) ſacro Codice habetur indeque promanat; unde promãt, queîs datum eſt. Datum verò iis indubiè, quicunque ad fontes Verbi Dei, ſicut cerva anhelans ad rivos aquarum venatu fatigata; admitti deſiderant.

Eorum autem fontium non minima portio Salomonis Proverbia, Græcè παροιμίαι ſunt, &c.

Hæc ſanè primum gradum reformationis addens, ut cum precibus ardentibus, Spiritus Dei denuò Scholis recõcilietur, & ſic θεοδίδακτοι efficiantur, quales nos Chriſtus ipſe. *Ioh. 6. 54.* ex *Ieſ. 54. 13.* expetit, cũ *D. Paul. 1. Theſſ. 4. 9.*

Errant

Errãtitaq; craſſiſſimè Politici, qui primariũ opus in educatione ædificiis commodis deputãt, & ſecundariũ faciunt ipſam informationem. Quaſi ædes tales publicæ non ſint propter homines, & non potius homines propter ædes, &c. Sũt quidem boni plures, qui ſaniora vident; ſed quum diras perferant undique perſecutiones ab Ethniciſmi duris cultoribus ſuppreſſi & coanguſtati non agnoſcuntur nec emerire inde valent.

*15. Quodnam eſt munus diſcentium?*

HOc partim in obedientia eorum erga præceptores, partim in docilitate diſcipulorum conſiſtit. Nam veriſſimum principium illius eſt diſciplinæ cupiditas. Cura autem diſciplinæ eſt charitas. & charitas obſervatio legum illius: Attentio verò ad leges eſt incorruptæ vitæ firmamentum. Vita autem incorrupta facit, ut ſimus propinqui Deo. *ait Salom. Sap. 6. v. 18. 19. 20. 21.* quùm docilitas ſit inſigne donum Dei. *Deut.* 29. 4. *&* 1. *Reg.* 3. 9. *Eſa.* 50. 4. *Ier.* 27. *Ezech.* 11. 19. *&* 36. 26. *Luc.* 21. 15. *&* 1. *Theſſ.* 2. 13. Sic & obedientia ex fide naſcitur. *Rom.* 16. 26. *Hebr.* 11. 7. *Iud.* 5. *Ier.* 35. 18. *&* 2. *Cor.* 9. 1. *&* 10. 6. *Eph.* 5. 8 10. *&* 1. *Pet.* 1. 22. *&* 1. *Ioh.* 2. 3. *&* 4. 6. Sed de his in calce libri hujus plura ex *Ruſch.* informatione inſigni addiſci poterunt,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

terunt, quum interim nobis ad cauſſam inſtrumentalem imperii ſit progrediendum, & primo ad internam.

## CAPVT XV.

## De Legibus, & Statutis.

*1. Legis unde nomen?*

CEu jus quaſi à jubendo, ita lex vel à legendo, quod ab omnibus legi & cognoſci debeat: vel à ligando, quod vel ad obedientiam, vel ad pœnas obliget. Græcè νόμος à νέμειν, quod ſuum cuique tribuat; unde ſunt, qui à vocula νόος, ſive νοῦς deducunt nomen, quod bona cū mētis obſervantia ab omnibus utrinq; ſit ejus vis tenenda. Quia, qui paret legi, Deo paret & obtemperat; quum normæ officium ſuſtineant leges, quæ affectibus importunis compedes quaſi iniiciant. *Cic. lib. 3. de leg.* Unde etiam nonnulli legem ita à legendo dictam volunt. quod ſit ſelecta ex pluribus ſtatutis ſententia, ad nutum cujus ſit vivendum; *& Cic. 1. de leg.* à diligendo fingit, quod delectum faciendarum aut fugiendarum actionum monſtret.

*2. Quot modis accipitur?*

SI rectè hujus nominis acceptionem juxta tenorem S. Scripturæ examinemus;

nemus, poteſt clarè explicari, quod 22. modis ibi uſurpatur, quum in genere tã latè ſe extendat, ut pro omni doctrina, quæ aliquid aut expreſſe aut facile præſcribit, vel interdicit, habeatur, *Rom.* 3. 20.27. *Gen.* 26,5. Sed nos hoc loco eam ſpeciem nobis in Politicis abſcindimus, quæ in mutuo adminiſtrandi Rempubl. & parendi officio medium detegunt?

*3. Quid ergo Lex eſt?*

Est regulæ conceptæ & notificatæ ſententia quæ faciendorũ vel omittendorum, ad ſalutarem & piam Reipubl. adminiſtrationem pertinentium, normam præſcribit & determinat.

*4. Quæ cauſſæ ſunt hujus definitionis?*

1. Efficiẽs eſt vel Univerſalis, ut Deus Jehova author legum undique, vel particularis, ut homines in pietate vera aut prudentia externa exercitati, qui leges Reipubl. utiles invenerunt.

2. Finis duplex ſubordinatus, qui καλοκαγαθίαν pietatis & honeſtatis conſervationem complectitur: ac ultimus ſalutem Reipublicæ cum gloria Dei conjungit.

3. Materia legis continetur in cunctis actionibus, quæ utrinque in Republ. requiruntur.

4. Forma conſiſtit in directione actionum civilium, prout leges id exprimunt, & publicatio promulgationis aut ſanctionis quodlibet exigit. Attamen Vltra poſſe viri non vult lex ulla requiri.

*5. Quo modo lex Reipubl. dividitur?*

DVplici potiſſimum modo, vel ratione efficientis cauſſæ, vel ſubjectorum.

*6. Quomodo dividitur ratione Authorum?*

VT lex vel ſit divina aut humana.

*7. Quid eſt divina?*

QVæ vel immediatè à Deo lata eſt, ut decalogus in monte Sinaï; vel cordi hominum inſcripta, ut lex naturæ: Eſtque hæc iterum duplex, vel primaria aut ſecundaria.

*8. Quæ eſt lex naturæ primaria?*

QUæ cum natura hominis immediatè ad poſteros ſemper propagatur immutabili ratione; unde ad eam homines in primo naturæ momento diſponitur.

9. Qu

*9. Quæ eſt lex ſecundaria naturæ?*

QVæ legi primariæ originem ſuam debet, ejuſque conſecutivum eſt, quum ad hanc ſtatim homo in ſecundo momento naturæ diſponatur, quatenus membrum humanæ refert ſocietatis; ex qua jus gentium & omnium populorum elicitur.

*10. Quid eſt lex humana?*

ESt ſanctio talis, de qua homines inter ſe ad certum conſtitutionis modum, pro pio & tranquillo vitæ uſu, obtinendo conveniunt. Vti hæc pro maxima tenendum, quod omnis lex iniqua, quæ non voluntati & Verbo Dei conformis ſit, & non ad amorem & ædificationem vergat proximi.

*11. Quomodo ratione ſubjectorum lex dividitur?*

QUando lex alia dicitur Univerſalis & abſoluta, aut particularis & determinata.

*12. Quænam eſt Vniverſalis?*

ESt conſtitutio juris univerſum Reipubl. corpus concernens ſine cir-

cumſtantiæ alicujus certa determinatione.

*13. Quotuplex hæc lex Univerſalis eſt?*

DUplex; aut enim juris eſt publici, aut civilis & ſingulos in privato attingens. Publicum iterum vel jura imperii, aut Majeſtatis concernit.

*14. Quid eſt jus publicum Imperii?*

SUnt leges, quæ immediatè ad ſtatum totius Reipubl. ſpectant, atque alias leges fundamentales propriè appellantur. *lib. 1 Inſt. tit. 1.* Quamvis autem omnes leges imperii fundamentales cuique Reipubl. dici poſſint; tamen hoc nomen potiſſimum iis attribuitur conventionibus & pactis, quæ regentibus & ſubditis mutua obligatione, cùm in electionibus & ſubjectionibus intercedũt, ita quidem ut illi juſtè pieque imperent, & hi debitè fideliterque pareant, ut ſit quaſi vinculum internum, quo colligati inter ſe teneantur arctiſſimè. Unde & Conſenſum regni Communem, Approbationem & ſanctionem populi, aut regnicolarum, ſive Communes Conſtitutiones hanc legem appellant. De juribus autem Majeſtatis, quæ quaſi rivuli à prioribus deducuntur, antea, *cap.* 3. actum eſt.

*15. Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*15. Quid eſt lex Civilis?*

EST legitimæ poteſtatis edictum cum decreto ad tuendam Reipubl. pacem, moreſque ac judicia regenda, publicè factum, cui obligatio vel ad obediẽtiam vel pœnam addita urget. Atque in hac duo maximè notanda veniunt, Modus, & partes. Modus iterum vel in ſanctione aut promulgatione attenditur.

*16. Quid eſt Sanctio legis?*

EST opus Magiſtratus Politici, quo certæ leges in Republ. ſanctè obſervandæ pro illius neceſſitate & utilitate conſtituuntur.

*17. Quid eſt Promulgatio legum?*

EST opus Magiſtratus, quo leges conditæ & ſcriptæ ritè in publico actu proponuntur, ut ſubditis innoteſcant ſingulis, quum ad ſingulorum utilitatem ſpectent.

*18. Quæ dicuntur partes legis?*

TRes vulgò habentur, 1. Exordium, quod authoritatis majoris ergo legibus præmittitur. 2. Capita, ſunt ſumma eorum, quæ in legibus mandantur, aut prohi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

prohibentur, uti in dialogo videre eſt. 3. Pœna tranſgreſſoribus deſtinata; quæ & animadverſio dicitur pœnalis?

*19, Quid eſt Lex determinata?*

Est conſtitutio ſpecialis per ſtatuta loco ſuo certo juxta facti rationem accommodata, ut jus ibi ſingula faciat diciturque aliàs ſtatutum à ſtatuendo, quod deliberationis illius effectū quaſi conſtituat.

In ſtatutis hæ regulæ obſervandæ. 1. Quod debeant intelligi in vera & propria ſignificatione. *l.* 12. *ff. Qui & à quib. monum.* 2. Quod ſemper quantum fieri poteſt ad jus commune debeant reduci. *l.* 2. *C. de noxal. act.* 3. Quod caſus omiſſus maneat ſub diſpoſitione juris communis *l.* 6. *ff. de cond. cau. dat. &c.* 4. Quod in judiciis aliàs accuratè veniant obſervanda *l.* 3 *C. de ædific privat. c.* 19. *de Iurejuran.* 5. Salutem, tollens jus ſingularium perſonarum, non valet, niſi ipſi conſentiant tacitè vel expreſſè, *l.* 13 *parag. ff. Commun. præd.* 6. Statuta laicorum non ligant Clericos, ſi ſint contra libertatem Eccleſ. *Auth. cau. de Sacroſ. Eccl. c. Eccleſ.* 10. *de Conſt.*

20. *Quæ ſunt pugnantia legibus?*

Morum feritas, diſſenſus hominum, libertas carnalis, Confuſio rerum; Abroga-

Abrogatio legum, Contraria conſuetudo, & legum mutatio, quæ tamen non facilè admitti debet, quum nunquam ſit abſque periculo.

Factæ autem ſunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrænetur nocendi facultas, *Iſid. lib. 2. Etymolog.* Inde juſto lex poſita non eſt. *1. Tim. 1. 9.*

## CAPVT XVI.

# De Iuriſdictione, Præmiis & Pœnis. &c.

*1. Unde derivatur Iuriſdictio?*

IN nominis hujus notatione admodũ variant quidem ICti inter ſeſe, quum ſint aliqui, qui vocem hanc à jure & ditione deductam putent. *Vaſq. lib. 1. Ill. q. c. 3. n.* 10. quod tamen ditionis ſignificatio vera non admittit. Alii vero volũt rectius, quod à jure dicundo ſit, *Donell. lib. 17. Com. cap. 6. in pr.* quùm ille olim, qui Iuriſdictioni præeſſet, jus dicere verè perhiberetur, *l. 10. ff. de off. Proconſ. l. 16. ff. de off. Præſ.* Et ille ex imperio habebat communicatam ſibi talem poteſtatem, ſive in privatis ſive in publicis

ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ipſi quid ſecundum leges erat perficiendum. Etenim hoc omnino neceſſitas, ita poſtulabat, niſi lex carere debet executione & vigore ſuo: quum alias eſſet quaſi campana aut nota ſine piſtillo. Sūt qui audent id confidenter affirmare, quod juriſdictio cum imperio ita arctiſſimè cohæreat, ut nihil ſit imperii, quin idem ſit juriſdictionis; nec quidquam juriſdictionis, quin ſit imperii, unde non levis confuſio utriuſque orta eſt; adeo, ut nunquam ex ea ſe ſatis extricare potuerint. Verum ſi ſaltem intellexiſſent juriſdictionis naturam, quod inſtrumenti loco inſerviret imperio, multos ſat commodè evitaſſent errores.

*2. Quid igitur eſt juriſdictio?*

ALii dicunt, quod ſit authoritas & poteſtas ſtatuendi id, quod jus eſt cum imperio, *Donell. ad l. 5. ff. de re jud.* vel quod ſit poteſtas cognoſcendi judicandiq; de qualibet re cum judicati exequendi poteſtate conjuncta. *Idem lib. 17. com. c. 6.* Verum quum juriſdictio ita inſit imperio ut ejus cauſſam inſtrumentalem ſe demonſtret, ac nequaquam totum imperium complectatur, ut multi ſomniant, paulo aliter definiendum erit. Etenim imperium ſuam diſciplinam & vim executionis mediante juriſdictione perque eandem obtinet, ac non è

con-

ontra. Proinde rectius ita definitur.
uod ſit inſtrumentalis actus ſive notio
nperii, per quem Magiſtratus Politicus
bditis ſuis juxta legum & æquitatis
ormam jus dicit atque id exequitur.

### 3. *Quomodo dividitur juriſdictio ?*

NEque heîc ſatis inter ſe ICti abſque
neceſſitate omni conveniunt, ſed,
uando imperium & poteſtatem cum
riſdictione, velut animam & ſpiritum
um corpore confundunt, miram ſibi
onficiunt mixturam, atque adeò ſe in-
olvunt, ut planè ignorent, quænam vera
ndem ſtatuenda & retinenda ſit di-
ſio. Difficultates inde maximè oriun-
ır, quod Romæ olim propter nimiam
operii amplitudinem, tam variè co-
nitio cauſarum & executio ſæpius non
ne vi & jure gladii inter Officia publi-
a & delegata fuerit diſtributa, unde ju-
ſdictionis nomẽ in legibus civilibus tã
gabundè diſperſum reperitur & cum
nperio commixtum, ut differentiam
iquam & diſcrimen vix potuerint in-
enire quum, quiſque leges ſuas ſalvare
udiat.

Quare maxima pars ICtorum dividit
anc generalem juriſdictionem, in ſpe-
ie ita dictam, ſive ſpecialem juriſdi-
tionem, & imperium; Atque ut eo cla-
or talis appareat diſtinctio, hanc ſpe-
cia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſpecialem juriſdictionem cauſſarum cognitioni deputant abſque imperio, quũ hoc in coercitione poſitum dicant. Imperium proinde iterum duplex faciunt, Merum & Mixtum.

Merum non inde dicunt quod ſummũ eſſe debeat, ſed potius à juriſdictione ſpeciali prorſus ſeparatum, ne uſpiam illi inſit, quùm gravitatem coërcitionis longè digniorem & ſeveriorem contineat, quàm quæ ſpeciali juriſdictioni attribui queat, quippe quùm animadverſionem in facinoroſos habeat. *l. 3. ff. de Iuriſd.* Et hoc iterum ſit duplex, plenum vel minus plenum. Plenum quod habeat omnimodam animadvertendi poteſtatem in facinoroſos. Minus plenum, quod ſaltem partem imperii teneat abſciſſam pro varietate delictorum ſibi attributa. Vnde & Modica poſtea exurgat in corpus coercitio, quæ ſit quandoque imperii, quandoque ſimplicis juriſdictionis. *l. 23. d. t. ff.*

Mixtum vero imperium appellent inde, quod quaſi innata conjunctione magiſtratui & officio ejus adhæreat, & proinde in leviori ſeu modica coercitione conſiſtat *l. ult. ff, de off. ejus, &c.* Hujus diſtinctiones iterum variæ habentur, ut alii ejus ſex gradus conſtituant juxta, *Bart. ad. l. 3. n. 17. ff. de Iuriſd.* alii duos, quorum primus ſit majorum Magiſtratuum, Præſidum, Prætorum, &c. Secundus

dus minorum, uti ſunt Magiſtrat. Municipales. Alii nolunt in gradus diſtingui, ſed potius in ſpecies, quùm mixtum quid de imperio inſit juriſdictioni, & aliquid ſaltem juriſdictioni adhæreat: unde prior ſpecies Mixta imperii juriſdictioni ineſſe, altero vero cum ea cohærere dicatur. *Alth. lib. 1. c. 33. n. 21. Diceol.* quod non adeo probat, *Boc. c. 4. n. 17. de Juriſd.* gradibus adſiſtens.

Juriſdictio autem ſpecialis iterum mirè torquetur & in varias partes apud JCtos diſcinditur. Namque (1) ſunt, qui juriſdictionem in ſimplicem & criminalem diſtinguant, unde etiam negant, generali juriſdictionis nomine contineri Merum imperium, *Obrecht. de Juriſd. c. 2. n. 12. 13. Scip. Gent. d. tr. c. 2. 3. 4. & 24.* & ſtatuunt potius, mixtum imp. cum ſpeciali juriſd. idem eſſe. Alii hanc (2) ſpecialem juriſd. in contentioſã quæ in invitum exercetur, & volũtariam, quæ in territorio etiam alieno poſſit expediri, dividunt. Sunt (3) qui etiam Eccleſiaſticam & ſecularem ratione ſubjectorum diſtinguant. *tot. Tit. Ext. de foro competenti.* ſic (4) & allodialem & feudalem faciunt. Rurſus (5) dicitur quædam ratione proceſſus ſimplicis querelæ, alia ex cauſſa appellationis. Alii (6) in communem, quæ ex jure communi in aliquem & negocia ejus cuidam competit; & ſingularem peculia-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ri privilegio datam, dividunt. Sic & (7) alia mandata aut aliena, quæ ex alieno beneficio cuidam competit, alia propria Magiſtratus jure dicitur. Hodiè (8) aliam ordinariam & delegatam faciunt. Sic & (9) alii ordinariam & extraordinariam eandem vocant. Alii (10) cum Bart. in magnam, mediam & minimam ſive parvam gradualiter diſſecant. Alii (11) extraordinariam iterum ſive alienam in vicariam & compromiſſoriam vel prorogatā ex conſenſu partium, quæ & devoluta dicitur. *ex tit. C. de Offic. ejus, qui vicem alt. ger.* dividunt, ac ordinariā ſive propriam, regularem, perpetuam & Vniverſalem dicunt. *Pauſ lib. 1. c. 10. n. 28. de Iuriſd* faciunt. Demum (12) alii duplicem ita ſtatuunt, ut prior in cognitione & dijudicatione cauſſæ cōſiſtat. Poſterior in cognoſcendo negotio, quod mixti imperii eſt. *ex l. 4. ff. de Iuriſd.* Sic mirè ſe ſemper involvunt ICti. dum ad fundamentum Politicos non rectè reſpiciunt; ſed potius ex nomine æquivoco juris ſui rationem quærunt, quaſi res verbis, non verba rebus inſerviant. Errores tot alii, videre pridem. Ideo in Altam & Baſſam diſcernunt: Galli in regiā & beneficiariam. Rectius Saxones in Superiorem & Inferiorem. *Col. de proc exec. par. 2. c. 2. n. 18.*

4. *Quo*

4. *Quomodo igitur apud Politicos juriſdictio dividitur?*

R Ectius fit, quando juriſdictionem ſupra definitam in extrajudicialem ſi-
e diſciplinarem, quæ & diſciplina ci-
ilis vocatur, & judicialem ſive juridi-
am Politici diſtinguunt. *ex Luc. 10. 16.*
*r 1. Pet. 2. 14. l. ult. C. uti ſenat. vel clarib.*
*1 ff. de Conſt. princ. Novell. 15 c. 3.*

5. *Quid eſt Extrajudicialis Iuriſdictio?*

E St conſtitutio diſciplinæ talis, quæ magiſtratus ſubditos ſuos ex nobili
fficio, ſine proceſſu judiciario, in pie-
atis & honeſtatis ordine conſervat, iiſ-
ue præmia aut pœnas imponit. Eaque
eragitur vel immediatè, aut mediate.

6. *Quando hæc exercetur immediatè?*

Q Vando imperans ex ſe pro abſoluta authoritate & pia prudentiæ affe-
tione jus & juſtitiam, juxta Verbi Dei
ræſcriptum & conſcientiæ veræ dicta-
nen cuique ſine aliorum opera, admini-
trat, aut præmia & pœnas dictitat. *Nu-*
*ner.* 17.

7. *Quando hæc mediatè exercetur?*

Q Vùm imperans aut ſuperior Commiſſarios aut Deputatos ſubdelega-

Yy 2 tosvè

toſvè cumulativè conſtituit, qui nomin
ejus, pro commodo publico quid diri
gant, ac perficiant, aut jus & juſtitiar
juxta præſcriptum modum & piæ con
ſcientiæ tenorem, adminiſtrent, ac præ
mia vel pœnas æquitati conſentanea
dividant.

*8. Quid eſt cumulativè conceſſa jurisdictio?*

EST ea, quæ mandatur quidem & con
ceditur Commiſſariis, ſed ita, ut no
ſoli cognoſcere & exercere juriſdictio
nem poſſint, ſed concedens eandem &
ſibi majorem retineat, ſimulque exer
cere poſſit. *per l. 1. C. de defenſ. civit. No
vell. 15. c. 3. Mynſ. cont. 6. obſ. 99.*

*9. Quid ſunt Præmia?*

SUnt remunerationes bonorum ad au
gendam pietatis, virtutis & fidei ob
ſervationem erga Rempubl. publicit
factæ. 2. *Sam.* 5. 8. *Eth,* 6. 3. *Dan.* 2. 6. 
4. *Eſdr.* 2. 35. *Tob.* 4. 10. *Sapient.* 4. 2. *l.*
*C. pro quib. cauſ ſer. pro pœn.* Eaque con
ſtunt vel in retributione honorum, pr
vilegiorum, aut donationibus bonoru
externorum, &c. de quibus vide *B*
*ſold. de præm.*

10. Qu

*10. Quid eſt Pœna?*

EST retributio juſta, quæ cuique homini noxio pro merito ſuo in debitum ſibi conciliatum recompenſatur, *Gen.* 38.25. *Exod.* 21.21. *Iob.* 9.23. & 10.17. & 16.10. & 2. *Theſſ.* 1.9. & 1. *Ioh.* 4.18. *Iud.* 1.7. *Iud* 6.6. *Sap.* 15.5. & 14.31. & 18.11. *Eccl.* 21.11. & 2. *Macc.* 4.38. Alibi appellatur hæc pœna caſtigatio, ſupplicium, ultio, vindicta, noxa, & debitum, uti in Orat. Dominica eſt; Remitte nobis debita. *Matt.* 6. 12. & 18.27.30.32.34. *Rom.* 11.7. & 1. *Cor.* 7. 3. *Proverb.* 22.26. *l.* 244. *ff. d. V. S. l. Stichum. ff. de ſolut in princ. Inſt. de Act.* Græcis eſt quoque λύτρον. *Matt.* 20.28. *Marc.* 10.45. & 1. *Tim.* 2.6. Eaque eſt vel definita, aut indefinita. Definita, aut civilis in mulcta conſiſtens, *l.* 1. *C. de mod. mulct.* aut criminalis, hæc iterum aut capitalis aut nõ capitalis, quæ infamiam errogat, ſine vitæ periculo, &c. de quibus alibi.

*11. Quid eſt judicialis Iuriſdictio?*

EST, actus imperii poteſtate competens, quo Magiſtratus ſubditis ſuis per ordinarium judicium à ſe juxta Dei ordinationem conſtitutum & exercitum pro conſcientiæ & legum dictamine pio jus dicit, *Exod.* 18, 16. *Levit.* 19. 15.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Deut*.1.16.*&* 16.18.*Iob*.7.2.4. In qu duo conſideranda, Modus & perſonæ.

*12. Quid heîc vocas modum Iuriſdicundi?*

QVi partim in cognitione cauſſæ & in ejuſdem executione conſiſtit. Nihil enim magis firmat & ornat Rẽpubl quam ſervata juſtitia, ut loquitur impe rator *in princ. Novell.* 163. Et fruſtra lu deretur in omni proceſſu, niſi executic adderet effectum.

*13. Perſonas Iuriſdictionis judicialis quas dicis?*

EÆ ſunt vel principales vel minus principales. Principales iterum vel Judex vel adſeſſores: Jlle decidendis cauſſis præſidet, hi caſibus dubiis conſilium ſuum adjiciunt, quod undique juxta Verbum Dei & legum congruentium eidem, ſed non conſcientiæ piæ ſinceritatem, & non aliter fieri debet. Omne enim judicium, quod inter mortales, cõſtituitur aut exercetur, non eſt hominũ, ſed Dei Iehovæ ipſius, qui hominibus tantam conceſſit poteſtatem. *Levit.* 18. 4.5.26.*&* 20.22.*&* 25.18.*Deut.*1.17. *&* 16.18.*&* 26,16.17.*&* 33.10.*&* 2. *Sam*.22.23.*&* 1.*Reg*.6.12.& 9.4.*&* 11. 33.*&* 1.*Chr*.22.13.*&* 2.*Chr*.7.27.*&* 19.8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

19.8.*Eſa*.56.1.*Ier*.5.4.5.*Ezech*. 5.6.7. & 11.12.20.& 18.9.17.& 20.11. & 13.16. 19. 21. & 36. 27. & 1.*Cor*.6.5. Jdeoque nullæ leges aliæ conſcientiam mortalium ſalvare coram facie Jehovæ poterunt, quàm quæ quam proximè cum ſtatutis divinis in rebus arduis maximè conveniunt. Fingant ſibi alii excuſationes & effugia aut colores, quoſcunque velint: Judicium certè (quod iterum inculco ſedulò) non eſt hominum, ſed Jehovæ; & quod quiſque propterea in proximo malè judicat, in eo ſe reum omnino convictum ſiſtit Deo. *Oſe*.4.45. *Zach*.7.9.& 8.16.*Matt*.7. 1. 2. & 19. 28.*Luc*.6.37.*Ioh*.7,24.& 8.15.*Rom*. 2. 1.2.3.12.& 14.4.10. 13. Cavebunt igitur omnes, ne ſint διορφάγοι, &c.

*14. Quæ ſunt Perſonæ minus principales?*

SVnt ſcribæ, notarii, referendarii, libellenſes, Protocolliſtæ, tabelliones, nuncii, citatores, Curſores, lictores, & id genus alii.

*13. Quid eſt vero Iudicium?*

EST actus legitimus cognitioni cauſſarum ſub jurisdictione juſta deſtinatus, ut in eo litigantes ſine præjudicio affectu, munerumque acceptatione piè juſtè & incorruptè audiantur eorumq,

cauſſæ juxta normam Verbi Dei & profluentium inde legum dirimantur.

*16. Quotuplex eſt Iudicium ita acceptum?*

DVplex; aliud enim eſt ſummum ſive ſupremum, quod etiam reſpectu inferiorum Appellatorium dicitur, & intermedium aut ſubordinatum, à quo fiunt provocationes ad ſuperius in quo omnes appellationes acquieſcunt. De quibus alibi plenius, quum filium texere heîc cogamur ultimum.

## CAPVT XVII.

## De Officiis Reipub. in genere, & juramentis.

QVùm regiminis & Reipubl. univerſæ Præſes ſummus quivis πανό-πτος quidem fit; ſed παντόπτης aut πανόκοπος omnino nequeat eſſe, multo minus παντῶν κρατὴρ; neceſſum eſt, ut imperandi onus ita per inſtrumẽta ſua & vicarios perficiat, uti ex parte jam patet, Maxima autem pars in Magiſtratibus ſupereſt & Officialibus ſimilibus. Etenim velut ſine oculis, non poteſt extare officium & munus oculorũ, *ut ait Cic. 4 de fin.* ita nec oculus quid prodeſt, niſi luminis officio frui queat. Quod

Quod ſi fides vero in his; qui vicarii agunt manca ſit, & fallat, impoſſibile eſt, quod corpus imperii & Reipubl. diu abſque ruina molis ſuæ ſupereſſe poſſit. Ideoque quum in his tanta ſuſtentationis aut corruptionis Reipubl. vis ſubſit, pauca de Vicariorum taliũ Officiis & ligamento fidelitatis eorum quædam nobis prælibanda erunt.

*1. Vnde ergo eſt Officii nomen?*

Illud dicitur nonnullis, quaſi officium, vel ab efficiendo, vel ab officiendo, quaſi ob faciendum, ceu verbum fuit olim melioris notæ, unde & *D. Auguſt.* *ait*, Officium eſſe, quod ſit faciendum, ob finem certum, propter aut ob quem ſit faciendum. Et rectè dicitur. quod unuſquiſque id efficere debeat, quod nulli officiat, juxta Chriſti regulam, ex jure naturæ ſano deſumptam. *Matt. 7. 12.* Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis, &c. Quamvis alii officium, quaſi opificium dici velint. Sed quomodo debeamus omnes eſſe, non tantum S. Decalogus ſatis declarat, ſed etiam Chriſtus, *Matt. 5. & 6 & 7.* maximè ſuis præſcribit imitatoribus & diſcipulis, qui in ipſo hujus & æternæ vitæ ſalutem cum immaculata conſcientia quærere velint. Græcis eſt καθῆκον *ait* *Cic. lib. 15. epiſt. 2. ad Att.* Item ἐπιτήδευμα, ὑπεργία, &c.

*2. Quot vero accipitur modis officium?*

ADmodum variis habetur modis, quũ nihil ſit inter res creatas, quod non ſuum proprium habeat officium, atque id juxta conſtitutionem ſuam exequi teneatur. Sic ſtellarum officium eſt, lucere, ac longè ſplendidiſſimum ampliſſimumq; eſt officium ſolis. *4.de fin. Cic.* cumque amicitiæ officium applicat, quod, ait, ſe diligenter & ſanctè obſervaſſe. Jnterdum etiam beneficium & merita deſignat: Ceu officia debet meminiſſe is in quem collata ſunt. Propriè autem cujuſque munus determinat, in quo conſtitutus eſt, uti Medici ICt. & Oratoris officium dicitur, ut id præſtent facto, quod profitentur. *1. Off. ait Cic.* Peregrini eſt officium, nihil præter negotium ſuum peragere. *& Ibid.* Nullum eſt officium tam ſanctum atque ſolemne, quod non avaritia comminuere & violare ſoleat. Unde patet quod duplici modo officii ratio uſurpetur, internè vel externè. Jnternè naturæ & ejus viribus inhæret: Externè reſpicit uſum conſcientiæ in functione aliqua.

*3. Quid eſt ergo officium externè ſumptum?*

EStvocationis certæ functio, qua quis communi ſocietati hominum munus

nus ſuum ex conſcientiæ ductu præſtat; atque hoc eſt aliud publicum, aliud privatum. *Exod.*28.25.*&* 31.10. *Num.*2. 17.*&* 4.24.30.33.4.7.*&* 7.8.*&* 8.22, &c. De officio Eccleſiaſtico agemus alibi plenius.

*4. Quid eſt Officium publicum?*

EST muneris publici vicaria functio, qua quis ſuperioritatis authoritatem aliquam cum ejus poteſtate repræſentat; ſic hac ratione ſacerdotes in Sacris vicarios Dei referebant. *Num.* 18.8.*&* 1.*Sam.*2.13.*&* 1.*Chr.*23.26.*&* 25.1.*&* 2.*Chr.*7.6.*&* 8.14.*&* 29.28,*&* 30.21. *&* 35.2.10.*&* *Luc.*1.25.*Hebr.*9.6. Atq; hoc iterum eſt, vel perpetuum, vel temporarium. De quibus egimus, in noſtris Rebuſp. *Hans.par.* 3. *c.*1.*& aliis locis.* Dicuntur hi propriè Officiales aut Officiarii. Quomodo in his ſemper pia probitas, quum ſpecimen Regulæ loco id heîc notetur, quod omnis Reſpublica corruptiſſima merito habeatur, ubi officia venalia, quum non tantum Avaritia radix omnium malorum, 1.*Tim* 6. 10. Sed etiã peſſima Idolorum ſit ſervitus, *Eph.* 5. 5. *Coloſſ.* 3. 5. Unde ſtultè heîc dubia moventur.

*5. Quid eſt Officium privatum?*

QVod extra publici juris authoritatẽ communicatur & deputatur, licet aliqui-

aliquibus ſuperioris reſpectum mereatur. *Gen.* 23.3. & 40.13. & 41.13. *Deut.* 20.5.6. *Ruth.* 4.16. & 1. *Reg.* 14.28. & 2. *Chr.* 9.4. & 19.11. & 26.18 *Nehem.* 1: 19. *Eſth.* 16.5. tales plerumque miniſtr in ſtrictiori ſignificatione dicuntur. Qui autem ſecuritas humana & cordis falſitas in tantum à ſe pietatem veram rejecerit, ut conſciẽtiæ vix vivatur, quoties alicui quid dignitatis adjiciatur; Proinde uſu hoc ita receptum eſt, ut juramenta officiis annectantur.

### 6. *Quid eſt Iuramentum?*

Est rei legitimæ adſeveratio, in qua Deus ipſe animi noſtri teſtis invocatur, quod fallere in ea re nolimus, de qua juramus, & ultor conſtituitur, ſi contrarium admittamus. *Deut.* 6.13. & 10.29. *Ioſ.* 23.7. *Eſa.* 65.16. *Ierem.* 5.7. & 12.16. Ideo & cultus divini ſpecies dicitur. *Eſa.* 45.13. & 48.1. nec jurandum eſt temerè. *Matt.* 5.34. diciturque jusjurandum, ὅρκον, & ſacramentum apud ICtos.

### 7. *An licitum eſt Iurare?*

Jvrare quatenus liceat, vel non liceat, videre eſt. *Gen.* 14.22. & 21.24. & 22.16. & 24.3. & 25.33. &c. *Exod.* 13.19. & 20.7. & 12.11. *Levit.* 5.4. & 19.12. *Num.*

2.*Num*.14.21.*&* 30.1. *Deut*. 6,13.*&* ... 8.*Ioſ*.1.12.*&* 6.21.*&* 9.15.*&* 23.7. ... *ud*.21.17.*&c*. *Zach*.8.17. *Matt*. 5.33. *&* 23.10.16.20.*Hebr*.6.13.16.*&c*.

*8. Quomodo dividitur juramentum?*

VAriis modis quidem dividitur. Sed potiſſimi quadruplex faciunt, ut ſit juramentum religionis, fidelitatis, Veritatis & liberæ voluntatis. ICti autem pro litis deciſione triplex ſtatuunt. Voluntarium, judiciale, & neceſſarium, de quibus conſuli poteſt Eli. Getzerus, qui egregium de juramentis conſcripſit tractatum. Nobis jam ulterius progredi non licitum eſt in hoc compendio.

## CAPVT XVIII.

## De Magiſtratibus, & Senatu.

*1. Magiſtratus unde dicitur?*

IN Principio heîc ſtatim benè diſtinguendum eſt, inter ſummam poteſtatem & Magiſtratum, ut rectè monet, *Kerch. de Republ. diſp. 8. lib. 1. & Matt. Steph. de Iur. lib.2.p.1.c.3.n. 2.* Sunt enim qui Magiſtratus nomine ita latè utantur, ut etiam ſummum imperium ſimul includant, quùm vocabuli natura id non concedat, præſertim ſi à ſapientibus

Perſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Perſarum, quos Magos dixerunt, derivetur, aut ab adverbio magis, ceu miniſtrum quoque à minus dictum adſeverant. Juxta Feſtum tamen magiſtrare idem eſt, quod moderari; unde Magiſtratus quaſi publici patres coli quoque debent; aliàs magiſtri & doctores, & Præfecti habentur. *Gen.* 38.36. 1. *&* 1. *Macc.* 6.37. *&* 2. *Mac.* 6.10.

*2. Quid eſt Magiſtratus?*

EST ſummæ poteſtatis vicarius cum dignitate tali conſtitutus, ut Reipub. res in pietate & juſtitia rectè gerat. Alii ſic definiunt: Quod ſit poteſtas à Deo ordinata, & ad rerum civilium adminiſtrationem certis perſonis commiſſa, ut juſtitiæ tranquillitas & diſciplina publicè privatimque conſervetur, ac turbæ coerceantur. Prior perſonas includit, & accuratior quoque eſt in contentis, quùm hæc poſterior pietatem, partem principaliſſimam vix agnoſcat, quæ tamen omni Politiæ veræ fundamentum ſuum unicè ſubſternere debet, aliàs falſa erit hypocritica, ac nequaquam Chriſtiana, ſed merè Ethnica. *1. Pet.* 2, 13.

*3. Quæ ſunt definitionis cauſſæ?*

EFficiens principalis eſt Deus in inſtitutione ſua. *Gen.* 9. 6. *Prov.* 8. 15.

*Dan.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*Dan.* 2.21. *Rom.* 13.1. *Ioh.* 19. 11. *Exod.* 18.21. Mediata ſumma poteſtas ſupremi Ordinantis. Finis bonum publicum ſubditorum. *Rom.* 13.4. Materialis, Vicariæ perſonæ in dignitate conſtitutæ. Formalis, pia gubernatio, quæ in omnibus juſtitiam reſpicit. Vnde etiam S. Scriptura 14. opera potiſſimum Officii boni magiſtratui adſcribit (1) ut Dei gloriam unicè ante omnia in vera religione promoveat. *Num.* 27. *Ioſ.* 3.5.6.7. *&* 1 *Sam.* 10.10. *&* 20.21. *Pſal.* 2. & paſſim (2) ut aboleat Idololatriam gentilium. 1. *Reg.* 15.12. *&* 2. *Reg.* 10.25. &c. (3) Reformationem inſtituat veræ doctrinæ. 2. *Reg.* 17, 26. &c. (4) ipſe in pietate ſuis præeat. 1. *Reg* 15. 11. 12 (5) ſit nutritius Eccleſiæ. *Gen.* 47. 5. 6. *Dan.* 14.1. (6) juſtitiam colat. *Gen.* 47.23. 24. (7) Paſtores ordinet. 1. *Reg.* 2. 26. &c. (8) In rebus agendis omnibus Dei conſilio utatur. *Num.* 27.20. & 1. *Sam.* 10.8. (9) Jn publicis calamitatibus ſubditos ad pœnitentiam cohortetur. 2. *Paral* 20.3. 4. 18. 19. *Ioh.* 3.6.7. (10) Publicarum ædium curam gerat. 1. *Reg.* 5. 4. 5. (11) cum piis, & probis converſetur. *Pſal.* 101. (12) Prius cognoſcat cauſſæ veritatem, quàm ſententiam ferat. *Iud.* 20.3. (13) Amicitiam cum vicinis colat. *Gen.* 21.27. (14) Sit vindex mali & boni undique tutor. *Rom.* 13. &c. Inprimis (15) pauperum & peregrinorum curam gerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

rat. *Exod.* 23. 11. *Levit.* 19. 10. & 23. 22. *Deut.* 15. 11. *Prov.* 21, 10. *Matt.* 25. 40. ut ſint, bona hoſpitalia, domus ſuſtentoriæ, Noſoconiia, Xenodochia, direlictorum ſuſceptiones *VVeſenheuſer*, ut Hamburgi nobilis mos eſt, Caſtigatoriæ, *Zuchthcuſer*, decrepitorum, & ægrotantium alimentatoria, uti Amſtelrodami laudabiliter videre eſt, &c. Ante omnia (16) diſcordias & ſimultates avertat, & componat, *Prov.* 6. 19. & 15, 18. *Matt.* 12. 24. *Luc.* 11. 17. & 1. *Cor.* 14. 33. *Gal.* 5. 15. (17) Luxum in veſtitu aut cibo & potu, non admittat, &c. *Eſa.* 3. *Eccl.* 10. 17. & 1. *Pet.* 4. 3.

### 4. *Quomodo dividitur?*

DIvidunt Magiſtratum ita, ut alius ſit analogicus, & alius propriè ſic dictus. Ad analogicum referunt Eccleſiaſticos.

### 5. *Quis Magiſtratus propriè dictus?*

QVi politico regimini præſidet tempore pacis aut belli. Is iterum aut Ordinarius vel extraordinarius. Ordinarius vel eminentioris dignitatis, aut inferioris conditionis, quem alii Majorem, qui ſummæ poteſtati ſubſit, & Minorem, quæ ſuperioris imperio tenetur, faciunt. *Deut.* 17. 1. 2.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*6. Quid eſt Ordinarius?*

EST cujus juriſdictio lege aut voluntate ſupremi Principis certa eſt definita. *Vult. lib. Iuriſp. Rom. c. 12.* Tales fuerunt Romæ, Senatores, Conſules, Prætores, ædiles, Tribuni plebis, & Quæſtores, Cenſores, qui duplices ſunt, in emendatione morum, & cenſura publica facultatum & numeratione civium, &c.

*7. Quid extraordinarius Magiſtratus?*

EST qui neceſſitate poſtulante extra ordinem creatur, & eâ ceſſante deſinit, cujus Majores erant, Interrex, Dictator, Magiſter equitum, Decemviri, &c. Minores Duumviri perduellionis, Quæſtores parricidii, Præfectus annonæ, &c.

Quomodo autem electione aut alia ratione, & quis conſtituendus, id alibi dictum eſt. Interim fixum manet, quod pietas vera & proba integritas ſi cum Experientia conjungantur, merito ſemper, omnibus verſutis loquaculis, & duplicistis cordium palmam eripiant undique, & firmiori nitantur fundamento, quod toties obſervavi, licet ſtultus mũdus potius glorioſos *Vſſſchneiders* in ſui perniciem potius amet. Effectus au-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tem Magiſtratus quum in Senatu & Cõcilio conſiſtat, id quoque paucis detegendum eſt.

## 8. *Quid eſt Senatus?*

SEnatus, (*ait ſalesbericus.*) ſicut majoribus placuit, officii nomen eſt, & habet ætatis notam; ſiquidem ſic dicitur à ſenectute. Eum vero Athenienſes Areopagum dicebant eo, quod in illis totius populi virtus conſiſteret, & quum ab illis præclara plurima inventa ſint, nihil ſalubrius, nihil glorioſius inſtitutum eſt, quàm Senatus. Quid enim nobilius eſt cœtu ſenum, qui emeriti à vulgaribus officiis ad conſilii & regiminis officium tranſeunt? &c. Eorum utique tantus honos extitit apud Græcos, ut duces Reipubl. nuſquam procederent, nihil egregium ageretur, quod ſenes inſtituti non inducerent, aut approbarent. Ac, quod magis eſt, initio Vrbis conditæ, nomina eorum aureis litteris ſcripta ſunt, ipſique Patres Conſcripti appellati, qui alios ſapientia, ætate, & affectu paterno præcedebant; penes quos Conſiliorum erat authoritas & omnium publicè gerendorum, &c. Ex quibus patet & quod ſit, & quæ authoritas ejus. Sunt tamen, qui à ſinendo Senatum dicant: quia Magiſtratibus non plus licebat, quãm Senatus concederet

deret & ſineret. 2 *Macc.* 1.10.& 11.27
*Prov.*31.23.*Dan.*6.7.

*9 Quomodo dividitur Senatus?*

ALius à numero perſonarum & dignitate, qui dicebatur Major, aut Minor: Alius vero ſolemnitate conventus, ac appellabatur vel Legitimus, vel Indictus. Legitimus vel lege vel more certis ſemper diebus habebatur: Jndictus, qui reliquis diebus menſis, qui modo comitales non erant, Magiſtratuum vocatu cogebatur. Eorum decreta, Senatus Conſulta vocabantur, quæ firma erant; ſi adderetur Authoritas, ſigillo aut inſcriptione.

*10. Quid Concilium vero? quid Comitia?*

COncilium erat, quando potior pars populi ad concionem convocata compareret, à concalando id eſt vocando dictum. Comitia autem dicebantur, quando univerſus populus cum tribubus aut ſtatibus ſuis ſuffragiorum cauſſa cōveniebat; unde Comitium locum illius conventus dicebant. Sed nunc paucis de ærario tanquam inſtrumento Reipubl. & imperii ſuſtentivo agemus præcipuo,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAP. XIX.

# De Ærario, Gazophylacio, & Fiſco imperii.

*1. Quid eſt Ærarium publicum?*

ÆRarium, quod Græci ταμεῖον vo-
cant, eſt adſervatio aut repoſit-
pecuniæ publicæ & redituum
quæ certo in loco deputata habetu-
Vulgo dicitur, *Schatzkammer*, Rentkam-
*mer.Gen.*47.14.*Ioſ.*6.24.& 1.*Macc.*3.2
& 14.49.& 2.*Macc.*3.6.23,28. 40.
4.42.& 5.18.

*2. Quotuplex eſt Ærarium?*

VAriis quidem modis conſtitui pote-
prout compendia publica aut priv-
ta conficiuntur. Vulgariter autem aliu-
Ærarium civile, quod populo aut Re-
publ. theſauro attribuitur; aliud Fiſcu-
dicunt, quum propriè hic Principi a-
tribuatur. *Cuja. ad t. de Iur. Fiſc.* Dei-
de aliud Gazophylacium eſt, quod reb-
ſacris & earum proventibus eſt deſt-
natum, & aliud Ærarium militare, quo
bello deputatur. Theſaurus vero eſt pa-
ſimoniæ penus, in divitiis repoſitis con-
ſiſtens. *Matt.* 13. 52.

3.

*3. In quo confectio Ærarii conſiſtit?*

Artim in legitima auctione, partim in ejuſdem conſervatione. Eſtque ictio ærarii alia generalis alia ſpe. alis.

*4. Quænam eſt generalis?*

QUæ fit partim per legitimam Monetæ procuſionem & augmentationẽ: artim per vectigalium & tributorum xactionem.

*5. Quid eſt Moneta?*

MOneta eſt pecunia ex materia metallari præſertim auro & argento d publicum Reipubl. uſum à magiſtratu onfecta, *Gen.* 23.8.13.16. *&* 42.25.27 5. *&* 43.12.15. *&* 44.1. *&* 43,23. *&* 7.14.15. *Exod.* 21.11. 21. *&* 22.7.17. 5. *&* 30.16. *Levit.* 25.37. De vectigabus ex portorio, vectorio, & venditoio *ſupra lib.2.c.23.* egimus: velut & de Tributo, quod à populo ratione perſoarum, vel facultatum exigitur. Heîc erè noſcendum, quod utrunque tam ectigal, quàm tributum ſit vel Ordinaium aut extraordinarium.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*6. Quid eſt Ordinarium?*

QVod ſemper juſto ſuo tempore ſe-cundum communem Reip. ordina-tionem exigitur.

*7. Quid eſt extraordinarium?*

QUod non ſemper, ſed in caſu dun-taxat neceſſitates extraordinem perſolvi jubetur. Quomodo autem, quã-tum, quando, unde, ex quibus artificiis, & quur exigenda ſint hæc ac ubi in uſu ſint plenius in noſtro tractatu de Arca-nis Rerumpubl. cum reliquis inventio-nibus, & ubi ſint in uſu, explicatur: non eſt hujus loci, nec omnibus ea ſcire ex-pedit.

*8. Quænam vero eſt Specialis auctio Ærarii?*

QUæ fons & ſcaturigo Ærarii per-ennis & quoque antiquiſſima hone-ſta, legitima & tutiſſima imperantibu-inveniendæ pecuniæ ratio eſt: ceu ſun elocatio fundorum publicorum ad ci-ves, unde *Landtgarben, Bodenzins* ac mer-caturæ promotio publica, &c. de aliis ſuo loco, quum arcana repræſentent.

*9. Quid eſt conſervatio Ærarii?*

QUæ conſiſtit partim in cavenda & vitanda injuſta alienatione bonorũ publico-

ıblicorum ;partim in prudenti & recta ›rundem diſpenſatione : quæ non alio, ıàm ad meliorem Reipubl. guberna- onem , munitionem, & defenſionem rigi debet. Sed ut Ærarium Reipubl. ·ctè florere poſſit, neceſſum eſt ut ne- ›tia ſubditorum rectè promoveantur, : quibus nunc quid ſubnectemus.

## CAPVT XX.

## De negotiis & operibus Civium & ſubditorum, nec non de Commerciis.

*1. Quid eſt negotium?*

ESt res circa quã verſatur;vel potius eſt munus peculiare cujuſque privati hominis, in quo ita actiones & curas circa rem certam exercet, ut n eo vitæ victum & neceſſaria ſibi cõ- ›aret : diciturque alias provincia, o pus- ›è. Græcis ἀσχολία & πραγματεία eſt, quæ in actu eſt Negotiatio.

*2. Quomodo dividitur?*

QVamvis variis modis poſſit dividi, tamen potior heîc eſt, quæ ex ob- ›ecto ſumitur & modo agendi : dicitur- que vel ars ; vel ejus negotiatio & Mer-

catura. Ars autem duplex eſt, vel liberalis aut illiberalis. Illiberalis iterum vel in terreſtribus ac pecuariis ſe exercet, ut ſunt agricultura, mineralia effodiens, pecuaria, hortuaria, &c. vel in opificiis & manuariis victum quærit, eademque aut neceſſaria, aut communia, aut utilia, aut voluptuaria ſunt.

Liberales inde dicuntur, quod maximè ingenuitati hominum in informatione ingenii & civilioris vitæ ſtatu ac nobiliori inſerviant; Vulgo 7. numerantur, quarum Regina & dux eſt ſtudium Pietatis, & ſacrarum litterarum praxis juxta ductum & informationem Spiritus Dei, quæ merito ars artium & ſciẽtia ſcientiarum, ac ſic merito Theologia dici poſſet, ſi potius ex Verbo Dei per ſpiritus informationem, quàm nudam habitualem opinionẽ externæ & nũquã renatæ rationis in ſpiritus aſtralis ductu ſanctè & vividè addiſceretur. Verum quantus heîc undique committitur error, ut ſpiritus Dei nunc propè nuſpiam tolerari poſſit. Quoties ſunt, qui prius mentionem faciunt, & homines ad hũc fontem ſanctum Jſraelis revocent: videas homines continuo in plenam converti rabiem. Jta potius habitualiter ſapere aut magis inſanire & ſophiſticari cupiunt omnes, quàm obedientiæ ſacræ ſpiritus ſe in debita humilitate ſubmittere. Jta ſe res quoque habet in philo-
ſophicis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ophicis, ut nunc magis ethnica & fuca-
a, quàm veræ ſapientiæ conſona ada-
nentur. Jmo quo quis hodiè impuden-
ior & loquacior in futilitatibus ſyllo-
giſticis hoc ſibi videtur ſapientior. J-
dem error vexat Medicos. Ac, quùm do-
mi natas herbas & plantas ſub ſuo cli-
mate progenitas ritè examinare neſ-
ciant, ad exotica pharmaca recurrunt.

### 3. *Quid eſt Mercatura?*

EST negotiatio, quam cives inter ſe aut cum peregrinis exercent mercium, pro vitæ uſu rectius ſuſtentando, commutandarum gratia. *Gen.* 37. 28. & 1. *Reg.* 10. 15. & 2. *Chr.* 1. 16. *Prov.* 3. 14. & 31. 18.

### 4. *Quotuplex eſt?*

ALia licita & juſta cujus informatrix eſt juſtitia commutativa, alia illicita & injuſta. Licita iterum aut intranea aut extranea. Jntranea eſt, quæ terræ aut juriſdictionis fines non tranſit. Extranea in libera commeandi & contrahendi facultate conſiſtit, à magiſtratu liberè conceſſa, ut ultro citroque merces convehi & avehi poſſint.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*5. In quonam finis commerciorum ſubſiſtit?*

UT rerum neceſſariarum ad Rempub. pertinentium omnia genera aliundè in communem uſum advehantur, & ſuperfluarum iterum fiat exportatio, quæ cujuſque indigentiam abigant.

*6. Subjectum quodnam eſt?*

ALiud commerciorum ſubjectum eſt recipiens, aliud occupans. Recipiẽs exhibent mercatores partim domeſtici, partim peregrini. Occupans ſunt merces. Ut autem opus mercaturæ rectè perficiatur, varia exigit requiſita, partim publica partim propria. Publica ſunt, viæ publicæ ſecuræ, flumina libera, poſtæ, portus, tutus commeatus, jus ſtapulæ, nundinæ, &c. de quibus in Rebuspubl. *Hans part.3.c.19.20.& 21.* egemus. Propria partim loci diſpoſitione, partim in cujuſque facultatibus conſiſtunt. De quibus in tractatu noſtro de Mercatura & jure Commerciorum plenius, egimus.

*7. Quænam oppoſita ſunt Mercaturæ?*

VIs, fraus, dolus, fallacia, corruptio & adulteratio mercium, & peſſima monopolia,

opolia, &c. Sed tantum de cauſſa Efficiente imperii; ſequitur finalis, quam duplicem facimus, primariam & ſecundariam,

## CAPVT XXI.

# De pace, Fœderibus & Bello.

*1. Quid in Pace obſervandum?*

EIus natura & cognata atque oppoſita contraria.

*2. Quid in natura?*

DEfinitio & ejus diviſio.

*3. Quid eſt Pax?*

ESt quieta & felix tranquillitas, in qua quiſque ſua Chriſtiana conſcientia libertatéque tuto ita frui poſſit, ut ad gloriam Dei & proximi ſalutem piè vivere ac vitam ſanctè tranſigere poſſit, Græcis dicitur *εἰρήνη*, & publica aliàs quies, ac beatitudo externa, ſive vitæ hujus commoda felicitas, quùm ejus adminiculo omnia nobis poſſidere poſſimus dona & bona, quæ ad neceſſariam ſuſtentionem optimè faciant, iiſque in bona conſcientia frui. Habet aliàs plures ſignificationes, ut nunc veniam, determinet,

terminet, nunc propitiationem, nunc ſilentium. D. Paulus paſſim hoc nomine mutuam inter ſe dilectionem & concordiam, item protectionem, & omnimodam benectionem cõprehendit. *Rom.* 12.18. *&* 14.19. *&* 1. *Cor.* 7. 15. *&* 14. 33, *&* 2. *Cor.* 3. 11. *Gal.* 5.22. *Epheſ.* 4. 3. *Col.* 3. 15. *&* 2. *Tim.* 2. 22. *Hebr.* 12. 14.

4. *Pax Quotuplex?*

DUplex, alia ſpiritualis & æterna, & alia corporalis, ſive externa mundi. *Gen.* 13.6.8. *&* 26,22. *&* 45. 24. *Levit.* 26.6. *Num.* 6.27. *Eccl.* 25. 2. *&* 28. 15. 19. *Ierem.* 29. 7. *Matt.* 5. 9. *Marc.* 9. 50. *Luc.* 14.32. *Act.* 9. 31. *&* 1. *Cor.* 14. 33. Pax cœlica quæ ſit inter Deum & amicos ejus fideles docet, *Eſa.* 2.4.& 9.6.& 11.6.7.& 66.12. *Oſe.* 2. 14. *Mich.* 4. 3. *Zach.* 9.10. *Luc.* 2.14.& 14.36. *Ioh.* 14. 27.&16,33.& 20. 19. Ipſe Iehova ita gaudet Deus Pacis dici. *Rom.* 15. 33. & 16.20.& 2. *Cor.* 13. 33. *Phil.* 4.9. & 1. *Theſſ.* 5.23.& 2. *Theſſ.* 3.16. *Hebr.* 13.20. Vnde etiam hanc Oden Pacificam ante aliquot annos Jehovæ dedicare volui, quùm tam inique ſub Pacis fuco viderem alios pernicioſiſſimè bellum cruentiſſimum appetere, ut diſſuaderem obſtinatis aliquot ſuas technas: quod tamen planè inverſo modo ita acceptarunt, ut in odium mei pergerent belli-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

:a eo inſolentius quærere. Sed ſemet-
pſos ,non me deceperunt vani & inſa-
nimis.

Divæ Pacis culturæ ſacrum.

*Pax & Amor Deus eſt, nec quid niſi Pa-*
*Vnde beata ſalus ( cis Amator :*
*Profluit in cunctos ; Hanc qui non pectore*
*Expetit & ſequitur ( toto*
*Verus homo minus eſt; ſed bruto ſævior om-*
*Et venit aſperior ( ni,*
*Tygride cenſendus, qui crudeliſsima ſemper*
*Perpetret & ſataget.*
*Quæſo ,terrarum Domini. magnique Dy-*
*Imperij & Pròceres, ( naſta,*
*Qur ita ferventi ſemper brutalia monſtra*
*Diligitis ſtudio ?*
*Qur vos terribilis tam dira inſignia larvæ*
*Suaviter officiunt ?*
*Num , quæſo , Chriſtos deceat ſic vivere*
*Quæ ratio iſta viæ ? ( Chriſto ?*
*Haud vos ignorare decet, quo nomine qui-*
*Atque ſit effigie ( vis,*
*In lucem poſitus tantam, cujus quoq; Regis*
*Exprimat inde vices.*
*Haud ſibi quis natus , multo minus imperat*
*Vt ſibi, vel genio ( orbi,*
*Serviat hinc ventris. Ihovæ tam munere*
*Officium geritur ( ſummo*
*In mundo : populos hic ſceptris deſtinat a-*
*Conſtituitque ſuis ( quis,*
*Reges Imperijs ; Hujusque incitamine duci*
*Quemque decet Procerum,*

*Si dignus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Si dignus ſolio velit iſto Cenſor haberi,
Sive Pater Patriæ,
Quilibet excelſo quo ſeſe nomine magnum
Venditat in populo.
Eſt pietatis opus ſummæ, benè Præſidis uti
In patriam titulo
Nil is crudeli tentat molimine; nuſquam
Eſſe cupit rigidus,
Qui ſervire Deo per vitam ritè laborat:
Cœlica ſuadet Amor.
Id toties pridem dixi, prius omnia ſanctis
Conſiliiſque piis
Tentanda eſſe, truci quàm ſe committere
Sanguinis & maculâ (bello,
Vel niſi temerè ſe conſpurcare cruento.
Haud facilè abluitur.
Vis dira armorum cordi, neque Ihova leonem
Quem cupit, aut rapidos
Fortè urſos, vel equos, neque pardos eſſe, lu-
Nomine ſed placido (poſvè:
Os homini ſublime dedit, Chriſtumque tueri;
Præcipuè id Dominos
Terrarum juſſit, quibus hinc concredidit
In pietate ſua (ipſam
Iuſtitiæ lancem, ne vis præponderet æquo,
Aut populetur agros.
Mœnia qui ſubvertat, & exculta omnia
Quoslibet enſe petens, (fœdet,
Barbarie Scbytica noſtrum quoque com-
Non meritis patriæ (pleat orbem,
Defenſor præſtans, poterit neque dicier He-
Iuris ad arbitrium, (ros,
Væ vobis, Myſtæ, qui perſuadere Dynaſtis
Talia,

*Talia, per gladios*
*Sævitiaque gravi multos, factisque tyran-*
*Efficere haud fugitis? (nos*
*Nonne ſatis natura hominis crudelia quærit*
*Improbitate ſua?*
*Quæſo, quid prodeſt immenſas poſſe lucrari*
*Totius orbis opes?*
*Intereaque animæ jacturam peſſimè avara*
*Ambitione pati?*
*Non bene Rex Chriſto, nec ſanctis rite voca-*
*Vſque libidinibus (tur.*
*Qui vivit propriis, cuncta ut per fasque ne-*
*Quæ velit heic ſubeat. (fasque,*
*Ac juſtum ſtatuat quidvis, rationis & en-*
*Prolibitu vario. (ſis*
*Aſt heus tu, quivis, moriere, tuoque peribis*
*Ipſe tibi exitio,*
*Ni pietate cito transformes pectoris aſtum.*
*Nemo profecto etenim*
*Sanguine pollutis manibus conſcendit ad*
*Quis pius arma gerat? (aſtra.*
*Si mihi nil credis, quæ Chriſtus mandat, id*
*Qui gladii fremitum (audi;*
*In Petro damnat, neque vult defendier ar-*
*Pax in Amore viget: (mis.*
*Pax & Amor Deus eſt, nec quid niſi Pacis*
*Solus & ipſe Salus. (Amator;*

Summam conſilii mei heîc cernis, quod ſuaſi ſedulò, quàm diu in publicis vivere datum fuit. Nihilominus fuerũt, qui impudentiſſimè perverſitatem ſui ngenii mihi imputare auſi ſunt, & non tantum

tantum injurioſiſſimi ad Ordines, Principes & Reges, ſed etiam ipſum imperatorem falſiſſimè me detulerunt, imò & apud S. Pontificem Romæ me uſque expoſuerunt odioſiſſimum. Hoc ſcilicet artificium eſt mundi extremum, ut, niſi aliter alicui incommodare poſſit, album in nigrum, & lucem in noctem, pietatemque ipſam in ſummum convertat flagitium, magna interim & fucoſa ſe veſtiens ſpecie quod calumniatorum proprium eſt: Nec ego crediidiſſem unquam in homines tam impudentiſſima poſſe cadere mendacia cum calumniis ſævis niſi in noſtratibus deprehendiſſem. Uelut etiam ſunt inter ipſos Politicos ſcriptores, qui ſub ſpecie Pacis atrociſſima belli ſpirant venena, hoc prætendentes, quod pax ſit finis belli. An vero mala facienda ut inde eveniant bona? *Rom. 3.8.* Quur non potius domi nata pax ſanctè & debitè conſervatur, niſi peccata mortalium malitiis ſuis obſtinatis Jehovæ extorquerent ſua flagella? Quur non potius ad cordis pœnitentiam quiſque in ſeſe revertitur. ut per internam pacem Iehovæ, externæ reſtitui poſſimus quieti? Sed odio habetur, qui veritatem in portis dicat. & homines inde correctos velit: ita ſermonem ſanctum abominātur, omnes, *ait proph. Am. 5. 10.* Quocirca hæc dicit Dominus: Quia abalienati ſunt homines uſq; ad ignominiam,

& in

ingreſſi ſunt Beelphegor. Venerunt
es ultionis ; venerunt dies retributio-
s, quibus affligetur Iſrael. Ideo ecce
unt è miſeria Ægypti, & ſuſcipiet eos
emphis, ac ſepeliet eos Machnus: Ar-
entum eorum interitus poſſidebit, ſpi-
e in tabernaculis. Nec eſt quod læte-
s Iſrael, aut glorieris ſicut populi : Si-
uidem ſcortatus es à Deo tuo: dilexiſti
ercedem meretriciam in omnibus a-
is frumentariis, *Oſea*.9.10.7.6.1. Hæc
nte 15. annos prædixi Germanis meis,
: atteſtatus ſum toties ex Verbo Ieho-
æ ; ſed quùm noluerint fidem habere
ictis Jehovæ adeo, ut etiamnum per-
erſitates nõ abſq: horrore ſũmo audiã,
uod nolint ſecundum Dei juſſum ſub-
iittere ; ſed potius in ſui furoris per-
ere conceptu ; perget ſanè Iehova for-
ter, donec homines diſcant quod ipſe
t potentior mortalibus & mundi uni-
us Plaſmator. Non fruſtra hæc ſcribo.
eriſſima ſunt, & noſtratium, qui vero
hriſtianiſmo addictos ſe dicunt, ſermo
icit, ut ita exhorreſcã adhuc ad audita
erverſo ex ore. Cavete igitur ab iis
mnes Politicis, qui ſub pacis nomine,
ellica tanta tam abſurdè quærunt, ſpe-
ioſiſſimè ſaris rationi externæ ſua to-
ica propinantes.

### 5. *Quæ cognata habet Pax?*

MVlta quidem, ſed pauca in honor digno habentur, ut ſunt, Amiciti Concordia, Vicinitas, &c. Sed Confœ deratio. & defenſio violenta potiſſin ducuntur vigoris & juris ad quas qui que præ Jehovæ auxilio ubertim co currit, & in iis ultimum ſuum quær refugium.

### 6. *Quid eſt Fœdus?*

QVùm de iis egerimus *in part.* 2. *Re rumpubl. Hanſeat. cap.* 11. *uſque ad* 21 Interim tamen fœdus ita definitur, quo ſit pactio publica inter perſonas illuſtrio res, populos aut civitates, quibus com petit, de mutuis auxiliis, amicitia, pace que ineunda vel conſervanda aut ali commoditate cõmunicanda ſolemn[illegible] cõventa. Namq; in pangendis, fœderibus rectè ait *Eraſm. Roterod. de Inſtit. Princ. Chriſt. p. m.* 136. non alio, quàm ad publicam utilitatem ſpectandum eſt. Alioqui cum hoc agitur, ut commodius habeant Principes, populi rebus attenuatis, non eſt fœdus appellandum, ſed conſpiratio: Si quidem qui hoc ſunt animo, duos populos ex uno faciunt (procerum & plebis) quorum alter alterius malo melius ſe habeat: Verùm ubi id

ſit non

it nō eſt Reſpublica. Inter omnes Chriſtianos Principes & ſtatus arctiſſimum ſimul & ſanctiſſimum fœdus eſt; vel ob hoc ipſum, quod Chriſtiani ſunt. Quorſum igitur attinet cotidiè tot fœderibus agere? Perinde quaſi omnes omnium ſint hoſtes, & humanis pactis id ſit impetrandum, quod non impetrat Chriſtus? Ubi multis ſyngraphis res agitur, argumentum eſt, non optima agi fide; Et ſæpenumero fieri videmus, ut ex his plurimæ naſcantur lites. Quum fides intercedit, & inter bonos agitur non eſt opus admodum multis & anxiis ſyngraphis: Quùm inter improbos, ut malæ fidei homines, res agitur, etiam ſyngraphæ pariunt litis materiam. Itidem inter bonos & ſapientes principes, etiamſi nullum intercedat fœdus, Conſtat amicitia. Jnter ſtultos ac malos, ex ipſis fœderibus, quæ in hoc adhibebantur, ne bellum exoriretur, bella naſcuntur, &c, hactenus *Eraſmus*, non opus eſt plura heîc inſeramus: fundamentalia quiſque ibi percipiet, dum tempus jam plura non admittit.

### 7. *Quid per defenſionem violentam intelligis?*

QVam alii apertè bellum dicunt, & pro prōptiſſimo remedio habēt omnia acquirendi, & ſub titulo aliquo in poſſeſſionem quid redigendi ſuam.

### 8. *Quid eſt igitur bellum ?*

BEllum , quod præ cunctis aliorum derivationibus rectè Feſtus a belui deducit, quod belluarum ſtultiſſimarum non hominum ſit , in mutuum ita turpiter ſævire exitium , non inconipte ita à Timpl. definitur. quod ſit actio , aut diſſidium tumultuoſum & violentum hoſtium publicorum vi aperta ad arma proſilientium.

### 9. *Quæ cauſſa belli ?*

CHriſtus admodum dilucide ad hanc reſpondet quæſtionem. *Ioh.8.v.44.* quod Diabolus ſit necator à principio, nec in veritate ſubſtiterit, quùm veritas non ſit in eo. Quando vero à Deo admittitur , fit hoc propter peccata populi, qui pœnas tunc per diabolum exigit ab eo. *Levit.*26.24.15. *Deut.*28,36.49. *Iud.*2.13.& 3.1.8.& 4.1.& 6.1.& 10.6.& 13.1.& 1.*Reg.*8.33 *Eſa.*5.25. *Ier.*5 15. Diabolus tunc egregium concitatorem & promotorem agit apud mortales. 1.*Reg.*22.21. *Iob.*1.12, 15. Ideoque heîc benè notandum, quod Chriſtus de ſcãdalis, *Matt.*18.7 affert. Neceſſum quidem eſt ( ob peccata mortalium ) ut eveniant offendicula ; ſed væ homini illi, per quem offendiculum evenit : Aſt

Iehovæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ehovæ juſſio omnia corrigit ſi neceſ-
tas extrema accedat, quæ quaſi man-
atum eſt naturæ.

*10. Quotuplex ergo eſt bellum?*

DVplex. aliud juſtum, & aliud in-
juſtum.

*11. Quid eſt juſtum?*

NOn aliud, quam quod Iehova man-
dat, aut in ultima neceſſitate natu-
ralis defenſio exigit. *Gen.* 14. 14. *Deut.*
3. *Ioſ.* 1. 2. *&* 5. 13. *&* 8. 1. 2, *&* 9. *&* 10.
*&* 12, *&c. Iud.* 1. 2. *&* 20. 18. *&* 1. *Sam.*
14. 37. *&* 28. 5. 6. *&* 23. 2. *&* 30. 8. *&*
2. *Sam.* 5. 10. *&* 1. *Par.* 14. 20, *Pſal.* 89. 11
*&* 106. 10. *&* 15. 1. Jdeoque omnes il-
li falſi ſunt ſcriptores, qui vindictam
bello juſto ſubmiſcent, quum ſaltem co-
gnatum referat, nec alii propriè quàm
Deo competat. *Rom.* 12. 19. *Deut.* 32.
35. niſi Phineæ animus ſit, *Num.* 25. 8.
*Pſal.* 106. 30.

*12. Quæ habet bellum cognata?*

ODium, ira, offenſæ, dolus, falſitas,
prædatio, captivitas, obſidio, præ-
lium, vallatio, imprimis Vindicta, Strata-
gema, vis illi adſunt, &c. De vindicta,
quæ publica & privata eſt, alibi, ſic &

 de ſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

de ſtratagemate, quod militarem clandeſtinam obruitionem & expeditionem denotat, & quouſque ſit licitum vide heîc *Palirg in Capricor.*

*O cæci, ô miſeri quid bellum pace putati*
*Dignius aut melius? Nempe hoc nil turpius, & nil,*
*Quod magis humana procul à ratione recedat.* &c.

vide porro hunc & *Caſm. Polit. cap.* 36. *cum ſeqq & Chr. Matt. diſp. pol.* 7 *ubi varij cavendi errores.* Tantum quoque jam de fine imperii: Sequitur *Materia ex c.*10.*lib.h.q.* 9.

## CAPUT. XXII.

## De objecto Imperii.

*1. Quid eſt Imperans?*

QVi regiminis potens eſt in Republica, & authoritatem cum poteſtate efficiendi quidvis habet, juxta leges Dei, naturæ & fundamentales Regni capitulationes: atque ſi ſit in Monarchico ſtatu, dicitur imperator, qui in Romano imperio quoque à primo authore Cæſar, & ejus ſucceſſore Auguſtus ſemper dicitur ex Gratia Dei, ut conſtet inde, quod poſt Deum Iehovam neminem agnoſcat ſuperiorem in terris, &c. In reliquis Reipubl. aut imperii ſpeciebus, dicuntur Dominatores. Regentes, Imperantes, Magiſtratus, Superiores, &c.

*2. Quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

2. *Quid ſunt ſubditi?*

SVnt partes imperii, quæ ſummæ poteſtati quoad omnia ſua obligatæ tenentur, propter quod etiam omnibus imperii privilegiis fruuntur; ac quoties ſuperiori ſuo adſurgunt in contrarium rebelles dicuntur. Sed de his alibi plenius. *Deut.* 21. 27. & 1. *Sam.* 15. 23. *Iſa.* 45. 24. &c. Jam ad formam imperii tendimus.

## CAPVT. XXIII.

## De Forma Imperii.

1. *In quonam conſiſtit forma Imperii?*

AUt in abſoluta dominatione, aut in ſubalterna, quæ & legitimæ dicũtur.

2. *Quodnam eſt abſolutum?*

ESt dominatio talis, quæ extra ſuum territorium ſuperiorem non habet, ac ita nemini, niſi immediatè Deo ſubeſt:

2. *Quod eſt ſubalternum Imperium?*

ESt Dominatio quæ vel populo aut Principi ſimul communicata inhæ-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ret, adeo, ut ejus Majeſtas comiter obſervanda ſit cunctis inferioribus ſubditis, unde nec ſuperiores Reipubl. formam mutare facilè valent. Huc etiam referuntur Tributaria Regna; nec non Feudalia, ac quoque Status & Ordines qui imperatorem in ſuis territoriis repræſentant, exceptis iis, quæ ſuperiori ſingulariter ſunt reſervata, unde & territorialis juriſdictio â poteſtate abſoluta differt: attamen Status tales Comitialiter ad conſilia publica regni aut imperii convocari debent. Sed de his *ſupra lib. 1. cap. penult.* judicium factum eſt: Habent autem communes & proprias affectiones.

*4. Quæ ſunt regnorum affectiones?*

HÆ conſiſtunt maximè in eorum arcanis, ſimulacris & privilegiis.

*5. Quæ ſunt Arcana?*

GRæcis κρύφια, κρυπτὰ, ἀπόκρυφα & εὑρήματα vocantur, Latinis vel ab arce; quod tutiſſima eſſe debeant, vel ab arca, quod clauſa in conciliis ſerventur. Sunt enim occulta conſilia, & medicamenta, aut machinamenta, per quæ potiſſimum jura imperii aut regni tuentur, eorumque authoritas fovetur. Quorum communia omnes Reipubl. formas &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

nas & ſpecies permeant. Propria autem ſunt ſingularia, quæ unicuique ſpeciei Monarchiæ, Polyarchiæ, aut Mixtæ peculiariter pro ratione ſtatus ſui & temporis applicantur. De quibus ſingulis in Arcanis Reip. noſtræ agitur.

### 6. *Quid ſunt ſimulacra?*

QVæ ab arcanis his quidem dependẽt, ſed ſpeciem inanem in facto pro amplificatione auctoritatis & conſervatione durationis referunt. Atque hæc ſimulacra tot edunt ſpecies quoque, quot ſunt formæ Rerumpubl. de quibus itidem in noſtris egimus Arcanis.

### 7. *Quid vocas Privilegia?*

DE his, quid & unde ſint, ac quomodo communicentur, conſule *Reſpubl. noſt. Hanſeat. part. 2. c. 10* Atque hactenus de imperii propria applicatione egimus; nunc de uſu officii penes ſubditos quid fundamentale ſubnectemus, ne longis opus ſit ambagibus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## CAPVT. XXIV.

# De Officio ſubditorum.

*1. In quo officium potiſſimum ſubditorum conſiſtit?*

NOn opus eſt, ut longis diſquiſitionibus id inquiratur, quum Chriſtus ipſe, *Matt*, 22. 21. *& Marc.* 12. 17 *Luc.* 20. 25. aperto mandato tali; quod nullam exceptionem in externis habeat, abſolutam obedientiam nobis imponat; dicens: Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris; ac Deo, quæ ſunt Dei. Quod itidem, *D. Pet.* 1. *Pet.* 2. 17. ita his conſtrictiſſimis verbis complectitur, inquiens; Deum timere, Regem honorate. Velut etiam *D. Paul. Rom.* 13, 1. adeo profundè in hoc cor hominis penetrat, adſeverans; quod πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις omnis Anima poteſtatibus ſupereminentibus debeat eſſe ſubjecta. Sub quo præcepto Vniverſali omnes non tantum, cujuſcunque ſtatus, conditionis & Ordinis fuerint, comprehendit; ſed etiam ad intimam hominis partem ſuper ſpiritum mundi penetrat, ut animæ obedientiam poſcat à ſingulis, ne quis fuco tenus ſupremam poteſtatem honoret, quum animæ obedientia: id eſt cordialis inti-

ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

na requiratur. Unde certè non abſque nefario ſcelere, *ait Matt. Chr. in pol. d ult.* illi reſiſtunt Verbo Dei, qui heîc ſubterfugia quærant nonnulla, ut ſaltem carnali libertati potiori vivant in obſervantia. Sed certè Deo reſiſtit, qui Magiſtratui non debitè paret *Rom. ibid.*

. *An vero vox Chriſti Matt. 22. ἀπόδοτε non parit exceptionem obedientiæ?*

SIc quidem dubium aliquod movere heîc conantur, qui libertati carnali adeo ſtudiosè incumbunt, unde & notant, quod Date dicatur, quum potius Reddite ſit, adducuntque Eraſmi interpretationem & explicationem. Sed fruſtrà. Non etenim Chriſti exemplum ſolummodo id docet, qui etiam Ethnico Magiſtratui plenam in vita externa obedientiam præſtabat; ſed etiam *Matt. 17. 27.* tributum & cenſum ſolvebat, à quo ceu filius patriæ potuiſſet liber eſſe. Ne vero ſcandalum inde alii acciperent, etiam ex ore piſcis prius ſolvere voluit ſtatêrem, quàm ulli mortalium offendiculo eſſe. Tam cautè egit ipſe Dominus Dominantium, cui cœlum & terra cum omnibus creaturis inſerviunt. An non ſatis in hoc abſolutam obedientiam erga Magiſtratum demonſtravit? Deinde quod ad vocem ἀπόδοτε attinet etiam

pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

pro ſimplici in uſu paſſim eſt apud Græcos, ceu apud *Demoſt.* ἀποδοῦναι ὅρκους eſt dare jusjurandum, inde non ἀνάδοτε aut ἀντίδοτε dixit, quod reddire propriè ſonat: imo & in æquitante etiam applicat illam vocem ipſi Deo, ut ceu Deo ſuum eſt tribuendum in corde, ita & Poteſtati externæ & Cæſari. Namque ipſe uſque ad mortem obediens erat Magiſtratui, & tamen ait *Ioh.* 8.48. ego honoro Patrem.

### 3. *An vero obedientia omnis complectitur officia in ſubditis?*

OMnino. Qui enim hãc ſecũ perfectè fovet, in eo regnat & pietas, probitas, fidelitas, reverentia, concordia, dilectio, & quicquid tandem officii ulterius requiritur, quum totum cumulum vel cohortem virtutum ſecum ducat omnium: Quippe vera obedientia ex Fide eſt, *Rom.* 16,26. *Hebr,* 11.7. *Iud.* 1.5. Proinde *D. Paul.* omnes ad perfectionẽ eniti jubet, dicens, *Phil.* 4.8. 9. Quod reliquum eſt, fratres quæcunque ſunt vera, veneranda, juſta, pura, amabilia, boni nominis; ſi qua virtus, ſi qua laus, ea expendite. Et quæ didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis, & vidiſtis in me, hæc facite; & Deus Pacis erit vobiſcum. Ita omnibus ſenſibus hoc inculcat ſanctè.

CAP.

## CAPUT XXV.

# De Amplificatione & Curatione Reipubl.

HActenus de officio proprio & proximo imperantium & parentium egimus; quod ſi id rectè ita obſervetur, facilis erit cura reliquorum, ut nõ opus ſit jam de pluribus quid ſuſcipere. Tum etiam heîc multa, quæ ad amplificationem faciunt, referuntur in Arcanis noſtris Rerumpubl. Qui vero diu velit imperare, ac in imperii ſtatu florere ſuo; quique cupiat felix in ſubjectione vivere: illi utrinque Dei Verbum ex toto animo obſervent, & voluntati Jehovæ ſeſe ſubmiſsè ingerant; in Chriſto vivant; Spiritui Iehovæ ſuis opinionum nugis aut profanis rationis externæ habitibus ex Ethniciſmo & aſtrali ductu petitis, non reſiſtant; ſed in omnibus actionibus vitæ dilectionem Dei & proximi quærant. Sic, contra omnia mala ingruentia, remedia tutiſſima apud Iehovam invenient. Namque Jehova jus amat, nec ſanctos ſuos derelinquit: in æternum conſervantur: Semen vero improborum exſcinditur. Juſti hæreditario jure poſſidebunt terram; & in æternum inhabitabunt eam. *Pſal.* 38, 28. 29.

29. Alias Iehova ipſe transfert Regna, ni benè imperes, aut pareas, & hoſtes concitat. 1. *Reg.* 11. 23. 31. *Iob.* 12. 18. 23. & 34. 18. *Dan.* 4. 14, 22. Reliqua ſuo loco invenies plenius.

## CAPVT XXVI.

## De oppoſitis Imperii.

1. *Quænam habet pugnantia Imperium?*

PLurima quidem, *ceu ſupra lib.* 2 *c.* 27. indicatum eſt. ex quibus partim morbus partim interitus & ruina, totalis aut ſubverſio imperio & regno cuivis enaſcitur, ceu ſunt *invidia*, *ambitio nimia*, *ſuperbia*, *contemptus*, *æmulatio interna & externa*, *incuria*, *ſecuritas*, *ſeditio*, *Rebellio ſive denegatio debitæ obedientiæ*, *hoſtilitas aperta aut clandeſtina & quivis motus perverſior*, *&c.* Omnium autem maximus hoſtis eſt *Babylon*, quam toties nobis inclamat & detegit Verbum Dei; ſed nemo audit, nec percipit hanc vocem clariſſimam, quum quivis ſe ab hac Babylonia putet exemptum, & graviſſimè indignetur, ſi quis dicat, quod ſimul in hoc Babylonico numero ſit comprehenſus. Omnes ſibi aliam fingunt Babyloniam; quaſi Romæ, aut in Turcia, Hiſpania, Septentrione tantum &c. reſideat; & nemo ſentit, ſe in meditullij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

itullio ſitus Babylonici hærere, quum
men quiſque non verè pius & à dile-
tione Dei maximè devians, in erectio-
em rurris Babilonicæ multos, opera-
am ſuarum conferat lapides cotidiè &
ngulis momentis.

. *Dic igitur, quænam eſt illa Babylon, in qua quiſque tam grandem opinionis ſuæ abortum facit?*

NOn ſanè ego, nec alius quiſpiam tibi poſſit rectius explicatum dare, nàm *Sac. ille Philoſoph.* cui illa ſapientia Dei talent loquendi formulam in os impoſuit; is tibi audiatur, & cognoſcatur animitus. Cave, ne heîc tranſitoriè altem percurras. Uerba ſunt cordi vivido inſcribenda.

3. *Quænam igitur ejus verba ſunt?*

ILle *in Myſt. magno ſuo cap. 36.* ita ſcribit. Amiciſſime lector in dulciſſima dilectione te admonitum volo, ne mentem noſtram ſecundum affectus, in contumeliam aut calumniam alterius, ex nobis percipere velis, multo minus ut inde poſſit alicujus ſtatus imminui: Sed ſolummodo generalis noſtra erit locutio, ut quiſque eo rectius ſemetipſum ibi examinet: veluti hac ratione myſteria turris Babylonicæ quivis in ſemet-
ipſo

ipſo deprehendere poterit, & numerum quoque falſæ beſtiæ; modo patiente quiſque mentem noſtram intelligat, & ſemetipſum ſimul ſub hanc numerationem includat: veluti certè revera homo mortalis & terrenus unuſquiſqu ad hunc textum referendus eſt. Ideoqu notificabimus heîc, quodcunque tempus heîc procreando produxit manifeſtè. Etenim tempus omnino progenitum eſt, nec ullo obſtaculo inhiberi poterit. Iehova ſupremus ſuum opus in propatulum producet.

Moyſes ait, Nimbrodum, filium Chami regnum ſuum Babyloniæ incepiſſe qui primus dominium ſuum in terri poſt diluvium inſtituerat, ac author turris & urbis Babylonicæ extiterat. Uerum hoc non ita intelligendum eſt, quod Chami liberi ſoli turrim eam erigere voluerint, ſed etiã Japheti & Semi filii quia iſti omnes adhuc in una vivebant conſociatione, atque ſimultane turrim aliquam condere conſtituerant, cujus vertex cœlum ipſum tangeret; ut inde gloriam nominis magni ſibi conficerent. Turris iſta, cui adjacebat ingens urbs Babyloniæ, figuram exhibet defectionis in terreno homine, qui in ſuitatem ſeceſſum fecerat, & formatum Verbum Dei in Idolon ſibi transformarat. Namque proprietas turris hæc erat, ut ibi quaſi ſingulare ſe haberet miraculum,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

quod homines in ſua confinxiſſent opi-
nione, per quam propriis viribus uſque
ad Deum adſcendere poſſent. Atque
ita indicat hæc amiſſam hominis ratio-
nem, de Deo, de habitaculo ejus & eſ-
ſentia.

Homo cum ratione ſua per appetitum
in ſuitate ſenſualis linguæ compege-
rit, & in ſuam proprietatem detruſe-
rit, in quo conceptu verus Spiritus mē-
talis linguæ ex 5. vocalibus ab eo ſe-
ceſſum fecerat. Quod tamen non ita in-
telligendum eſt, quaſi Spiritus planè à
creatura ſua receſſiſſet; Sed libera vo-
luntas hominis, in formato Verbo muta-
ta litterarum, in quibus Spiritus 5. vo-
calium ſe manifeſtabat, ſe ex abnegatio-
ne informati Spiritus, in ſuitatem &
voluntatem propriam, velut ſibi pro-
prius Deus, deduxerat, cujus effigiem
repræſentabat turris illa, in qua homi-
nes, juxta propriæ voluntatis conceptū
& cogitationes rationis ſuæ, ſuis viri-
bus ad Jehovam adſcendere conaban-
tur. Ipſimet omnes à Spiritu Dei deſci-
verāt, & inde Regnum Dei per proprias
vires in ipſeitate ſua ſibi conſtituere &
apprehendere ſtudebant: imo perverſiſ-
ſimè in bono & malo, in proprietatem
divinæ ſanctitatis cum voluntate pro-
pria ex ſemet ipſa genita ingredi cona-
bantur, velut id expreſsè diſſipata lin-
gua indicat, ubi unaquæque proprietas



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

in ſuam ipſeitatem & proprium intel-
ctum ex communi ſenſuali lingua
introduxit, ut nemo amplius alteru
percipere poſſet, quum ſic intellecs
conceptu ſuo captivatus in proprie-
tem ſuæ ſingularitatis abiret ex & ſe-
dum 3. Alphabeta.

Hanc conceptivam linguam Spiri
ſanctus die Pentecoſtes in Sancti Pe
concione recluſit, ubi D. Petrus ex i-
cluſa ſenſuali lingua in una prolatio
linguæ omnes linguas pronunciabat;
que hæc lingua quoque Adami erat,
qua omnibus creaturis nomen ſuum g-
nuinum impoſuit. Proinde nos he
rectè percipite, quidnam Babylon,
turris Babylonica propriè ſit. Vrbs B
bylon, eſt homo Chamicus, qui urbe
hanc in terris exædificavit; Turris v
ro ipſius proprium ſibi appropriatu
Deum, & cultum Dei denotat. Omn
*Rationaliſtæ aut rationaliter edocti*
ſchola hujus mundi iſtius turris Arch
tecti ſunt: Omnes certè qui ſe Doct
res profitentur, & ab hominibus ad ho
munus abſque Spiritu Dei vocantur, i
cuncti operarii & collaborantes ſunt i
erectione hujus Turris & Idoli à pri
cipio uſque mundi; nemine except
Omnes enim ſibi ſaxeas & ligneas ima
gines ad hanc Turrim exſculpunt: Vel
& nomen Nimrodi per quàm clarè i
ſuo proprio ſenſu formati Verbi id in
dicat

cat, quod propria ſecumque conce-
a, & ſibi compactata ſit voluptas, quæ
quaſi proprius ſuus ſibi Deus in ſubli-
e tollendo evibrat, cujus imago tur-
s erat.

Ideoque Deus hominibus in ſuo con-
sè concepto intellectu figuram talis
tmara proprietatis exædificare ſine-
t, ut eſſet effigies & teſtimonium,
id homo coram Deo in abſurditate
a inde eſſet, &c. Namque tenebroſus
undus iræ Dei in homine ſe manife-
ret, ex quo craſſa terrenaque proprie-
s progenita erat, quæ etiam planè ca-
vum ducebat hominem, & ita ſiſte-
t imaginem ſuam quoque tanquam
oprium Deum. Inde Turris illa imago
at tenebroſi mundi, quum homines ibi
tenebroſa ſua ipſeitate ex ſe Deum
ſpicere cuperet. Quod induat terre-
m hominem, qui coram Deo velut
ris exiſtit, & exhibet imaginem di-
næ adſpectionis juxta malum & bo-
m quaſi in ſimilitudine factæ ſibi vi-
t. Quippe vera hominis vita erat for-
tum Verbum, quod in propria cupi-
tate evadebat in ſui ipſeitatem & ta-
n imaginem coram Deo, uti turris iſta
i indicat. Mortales omnes uſque ab
damo, quotquot de Deo docuerunt
que divina inſpectione Spiritus Dei
eſe, illi cuncti ex hac Turri confuſæ
guæ locuti ſunt & docuerunt. Atque



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

exinde controverſia de Deo & volun-
tate ejus eſſentiaque exorta eſt, quo
quiſque ex hac ipſeitate ſui concerta-
tionem de Deo moverit. Jdeoque aliu
voluit, ut tegatæ ad ædificium huju
Turris afferrentur; alius ſaxa & lapides
tertius bitumen, quartus ligna, aqua, at
alia neceſſaria; ſic multivarii extiteri
architecti, dum quiſque ex proprietat
linguæ ſuæ laborabat: Quiſque turrin
hanc in ſuo fundamento proprietat
ſuæ exædificare ſtuduit, ut ita quilibe
ex ſua materia ſolus ſibi eam erigere
pro admirando mirabili ſuo, & ſic totiu
mundi oculos in ſe converteret.

Sed quum aliæ gentes reliquarum re-
gionum cernerent, quidnam iſte vel ill
exædificaſſet, continuo id contempſe-
runt dicentes, quod ſuæ regionis ma-
teria longè aptior eſſet ad ejuſmodi tur-
rim erigendam, &c. Vnde hoc eo u-
que duravit, ut quilibet in ſuperbia ſu
ad litem tantam excreſceret, quæ illo
mirè diſſiparet, imo & eos adinvicem
ad cædes mutuas provocaret ob cogni-
tionem iſtius turris Babylonicæ. Hin
tot perſecutiones & interneciones va-
riæ exortæ ſunt, ut quæcunque pars ſu-
perior evaderet, denuo eandem turrin
ex ſuis viribus reædificare incipe-
ret, &c.

Jta mira erat confuſio, propter lin-
guarum confuſiones & diſſipationes, ut
intelle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

intellectus uniformis nequiret reſuſcitari, quum quælibet gens putaret, quod altera pars in virtute intellectus ſanioris non eſſet ſufficiens juxta formatum Uerbum. Atque hinc tandem exſurrexit contemptus Religionis, velut agnitionis Uerbi. Nam ſenſualis lingua ſecundum multitudinem ſe compactam exerebat, atque ſic Idola in lite hominum compacta enaſcebantur linguarũ, ſeque ira æternæ Naturæ, atque in hac habitans Princeps Diabolus cum legionibus ſuis ſubmiſcebat, ut ita Antichriſtus imperium obtineret, qui turrim Babylonicam plenè repræſentet, quum ſit propria voluntas Chamici hominis in templo Jehovæ, quæ locum Spiritus ſancti peſſimè occupavit. Namque Templum Dei Verbum ejus eſt formatum in Eloquio humano & lingua intellectus humani, veluti Scriptum eſt: Uerbum tibi propè eſt, nempe in ore tuo & corde. At oppoſitum ejus & habitatio Diaboli monſtroſa eſt proprietas ex tenebroſo orta mundo.

Jn Verbum hoc formatum intellectus divini Antichriſtus, velut voluntas ſuitatis ex proprietate naturæ ſibi imperium acquiſivit, & inde inſolentiam ſuæ proprietatis naturalis mirificè oſtentat, quaſi ipſa eſſet Deus, quum tamen merè condemnatus & execratus ſit filius, qui morti deſtinatus eſt, qui nequit hære-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

dem agere Regni cœleſtis: quia non
voluntate Dei creatura facta eſt; ſed
voluntate ſuitatis prodiit: ſicuti Diab-
lus, qui Angelus erat primi principii
que inde ex ſuperbia ſua diabolus, ev
debat: Jta quoque idem nobis hoc
Antichriſtiana Babylonica beſtia pr
priæ rationalis voluntatis intelligēdu
eſt, quæ ſe divinam vocitare gaude
quum tamen ſaltem ſit monſtrum ve
hominis, qui in Adamo ſanctæ imagi
Dei & Spirituali mundo emoriebatu
atque in Verbo, quod rurſus in huma
proprietate per Chriſtum ſe manifeſt
bat, debet omnino de novo renaſci, a
planè ſanctum Verbum, tanquam info
matum Verbum divinæ virtutis, adſpic
re nequit.

Hoc ſanctum Verbum in compacta
en ſualē linguam redire debet, eamqu
diſcerpere, ut totalis intellectus om
nium linguarum in una rurſus manife
ſtetur, velut Chriſtus de lapide angula
loquitur, qui rupes offenſionis erat; i
quem autem incidat, quod illum con
terat.

Atque ſic jam percipite, quidnam An
tichriſtus aut Babylonica meretrix cum
Draconali beſtia (uti in Apocalypſi ap
paret) propriè ſit. Quiſque mortalium
qui non ex Deo renatus eſt, ſignum be
ſtiæ & falſæ meretricis ſecum geſtat.
Beſtiam animalis homo Chamicus re

fert,

rt, tanquam ex limo terræ, ſecundum craſſitiem ejus & malitiam, qui ex tenebroſo mundo natus ortum ſuum habet, & in maledictione Dei ſtat. Beſtia hæc cum Adamo & Eva, quum imaginatione ſua malum bonumque appeterent, exorta eſt, & in proprietatem ſui propriam à Dei poteſtate flectendo cõceſſit, unde ſaltem coram Deo beſtiam refert. Hanc beſtiam Diabolus infecit miſerè ſuis cupiditatibus, & planè monſtroſam fecit, ſuamque ipſi introduxit libidinem, ut ſolummodo perditam vanitatem appetat, ceu vacca gramen.

Meretrix autem beſtiæ eſt miſera in vanitate ſua captiva anima, quæ in Formato Verbo 3. Principiorum conſtituta fuit, quæ imago Dei erat; hæc per beſtiæ libidinem ſibi propriam peperit voluntatem, quæ à Deo deficiendo in ſuam ipſeitatem ingreſſa eſt ſibi, ceu ſibimet ipſi progenita creatura, quum ea agat, quæcunque ipſi placeant, nec ea, quæ Spiritus Dei velit aut jubeat. Hinc iſta propria atque à Deo deflexa voluntas, eſt revera Meretrix Beſtiæ, quæ cum ſemet ipſa in ſuperbiæ libidine & ipſeitate ſua perpetuam exercet fornicationem.

Jam vero miſerè captiva anima in craſſa hac Beſtia, & in propriè progenita voluntate, tanquam in Meretrice extremè vincta jacet, & anhelando ſu-

ſpirat Deum, ex quo egreſſa erat, ac quærendo anxiè circumſpicit, ubi vera illius patria quietis inveniri queat. Sed quum Meretrice hac inveſtita & obvoluta ſit, hujus meretricis voluntate unicè ducitur, & iſta opinione eam afficit, quaſi in animæ cupiditate formoſiſſima filia Dei ſit, cui poſſeſſio cœli deputata ſit: unde Sanctam ſe proclamat admodum, & quaſi Deum maximum ſe geſtat, cui omnes debeantur honores & adorationes. Quum vero hæc Scorti progenies, nempe falſa ipſeitatis ſuæ voluntas, prorſus nequeat ex ſe locum Dei adſpicere, proinde ſtulta voluntas iſta in viam proprietatis ſuæ relabitur. & ſe in revelatum Verbum litteraliter cum habitu ſuo ingerit, ſe filiis Dei illis accenſens. qui ex vivido Verbo locuti ſunt, quum tamen ſaltem externo litterali habitu ſe veſtiant, & nihilominus clamitare ex protervia ingenti auſint: Heîc locus Dei: Heîc cœli janua: Heîc Deus manifeſtus, &c. Sed eſt progenies Scorti &c. Atque eadem beſtiali monſtroſo homini inſidet, & equitando eũ ſic agitat, ceu equum proprium; eſtque dimidiatus diabolus cum beſtia animali: Vnde neceſſum eſt, & debet omnino mori, aut anima nunquam poteſt liberari ab ea, ut ſic redux vultum Dei adſpiciat.

Meretrix iſta vires ſui intellectus ex

natura

natura mali & boni compacta, nempe ex tenebroſo & externo mundo mutuata eſt; ſed nobilem imaginem Dei ex cœleſti Ente, penitus ſibi abſorpſit, ut vix ſit porcarius, in filio perdito à Chriſto adumbratus. Atque ſic intelligimus, quænam Antichriſtiana Babylonica meretrix in homine ſit, quæ ex diviſione proprietatum & lingua exorta eſt, &c.

Jdeoque noſcatis etiam hoc, quod multitudo Fidei opinabilis ex diviſis linguis progenita ſit, unde quælibet gẽs in proprias ſuas opiniones ſe deduxit, ut ita in iis confuſio conſiſtat, ceu myſterium ingentis Babyloniæ, quæ in ignem æternum præcipitabitur, niſi per Spiritum Dei ad Chriſtum maturè revertatur, &c. Hujus meretricis ipſeitate omnes falſi ſpirituales veſtiti incedunt, qui abſque Spiritu Dei habitum docendi myſteria regni Cœleſtis ſibi arrogant; quum ſaltem ab externo litterale Prophet. & Apoſtolorum Verbum induerint, & inde teſtimonium Bibliorum ſibi adſcribant: Verum ſenſum proprium ex Meretricis Ente huic intruſerunt, & beſtialis ipſeitatis vim juxta carnis opinionem locuti ſunt, quam Daniel Prophet. per Maoſim exprimit. Huc totum illud caput Dan. referendum eſt, &c.

Jam nos ob hujus imagines pugna-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

mus ſtulti, ubi quiſque opinatur , ſe meliorem habere, quando vero ejuſmodi imagines omnes in unam linguam reducuntur, & imagines tales mortificantur; tunc ſtatim vivificans Verbum Dei, quod omnibus rebus vitam & robur largitur, manifeſtatur, & omnis pugna concidit, Deusque omnis in omnibus eſt. Quapropter dicimus, veluti id ex gratia Vnius iſtius nobis detectum eſt, quod omnium mortalium opinio & ſcientia de Deo, de ejus Eſſentia & voluntate abſque lumine divino hoc, Meretricis iſtius beſtia ſit, quæ ex compacto ſpiritu habituali litterarum exorta eſt, ubi ſolummodo litigium litteralis intellectus fervidè agitatum fuit.

Miſerè certè 5. Vocales in Alphabeto amiſimus, quæ ſpiritus litterarum omnes in harmoniam introducunt: ſed 5. vocales quaſi mutæ reſpectu reliquarum litterarum redditæ ſunt, quum tamen illis vitam præbeant: quia nulla efferri poteſt littera, niſi vocalis ſit, quæ exprimat. Proinde nobis nullum aliud reſtat conſilium amplius, ad conjunctionem novam, quàm ut prius nobiſcum, in nobis refloreſcat concordia, & unus ſimus populus, una arbor, quaſi unus homo in anima una & corpore; quod facilè fiet, ſi imagines litterarum confringamus & mortificemus, nec ulli vitam relinquamus diſtractionis; nec aliud quid de Deo

ſcire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

ſcire & velle expetamus, quàm unicum iſtud unum, quod Jehova in nobis ſciri velit, & ſic animæ eſuriem & deſideriũ unicè & ſolummodo, abſq; ulla alia ſcientia in 5. vocales immergamus, in quibus maximè ſanctum nomen I E H O V A aut I E S V S, videlicet vivum Verbum, quod omnibus rebus vitam ingerit, manifeſtum eſt, ac non ſecundum naturæ externæ proprietatem in diſtincta multitudinis voluntate; ſed in unico amoris ſole ſolus patet; veluti externus ſol toti mundo lucem cum virtute largitur.

Sic etiam unicum hoc nomen in ſua virtute cunctis litteris vitam & intellectum communicat, &c. Litteralis forma in ſenſuali lingua eſt beſtia mala quæ in propria poteſtate dominari cupit. Jn malam hanc beſtiam Spiritus 5. Vocalium, nempe nomen I E O V A, qui J E-S V M cum H. ſuo inſpiravit, ſe immiſit, & beſtiam ſeu voluntatem propriã mortificavit cum ſpiritibus Conſonantiũ ac naturalẽ hominem verum Tinctura Sanctiſſimi nominis Uocalium aut I E S VS tingendo imbuit, & mortem ſive necatorem in litteris ſuis amore interfecit, ipſique voluntatem ſuitatis confregit, ne amplius ſpiritus litterales poſſint in cõpactam ſenſualem linguam introducere. Quia ipſi ſunt mortui & Spiritus J E-HOU A in I H E S U vita eſt facta, ut non amplius ipſeitati ſuæ in natura iræ vivant;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vivant; ſed omnes quod vivunt, Deo vivant, &c.

Jam omnia in eo ſita ſunt homini, ut ipſe quoque imagini litterarum in ſemet ipſo moriatur, & ex omni rationali ſcientia naturæ maledictæ & Babylonicorum architectorum, vocentur, ut ut velint, excedat. & unicam hanc IHESV vitam ingrediatur, nec ullam hujus viæ cauſſa diſputationem ineat, ubi ſit, ſed ſimpliciter cogitet hoc, quod intus in ipſo ſit, & omnia propterea relinquat, ſive ars ſit Syllogiſtica aut ſcientia, ut ita ſibi ſit undique concors; ſe Unitati dedat, nempe Voluntati Iehovæ, &c. omnemque doctrinam in hoc unũ introducat, ne quid ulterius doctrina addiſcere facere & loqui velit, quam quod Deus per ipſum velit. Sic omnes imagines in eo moriuntur, & vita animæ in vividum Dei Verbum incidit, quod in humanitate noſtra ſe denuo manifeſtavit. Etenim ingens Beſtia Meretricis Babylonicæ in nobis hæc eſt, quod nos in imagines litterarum introducamus, & inde opiniones nobis compingimus, quæ nil aliud niſi hæc beſtia ſunt: A quibus ita planè abſtinendũ, ut noſtram ſuitatem nuſpiam agnoſcere velimus, ut Jehova ſolus in nobis ſuam undique reportet gloriam, & ipſe ſolus ſua dignè recipiat dona ac munera.

Sic ſol divinus ex nobis ritè relucebit per-

bit per nos, ſimulque operabitur pro ſuo nutu. Similiter nos quoque vires eas, quas ſol divinus in nobis operatur, in alios ſpargere debemus abſque ullo recompenſationis reſpectu aut utilitatis ullius: attamen qui prodeſt nobis in vita, huic gratitudinem reponamus; ſed nemini hypocriſin propter authoritatem ſuam vendamus, ne ſplendore ipſius falſo nos commaculemus: puri ſimus; ceu ſol æqualibus radiis & virtute terram tingit, omnibus vitam & vires largiendo. Ex talibus jam cognoſci poteſt, num quis Doctor à Deo miſſus ſit, aut ſaltem litteralis ſervus ſpiritus. Si ex ſancta dilectione renatus prodit, in lumine cognitionis divinæ vivit & intellectu ejus, & loquitur ex Ente divino 5. vocalium ac Spiritu Dei; docet & redarguit potenter, nec opinionis imaginem ſibi fovet; quia ex Spiritu Dei docet. Quod ſi vero ſit Architectus turris Babylonicæ, ex litterali habitu natus, hypocritam, adulatorem, gratiæ humanæ receptatorem, & eorum, qui Maozin cum eo colunt in habitu opinionis ſuæ, fautorem agit cum duplici lingua; ſuperbiam amat cum argento, invidia, calumnia, ſui ignarus; gloriatur ſuæ ſapientiæ, nec tamen eam ſcallet, ſed ſolummodo Architectus eſt Babylonicæ turris, qui figuram ſuam alios docere cupit, ipſe indoctiſſimus in Deo,

qui

qui ſaltem compactum litterarum habitum profiteatur pro opinione Religionis in turri Babylonica: Ac qui ipſi ſe adſociant, & compotes ejus fiunt opinionis referunt civitatem Babylonicam, ceu filios Nimrothi, qui per hanc turrim in cœlum conſcendere ſatagunt, & quidem perpetui ſunt in hoc labore; ſed quando finis conſtellationis externarum litterarum inſtat, corruit turris, & homo externus cum opinione ſua; ubi tũc nil conſilio reſtat, niſi ut in Spiritũ Dei & vocalium ad Chriſtum revertatur, &c.

Atque hæc dicta ſint de Turri Babylonica, veluti Spiritus Dei hæc nobis ſuggeſſit, unde Lectorem monemus, ut in amore ſe examinet; tunc ſe inveniet, ubi ſit. Non hæc in contumeliam ullius ſcripta ſunt: Sed Spiritus Jehovæ ita aperto ore loquitur, & indicat, quid hoc omne ſit, & in quem finem cuncta ſint facta. Quod vero tam multa de Beſtia & Meretrice Babylonica ſcribantur. Cauſſa hæc eſt, quod finis ejus inſtet, & confringi debeat prorſus. Vt hæc mortales agnoſcant, inde manifeſtari oportet, &c. Omnes imagines opinionum cum Beſtia & Meretrice concident; alia nulla adeſt remedii medicina, &c. Jdeo concident ſectæ omnes cum hac Meretrice, quæ ejus ſigna geſtant, &c. Quiſque mortalium cogetur opinionis ſuæ

imaginem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

imagiuem & Idola confringere in ſeſe. Ac niſi hoc velint, Jehovæ certè hoc efficiet feruor. &c.

*Inde capt. 41. ad fin. ait.* Hæc non ego dico, ſed ſpiritus mirabilium apud omnes populos. Quare ſuccinge te, tu Antichriſtiana Babylon, & devora multum ſanguinis. Namque ipſa es, NB. quæ tu temetipſam conſumendo devoras. Tibi ita nullum prodeſt conſilium, quum omnis pœnitentia à voluptate tua abſit. Sed filiis Dei ſubjugo tuo hæc ſcripſimus, vel agnovimus, & vidimus eos, Quæris Babel, ubi ſint? &c. Sub tortura tua in miſeriis ſuis illi progenerantur: at tu ſtultos eos vocas, nec noſti illos. Nemo alienigeni Adventum expectet. Tempus jam adeſt natum. Vale.

FINIS.

M. STA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# M. STAT. BVSCHERI
## Theolog. Hannov.

## PARÆNESIS EXIMIA.

Monſtrans egregiè quàm turpiter Chriſtianiſmus cũ Ethnicíſmo in educatione juvenili commiſceatur, cui medicinam in tempore juſtam anxius quærit.

### *Chriſtiano Lectori.*

SICVT omnibus hominibus hæc meta unicè præfixa eſſe debet, ut à maximo malo: in quo hærent ad ſummum bonum transferantur, id eſt à peccato ad juſtitiam, à miſeria ad beatitudinem, à diabolo ad Deum; Jta in ſcholis Lector optime, ceu officinis proprii hominis boni id unum præcipuè ſpectandum, & agendum eſt, ut flexilis adhuc ætas per peccatum à Deo unico & vero bono ſeparata, ad malum vero proclivis, & adamantino nexu cũ ipſo devincta, ad Deum omnis boni fontem, abnegato & excuſſo peccato reducatur.

Huc directæ erant ex Dei mandato in

Eccleſia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

cclesia Jſraelitica publicæ ſcholæ ſa-
erdotum , quorum munus inter cæte-
a erat , docere filios Iſrael omnia ſta-
ita Domini, & cuſtodire doctrinam, ut
x ipſorum ore, ceu Angelorum Domi-
i, legem divinam cognoſcerent ; tum
tiam prophetarum , qui juventutem à
anitate & malitia ſeculari avocabant,
d cognoſcendum & amandum Deum,
cut Salomon inſtitutus erat in ſchola
Nathanis; ut intelligi poteſt ex ejus pro-
erbiis & Eccleſiaſte ; Eliſæus in ſchola
liæ, ut ipſius hiſtoria oſtendit. Quin
c domeſtica inſtitutio ſingulis patribus
amilias demandata hoc unum præci-
uè requirebat , ut enarrarent filiis ſuis
um ſtatuta tum opera Domini ad veram
ietatem & timorem Dei ipſis inſtillan-
dum. Jta in novo Teſtamento Chriſtia-
norū liberos Paulus *Eph. 6. v. 4.* vult edu-
ari, in diſciplina & doctrina ſeu moni-
is Domini , quæ nempe ad Dominum
pſos ducant , & in Chriſto gratos Deo
lios parturiant.

Quod ſi finem publicarum ſcholarum
poſt Apoſtolorum tempora inter Chri-
tianos erectarum reſpicimus, certè alius
s nullus, nec eſſe debuit, quàm ut verus
Chriſtianiſmus in iis propagaretur , &
uventus à gentili profanitate ad veram
ietatem revocaretur : *Quorſum enim
nformatio puerorum , niſi Chriſtus in ipſis
formetur ?* Ad diaboli enim filios edu-

 trien-

triendum ubique ſcholis opus non eſt. Habet enim ille ad eam rem ſcholam ſat frequentem, ſat celebrem, ſat magnificam; mundum nempè, ejuſque vanitates: quin & Magiſtros fideles, induſtrios & laborioſos, impios; nempè univerſos exterius ore & opere peſſima quæque docentes,& congenitam cuique pravam concupiſcentiam interius ſugerentem, & inſtigantem. *Quid ergo Chriſtianorum ſcholæ, ſi ab iſto tenebrarum principe ad Chriſtum veram lucem non ſollicitè ducuntur adoleſcentes? Si è Diaboli ſchola erepti non tranſplantantur in cæleſtē Chriſti Academiam? Hi non ab ecta gentili vanitate in gloriæ mundanæ aucupiis, in oſtentatione falsò celebratæ ſcientiæ, in aurium inani titillatione ſive ex verborum incruſtatis ampullis; ſive ſubtilitatum ingenioſis nexibus, ad ſolidam in Chriſto gloriam ad ſapientiam ſpiritus, ad amorem Chriſti omni humana ſapientia meliorem & auguſtiorem præ omnibus aſpirare vita & voce docentur?*

Summum hominis bonum eſt animæ ſalus, & exinde naſcens Dei gloria; huc juventus duci debebat à tenerrimis unguiculis per doctrinam Verbi Dei, adminiculo inſtitutionis publicæ & privatæ; in hoc præcipua & maxima educationis cura inſumenda erat; Quod fieret utique ad hujus etiam vitæ neceſſitates, ſeu publicas ſeu privatas & facilius & utilius informari poſſent adoleſcentes;

cèntes; Vbi enim regnum Dei primo quæritur, ibi hujus vitæ bona facilè adjiciuntur, & majori cum tranquillitate ac facilitate poſſidentur & uſurpantur; Quanto plures ergo erunt in civili ſocietate, ſive Magiſtratum ſpectes, ſive ſubditos; Parentes æquè & familiam, huic regno verè & ex animo addicti, tanto minus erit injuſtitiæ, laſciviæ, ſuperbiæ, beluinarum voluptatum, atque ex his naſcentium moleſtiarum, turbarum & calamitatum; plus vero æquitatis, temperantiæ, modeſtiæ, humilitatis, patientiæ atque hinc exiſtentis pacis & tranquillitatis, quum alioqui tot leges & pœne vix unam & alteram virtutem ab hominibus, extra Chriſti regnum conſtitutis, extorquere poſſint, *ut ait Lutherus: in lib. de Conſtit. Schol. ad Civit. Germ. Tom. 2. H. Ien.* Unde ſerio hortatur idem, ut ubi ad propulſandam Turcarum rabiem aureum unum impendimus, hic neceſſitate maxima compulſi vel cētum erogemus, ſaltem unius adoleſcentis rectè educandi gratia, quem in virum verè Chriſtianum evaſurum ſperemus; Atque hunc in finem præcipuè in ſcholis omnibus, ſacra tractari è re æſtimat.

Sed uti ille tum temporis aliquo uſque quidem rem promovit, ut loco monaſteriorum ſcholæ paſſim exſtruerentur, ad inſtituendam juventutem, qui autem conſilium ejus in pueris ad Chriſtū

præcipuè ducendis, ſequerentur, pauciſſimi inter Præceptores reperti ſunt, dum plerique omnes in decretis Ariſtotelis & reliqua gentili profanitate inculcanda toti nihilominus fuerunt, verè Chriſtianam autem pietatem levi tantum brachio contrectarunt. Jta minus mirandum hodie, pleroſque omnes in ſcholis toto niſu profanis ſtudiis incumbere, de Chriſto obiter tantum, velut canis è Nilo deguſtare; ubi Lutherus, præ faſtuoſa carnis ſapientia, adeo fætet multis, ubi pietatis Chriſtianæ ſtudium, ut leve & facile æſtimatur ſapientibus hujus ſeculi. Jta levi tantum brachio & perfunctoriè tractatur, ubi Chriſtianæ fidei doctrina profanis & inanibus Ethnicorum inventis ſervire cogitur; *Vnde fit, ut excluſa vera pietate, regnet etiam in medio Chriſtianiſmo impietas, ſecuritas, hypocriſis & diabolica malitia; uti ex gentili doctrina ac inſtitutione gentiles etiam naſcuntur animi, gentilis ſpiritus, gentilis etiã vita hominum.* Semper enim ferè talis eſt unuſquiſque, qualem ſtudia faciunt. Ideoque ex profanis ſtudiis profani etiam affectus conferrim ſequuntur, *ait verè Melanchthon*, ut non immerito cum *B. Arndo* aſſeverare poſſimus, majora eſſe lacrimis mala illa, & graviſſimam juventutis Chriſtianæ perniciem, quæ ex lectione & inculcatione tot profanorum librorum gentilium apud ipſam exiſtit.

Olim

Olim Iſraelitæ ex converſatione vicinarum gentium induebant ipſarum etiam mores, ſuperſtitionem, omnemque omnino impietatem: Et nos ſperemus, teneram ætatem è tam ſolicita gentiliũ authorum prælectione & inſtillatioue non colorem aliquem gentilis malitiæ ducturos? ſiquidem vivunt adhuc in libris ipſorum etiam vitia, quæ eo facilius adhæreſcunt incautis animis, quo magis, naturali privati cognata ſunt, & non raro ſub maximarum virtutum nomine non ab ipſis tantum, ſed à noſtris etiam hominibus venditantur. *Lutherus* (*Tom. 1, G. Ien. p. 310. ex 2 Maccab. 4*) de ſui ævi ſcholis queritur, quod nihil aliud ſint, quàm Gymnaſia Epheborum & Græcæ gloriæ, in quibus regnet cœcus Ariſtoteles, unde etiam profanam hominum catervam è ſcholis exire ait, juventutem in medio Chriſtianiſmi miſerè perire, eo quod Euangelium & ſacræ litteræ, cum ipſis aſſiduè non urgeantur, & exerceantur; *Denn es muſs alles verderben*, inquit, *das nicht Gottes vvort ohn vnterlaſs treibet.*

An non etiam hodiè in ſcholis Chriſtianis (quæ eſſe merito debebant) præcipua cura convertitur ad gentilem falſam Philoſophiam & virtutes, imo vanitates etiam & turpiſſima vitia cognoſcenda; fides & vita Chriſtiana extremis tantum digitis attingitur? *An*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

*non plus temporis impenditur ad Græcam gloriam ex Ariſtotele ejusque ſimilibus aucupandum, quàm ad cognoſcendum & amandum Chriſtum? Quid ergo mirum, ſi mundo ejuſque bonis plerique educantur adoleſcentes, cælo & divinæ gloriæ pauciſſimi?* ſi tot profanæ beluæ è ſcholis Chriſtianis exeunt in omne vitæ genus Ethnicis ipſis in vita & ſtudiis ſæpe deteriores? Vt illud Prophetæ (*Eſaia. 17. v. 11.*) hic merito uſurpare liceat. Quia oblita es, inquit, Dei ſalutis tuæ, propterea plantabis plantas amariſſimas, & palmitem extranei ſeminabis. Jn die plantationis facies, ut adoleſcat & ſemen tuum maturè germinet: At tempore meſſis, cum fructus metendi & poſſidendi erunt, cumulatim dimetes dolorem deſperatum & ærumnoſum.

Annon in pleriſque Chriſtianorum ſcholis, dum prima & potiſſima cura tribuitur Ariſtoteli, Ciceroni, Virgilio & id genus pluribus profanis & damnatis Ethnicis. Deus ſalutis noſtræ oblivioni traditur maximam quidem partẽ? *Annon Chriſtus cum ſua ſapientia collocatur poſt gentilem vanam illam Philoſophiam? Lumen poſt laternam?* Annon extranei palmites magno cum labore & impenſis è ſpinetis Ethnicorum ab eccleſia longè lateque diſſitis transferuntur in ſcholarũ Chriſtianarum ſolum; vernaculi autem palmites è Chriſto germinantes negli-
guntur,

guntur, defringuntur & proteruntur? Annon amœniſſimæ mundi plantæ conſeruntur in ſcholarum ſeminariis, quæ ſubtiliter diſputando, comtis & calamiſtratis voculis, imo impexis nonnunquam ac horridis ſuperbiendo, & nulla non ferè gentilis gloriæ parte ſeſe oſtẽtando maturè ſatis adoleſcunt,& florẽt? ſed, cum ſolidi fructus ex hiſce tam anxiis ſtudiis tandem decerpendi ſunt, ad vitam verè Chriſtianam & beatam, tum nihil aliud exinde ſperandum reſtat, quã ſplendida miſeria & dolor deſperatus?

Nimirum homines exinde naſcuntur in vita publica & privata ad gentilem jactantiam & oſtentationem omnẽ ſuam ſapientiam referentes nomine quidem & profeſſione Chriſtiana, ſed animo & vita planè gentili. Quorſum ergo ſuaves illi & frequentes in ſcholis ingeniorum flores, ſi nulla ibi Chriſti cognitio, nullus amor, nulla imitatio, ſed inflans tantum mundi ſapientia, laſciviendi, potandi, ſuperbiendi, mentiendi, otiandique libertas? *Quid aliud ejuſmodi ſcholæ, quàm juvenculorum vitulantium ſtabula, imo leonum, canum, porcorum, quin etiam incarnatorum Diabolorum ſeminaria?* Jta ſat floridæ, ſat celebres erãt quadringẽtæ illæ Hieroſolymitarum ſcholæ ſub Chriſti adventum, ceu templa ſapientiæ totius orbis terrarum; Sed in rei veritate vanitatum ſecularium omniſque im-

pietatis & malitiæ diverſoria exiſtebāt. Vnde poſtmodum, ceu è Diaboli ſterquilinio ex his egrediebantur nocentiſſimæ veſpæ & crabrones, ad Diaboli regnum complendum; Chriſtum autem ejuſque diſcipulos pungendum, perſequendum, occidēdum; Vti hiſtoria Chriſti, & Apoſtolorum oſtendit.

Quod ſi in noſtris ſcholis, quæ Chriſti nomen præferunt, Chriſtus magis quæreretur, quàm gentilis profanitas, & ſecularis vanitas, utique ex iis non tam multi exiiſſent hactenus & adhuc exirent, qui in Eccleſia in Re publica & privata, adeoque in ipſis etiam ſcholaſticis officiis, poſtmodum mundo magis & inferno viverent, quàm Deo ſervatori ſuo Chriſto. Nunc cum amiſſo Chriſto, ad captandum vulgi plauſum, ad faciendum lucrum, ad aucupandum diſcipulorum animos, ad criſtas mundanæ ſapientiæ oſtētādum plerique omnia referunt, atque ita quidvis indulgent, nūc diſcipulis, nunc ſibi; mirum certè non eſt, ex hiſce baſiliſci ovis peſſimas excludi viperas, *ut ait Propheta*, homines nempe peſtilentiſſimos in omni vitæ genere, qui nihil ſciunt, quàm alios calūniari & perſequi, & tantum non carnifices bonorum fiunt, *ut ait Lutherus; in com. hui. l.* Qui ſuam in omnibus gloriam quærunt, non Dei: ſua ſe ſcientia inflant, proximum inficiunt, in vita beluis,

quàm hominibus ſimiliores, labes & maculæ, deliciis affluentes, in conviviis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti; ineſcãtes infirmorum animas, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii, fõtes ſine aqua, & nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur; Quomodo B. Petrus eos deſcribit.

Ejus farinæ multos, & nunc paſſim in Eccleſiis Rebuspublicis & ſcholis Chriſtianis, ſub ipſo pietatis pallio, inveniri & vitio inſtitutionis publicæ & privatæ tales evadere, res ipſa loquitur; Quando fontes iſtorum, in puerili & juvenili ætate non diligenter obſtruuntur, nec ad Chriſtum diſcendum, & amandum cura educationis præcipua convertitur. *Quomodo enim ad Chriſtum diſcendum ducant alios, qui ipſimet Chriſtum non noverunt? Quomodo ad vitam Chriſti imitandum inſtruant, qui Chriſtum ipſi non imitantur, ſed Diaboli veſtigia ſequuntur, ejuſque vivam imaginem in maxima vita ſuæ parte exprimunt, libere & palam heluando, laſciviendo, ſuperbiẽdo, mentiendo, calumniando, lucrum captando & ſimilibus? Quomodo hi fontes vitiorum in diſcipulis obſtruant, quos in ſemet ipſis ubertim propullulare patiuntur?* Tales enim nunc in ſcholis præceptores publica pecunia conduci & enutriri & piis & probis non raro

etiam præferri, clamat quotidiana experientia. De erudito præceptore interdum quidem ſoliciti ſunt aut eſſe certè videri volunt nonnulli ſcholarum curatores, quamvis, nec deſint in doctiſſimis quibuſque & ignaviſſimis ſui ubique promotores, qui eos ceu inutilia pondera ſæpè magna vi ad tam ardua & ſancta officia devolvunt & intrudunt: Alii nominis celebritatem magnam in præceptore, bonum eſſe judicant; morum elegantiam non pauci etiam magnoperè requirunt in deligendo præceptore; Aliique alia ſtudioſè attendunt: *At de pio, probo & modeſto præceptore juventuti præficiendo, quis unquam ſerio cogitat*? ſi doctus eſt, ſi eloquens, ſi moribus ſeculi accommodus, hoc nobis nunc ſufficit ad bene informandos adoleſcentes; ut bene peritus ſit doctrinæ Chriſtianæ, ut ipſe etiam pius & Deo devotus Chriſtianus, id ipſius conſcientiæ committitur, ſi ſalvari velit. Hinc eruditos quidem illi diſcipulos nonnunquam mundo gignunt, ſed pios cœlo gignere non poſſunt; *Quales autem ipſi ſunt in vita tales plerumque evadunt diſcipuli, ſaltem aliqua ex parte ſive jactabundi Thraſones, ſive loquaces ſcurræ, ſive inutilium ſtropharum & quiſquiliarum aucupes, ſive ſtrenui potatores, ſive Euclones, ſive quicquid aliud in præceptore vitij hæret, id tranſit paulatim in diſcipu-*
„ *lum etiam neſcientem*; eaque ratione

„ in ſcholis ſuam cloacam Diabolus æ-
„ dificat & infernali ſpurcitie implet, in
„ quibus Chriſto ſanctum domicilium
„ ſtruendum & puriſſimo auro ſinceræ
„ pietatis exornandum erat,
„ Hoc ergo Diaboli regnum, hic pro-
„ fanus Ethniciſmus ut deſtruatur in
„ ſcholis Chriſtianis, & è contrario
„ Chriſti regnum, & verus Chriſtianiſ-
„ mus ædificetur, opera danda fuerit iis,
„ ad quos Scholarum cura pertinet, ut
„ præceptores una cum Chriſtiana diſ-
„ ciplina & Chriſtianæ etiam vitæ vivis
„ & præſentibus exemplis quàm dili-
„ gentiſſimè inculcent juventuti do-
„ ctrinam Theologicam, de fide, & vita
„ Chriſtiana, tum enarratione librorum
„ ſacrorum, tum exercitationibus ſacris
„ in ſcribendo, diſputando, declamando
„ & ſimilibus, tum etiam locis Theolo-
„ gicis præcipua Chriſtianiſmi capita
„ cõplectentibus, diligentercognoſcen-
„ dis, imbibendis & in uſum conver-
„ tendis, ut intelligant, non exteriorem
„ tantum malitiam in verbis, geſtibus
„ & factis, ſed præcipue etiam interno-
„ rum affectuum pravitatem, ceu radi-
„ cem amaritudinis, ſurſum ad peſſima
„ quæque opera germinantem, uſque
„ & uſque compeſcendam & corrigen-
„ dam, infernales illos fructus in herba
„ ipſa reſecandos, & propriam ſapien-
„ tiam, amorem, honorem & voluntatem
ceu

,, ceu veri Chriſtianiſmi peſtes & vene-
,, na in ſemet reprimenda, & plane ab-
,, neganda eſſe , ut Chriſti diſcipuli eſſe
,, poſſint , ut ſummum ſuum bonum ma-
,, ximaſque ejus partes deliciis quærere
,, diſcant non in oſtentatione ſæcularis
,, ſapientiæ & eloquentiæ in dignitati-
,, bus & honoribus mundi , in favore
,, hominum, in divitiis, voluptatibus, &
,, id genus aliis regni tenebrarum fu-
,, mis ; *ſed in ſolo Chriſto, in quo omnes ve-*
,, *rorum bonorum theſauri viva in ipſum*
,, *fide inveniantur & poßideantur , à quo*
,, *vera ſapientia, verus honor, veræ divitiæ,*
,, *& nunquam deſituræ voluptates exſpe-*
,, *ctandæ, à quo vitæ Chriſtianæ regula pe-*
,, *tenda , ut Deo vivant non mundo , ut*
,, *Chriſtus in ipſis regnet non diabolus, at-*
,, *que ita vivere doceantur Theologice &*
,, *Chriſtiane, non diſputare tantum, non ſci-*
,, *re modo cum Diabolo, ejusque ſimijs ſed*
,, *cum Chriſto & ſanctis etiam agere ; non*
,, *in lingua tantum, in calamo, in ſyllogiſmis*
,, *circumferre Theologiam Chriſtumque ip-*
,, *ſum, ſed imis ſenſibus pectoris, affectu, ſtu-*
,, *dijs omnibus & vitæ actionibus pro virili*
,, *exprimere.* Hæc enim doctrina legen-
,, do, audiendo, quærendo, reſpondendo,
,, plenè percipi non poteſt , agendo au-
,, tem rectiſſimè intelligitur.
,, Quid ſit nominis divini ſanctifica-
,, tio , quæ bona regni Dei , quid volun-
,, tatis divina impletio , nemo rectius
,, unquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

„ unquam novit, quàm qui nomen Dei in
„ vita ſua ſanctificat, qui regū ejus in ſe
„ deprehendit. qui voluntatem divinam
„ ſtudiosè exſequitur; Reliquis illa om-
„ nia per ſomnium & nebulam tantum
„ apparent; Jdeoque, cum de iis ſive
„ cogitant, ſive loquuntur, ſunt velut æs
„ ſonans & cymbalum tinniens, quod
„ nullum ſonitus ſui veſtigium relin-
„ quit.

Quæ ſi rectè expenderentur, aliter opinor, inſtituerent multi pietatis ſtudium, ac fieri plerumque aſſolet, dum illud vel aliorum ſtudiorum velut πάρεργον quiddam exiſtimant contra Chriſti regulam. *Matth.6. v. 33.* Vt omnes ferè illi faciunt, qui mundanæ ſapientiæ totos ſemet addixerunt; vel ſi ex profeſſo Theologicis ſtudiis ſeſe manciparunt, ita tamen ea tractant, ut eruditiores quidem, & ingenioſiores ad nominis famam comparandam, ſeu ſubtiliter diſputando, ſeu pomposè declamando; ſimpliciores vero ad lucrandum panem & alimoniam corporis demerendum; plerique omnes certe ad vitæ ſecularis cōmoditates aliquas & deſideria iis abutantur. Nec aliter fere poſſunt improvidi adoleſcentes, quin ad captanda ejuſmodi bona mundi ſtudiorum ſuorum labores referant, quando quotidianis moribus & exemplis undique obſervantibus illuc abripiuntur, quando vocibus etiam

etiam parentum, præceptorum, aliorũque bene ipſis cupientium, ſtimulantur inſuper; *Age*, inquiunt, *intende ingenij nervos, ut acumine diſputandi, dicendi gloria, immortali nominis fama, publicæ dignitatis ſplendore iſti Theològo, Doctori, Magiſtro par eſſe poſsis, ut habeas, unde vivas; in omnium ſis oculis; ut locupletem parochiam præ aliis aſſequaris.*

Inter has curarum mundanarum ſpinas dum adoleſcit ſtudioſa juventus, verbi divini ſemen apud eam ſuffocari neceſſe eſt, ut maturitatem ſuam aſſequi non poſſit, ad ſolidos & conſtantes fructus proferendum; *unde porro pro vero Chriſtianiſmo Ethniciſmus naſcitur in doctrina æque ac vita Chriſtiana; pro Chriſtianis hominibus gentiles in rei veritate; ſemper diſcentes, ſed nunquam ad agnitionem veritatis pervenientes*, φίλαυτοι, elati, blaſphemi, profani, avari, calumniatores, incontinentes, ἄστοργοι. voluptatũ magis amatores, quàm Dei, ſpeciem quidem pietatis habentes, ſed virtutem ejus abnegantes; uti noviſſimorum eorumque periculoſiſſimorum temporum PſeudoChriſtianos *vere deſtribit Apoſtolus, 1. Tim. 3. v. 3. ſeq.*

Sic ergo fit, ut quæ doctrina vitioſos illos affectus reprimere & ſedare in homine debebat, ea velut obtorto collo ad oſdem paſcendos, & palliandos pertrahatur, & pro odore vitæ ad vitam, mul-

multis evadat odor mortis ad mortem.

Etſi vero Lector Chriſtiane, tantum ego mihi non arrogo ut communem iſtam ſtudiorum Scholaſticorum ἀταξίαν conſiliis & laboribus meis me emendaturum ſperem, qui non ignoro, quam acriter pro gentili ſua Helena decertet Diabolus, ut amoribus ejus irretitos & excæcatos in pace poſſideat, etiam Chriſtiani nominis ſtudioſos, ut inferni tantum crabrones irritare videatur, ſi quis eam eripere extet præſtantium ingeniorum amplexu, ſi contra totius mundi adamata ſtudia venire conetur: Tamen pro officii mei ratione divinitus mihi demandata tantum agere hîc merito debeo, quantum & talenti concrediti anguſtia, & ultimorum iſtorum temporum inſana perverſitas unquam permittit; Ideoque haſce meas lucubratiunculas, cum diſcipulis meis ad agnoſcendam, & abnegandam tum mundi vanitatem, tum naturæ ſuæ pravitatem, ad diſcendum & amandum Chriſtum, inſervire poſſe judicarem, id aſſiduam earum inculcationem, repetitionem & exercitationem eo commodius inſtituendam typis publicis committere volui; quæ proinde ſi vel uni aut alteri ex ipſis ad verum Chriſtianiſmum profuturæ ſunt, gratias Deo agam, & eo moderatius feram, ſi peritioribus & doctioribus fortaſſe non uſ-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

que quaque ſatisfecero. Confido equidem, nihil à me novi promulgatum, nihil erronei, cum præ omnibus Sacrarum litterarum ductum omni humana doctrina & autoritate antiquiorem & certiorem unicè ſecutus ſim, adhibitis etiam Orthodoxorum Eccleſiæ Doctorum ſcriptis; quantum quidem moleſtiarum & laborum Scholaſticorum moles otii & temporis ad eam rem conceſſit: Sed nec ignoro tamen, quin ad omnium palatum non futura ſint omnia, eorum præcipue, quibus nunc nova & erronea videntur; Quæ vel ipſe Lutherus olim, tanto cum zelo & ſolicitudine apertiſſime docuit; quem illi etiam, quod vivam Theologiæ praxin potius urgent; *Quàm diſputationum ſubtilitates, vel maxime nunc faſtidiunt; qui fidei Chriſtianæ ſinceritatem in formatis ſuis & elimatis diſtinctionibus & ſyllogiſmis quàm rectiſſime ſe cuſtodire poſſe putant.* Quomodo autem illa in cordibus & vita hominum ſeſe habeat, ſuſque deque ferunt; qui in exenterandis voculis his & illis, imo in litteris penè & ſyllabis aliorum terebrandis, ad miraculum uſque curioſi & vigiles de ipſo veræ Theologiæ nucleo & medulla planè ſecuri ſunt: *qui denique nihil verum & bonum eſſe putant, niſi quod ab ipſis profectum ſit.*

His ergo ſuperciliosis gigantibus & culicum

culicum colatoribus ſuperſtitioſis uti fruſtra me ſatis facturum, ſperavero, ita verè Chriſtianum Lectorem paulo æquiorem in ſtudia iſthæc mea judicem exſtiturum cenſeo. cum agnoverit ejuſmodi Doctrinæ Theologicæ fundamenta hîc è Verbo Dei poſita eſſe, quibus juventus ſtudioſa non tantum, ad præcipuos hæreticorum errores agnoſcendos & refellendos, ſed etiam ad veram fidem & vitam Chriſtianam in ſemet exædificandam uti non infeliciter poſſit; Hîc vero ſcopus mihi labore iſthoc propoſitus unice fuit; Quem tamē, ſi in omnibus plene aſſecutus non ſum, cogitabit æquus cenſor, ſynopſin eſſe hanc Theologiæ, quæ quanta fieri potuit brevitate in arctum cogenda fuit, in qua praxis doctrinæ indice digito demonſtrari debuit; Plenè autem pertractari non debuit; Cogitabit natam eam eſſe inter multiplices eoſque diverſos Scholaſticos, quibus diſtractum ingeniū tam arduo operi alicui fortaſſe impar fuit. Jlli quibus & ingenii & Doctrinæ Theologicæ & otii ad eam non ſatis eſt, abſolutius aliquid, & Chriſtianæ pietati accommodatius meditandi anſam heîc ſibi datam intelligent. ad juventutis ædificationem & Dei gloriam. Jnterea hac manuductione mea uti licebit, quibus lubebit. Pleniorem autem ſingulorum locorum intellectum & vi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

vam doctrinæ Chriſtianæ praxin fuſius deductam *unus Luth.* in ſcriptis ſuis divino Spiritu animatis abunde nobis ſuppeditare poteſt; Cum quibus ſi quis è recentioribus *Iohan. Arndi*, & qui hujus ductum ſequuntur, pias & Chriſtianas lucubrationes conjungere voluerit, longe plus, opinor, *in ÿs veræ, & vivæ Theologiæ inveniet, quàm in illis Metaphyſicæ ſpinis & aculeis, quos multi hodie plenis plauſtris in Theologiam diſputationibus ſuis invehunt.*

Præclare olim adſerebat *Chemnitius*: ille ſciat, ſe in Theologia multum profeciſſe, cui *Luth.* ſcripta plurimum placebunt. *Hodie ille magnus habetur in Theologia ut plurimum, cui Metaphyſicus, Ariſt. magnus eſt.* Bene vero cum Theologicis ſtudiis ageretur, ſi *Luth.* interea vere reviviſceret, qui multos proculdubio ad Chriſtiane non docendum tantum, ſed credendum etiam & vivendum in Spiritu & exemplo ſuo animaturus & inſtructurus eſſet, &c. *Fas enim eſt, tacere hanc mulierem* (quam potius meretricem in profanitate ſua vocat Sac. ille Philoſoph.) *in Eccleſia, ubi Chriſtus audiendus, non humanæ rationis curioſitas falſa ne incidamus in* βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, *h. e. in profanas vocum inanitates & contradictiones falſo nominatæ ſcientiæ, atque exinde in deprædationem Fidei & inanem deceptionem.*

*ceptionem, quod ſollicite Chriſtianis cavendum eſſe, monet Apoſtolus*: Unde idem in doctrina Chriſtiana requirit ἀδιαφθορίαν καὶ σεμνότητα integritatem & munditiem, ne alienis decretis improbè illa adulteretur, & polluatur. Ideoque plus heîc Logicæ totique adeo Philoſophiæ profanæ indulgendum non eſt, quam Verbi divini germana ſynceritas permittit: contra quam ſicubi inſurgit illa, & manum ei temerè injicit, abneganda potius, ex mandato Chriſti, & NB. *proculcanda cum omnibus noſtris ſtudiis, ut purum à carnali ſapientia pectus Chriſto ſervatori noſtro exhibeamus.*

Quod ſupereſt, Chriſtiane Lector, tu opellam hanc meam dextrè interpretaberis, Deumque Opt. Max. una mecum rogabis, ut tum in Eccleſia univerſa, tum ejus præcipuè ſeminario, Scholis nimirum publicis, privatiſque Fidei & vitæ Chriſtianæ ſynceritatem, extinctam penè & intermortuam, aut certè hominum commentis, & ſeculi vanitatibus oppreſſam, ſpiritu ſuo exſuſcitet, propaget, & conſervet, ad ſuam gloriam, & animarum noſtrarum ſalutem, per & propter Ieſum Chriſtum Filium ſuum dilectum Servatorem noſtrum unicum. Amen. Datum Hannoveræ 20. Martii, Anno, quo

*VIndICIs Ira DeI VarIIs DeſæVIt In orIs.*

# EPILOGVS.

AMiciſſime Lector, Bene ſe quidem habet, quod tandem digni inventi ſint inter Theologos, qui tam manifeſta deprehenderint communia errata, velut etiam idem graviter monuit vir optimus Dominus Antonius Buſcherus in ſuo Templo cordis domeſtico. Sed memini in quantum ædificatores Babylonici ſe heîc oppoſuerint, & quæ impedimenta optimo huic Domino Statio Buſchero objecerint, ne ejus Theol. ſynopſis cum hac monitione in publicum prodiret. Velut etiamnum ſunt, qui impudentiſſimè audeant barbariem id vocitare, quoties quis Sanctiora præ Ethniciſmo excolere cupiat. Ceu olim ante 30. annos id optimo *Theol. D. Hoffmanno* obtigit. Dici non poteſt, quantas huic turbas moverint inſolentiores profanitatis cultores, & quantæ fuerint in eum debacchationes, donec confunderent virum, nil aliud, quàm Verbi cœleſtis auctoritatem gratiorem in Chriſtianiſmo, ſedulo cultu apud juventutem conſervare ſtudentem: Vnde non exigua orta eſt ingeniorum paſſim diſtractio, quam Jehova variis calamitatibus retundere perrexit, ut non tam hac perſecutione Chriſto nubes obducerint, quam ſibi pœnas accelerarint. Tanta proh dolor! abſurdi-

tas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

tas mortalium hodiè undique viget, ut vix ſint aliqui, qui communem errorem non in hoc errare ſatagent, præ veritatis ſtudio. Sed intelligenti cuivis facitè hæc patet cura fallax: *An non lacunæ putidæ, meliores ſint, quam fons Iſraelis?* Etenim quis non videat, lucem potius præ tenebris ſeligendam eſſe, & amandam? Qui magis Ethnicisſmum præ luce & gloria Jehovæ, quam ille in Chriſto & Verbo ſuo ter ſanctiſſimo retexit, in precio habet, eo ipſo certè oſtendit ſatis, cujus regni ſectator ſit, & cujus ſpiritus filius. Chriſtus ait expreſſe. *Ioh.* 14.6. Ego ſum Via Ueritas & Uita; nemo ad Patrem venit, niſi per Me. *Et v.*23. Qui Me amat, ille meum ſervabit Uerbum, ac Parens meus diliget eum, & nos ad eum veniemus, ac habitabimus apud eum. Item *Ioh* 8.23. Vos eſtis ex locis infernis, ego ſum ex ſupernis: Vos eſtis ex mundo, ego non ſum ex hoc mundo. Quæſo igitur, quis magis barbarus, aut barbariem ſectatur? Num ille, qui Verbum Dei diligit & amplectitur cum Davide *Pſal.* 119. 86. 88. 97. 127. 128. 140. toto corde; an qui ſpiritus erroneos Ethnicisſmi ſequitur? *Pſal.* 113. Tu cõteris omnes, qui à tuis deviãt juribus: quia ipſorum argutiæ meras produnt nugas. *ait Dav. Pſal.* 119. 118. An non omnis homo mendax? Quid igitur heic reſtat. Jehova convertat conver-

 tendos,

tendos, & det, ut tandem, Veritatem cœli rectius agnoſcant, & foveant, ac inprimis regentibus oculos mentis aperiant, ut ſuum in his debitè agnoſcant officium, & ſcholarum informationibus ſanctiorem impendant curam; Facile ſic gratia Dei redibit nobis, in vera formâ boni regiminis, & magnam ſibi in cœlis mercedem comparabunt cum ſubditis cunctis ſuis. Quod faxit Jehova Clementiſſimus. Amen. Namque ſanè veriſſimum Domini Buſcheri verbum, quod *Vita Dei ex Verbo, Carnis ſapientia mors ſit.*

IEHOVA SALUS MEA.

*FINIS.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

# IOANNES ANGELIVS WERDENHAGEN ICC.

*Anagrammate explicat.*

**Ah non-ignavus: inde verè elegans.**

D*E ſe, ſuisque gloriantur plurimi*
*Arte inſolenter, futili ac inutili*
*Faſtu tumẽtes: Nõ agit IAN-ANGELIVS*
*Sic VVERDENHAGIVS, Iehovæ floſculus.*
*Namque Alpha doctos inter hic quum ſit viros.*
*Criſtas tamen non erigit procacior:*
*Diſsimulat eruditionis copiam,*
*Et ſcrinium cordis, refertum floribus*
*Virtutis & ſcientiæ fragrantibus*
*Iactanter ipſe haud prædicat: Modeſtia*
*(Sal vitæ) eum commendat & ſolertia:*
*Gaudet tamen præ cæteris perenniter*
*Adeſſe cuivis nomine & facto pius,*
*Eccleſiæque verna Chriſti dicier.*
*Plus ſemper in receſſu habet, quã primulũ*
*In fronte præ ſe fert: ſub omniſcibili*
*Palmam eripit (tabeſce Mome) maximis.*
Ignavus ah non *eſt ſophorum in atrijs*
*Sed veritatis veriori in ſemita:*
*Nec eſt Dices* Ignavus *in conflictibus;*
*Aſt quæ Iehovæ comprobatur legibus.*
*Inde* Elegans vere *patronus eſt pijs,*
*Vti hoc fuit pridem ſuis ſaxonicis*
*Et Magdeburgicæ urbis optimus; Deus*
*Quem perpetim ſervare non hinc deſinet.*

M. Iohannes Bergerus Hal.
Sax. P. L. Cæſ.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

## Errata.

In abſentia authoris quia ſit edita hæc Politica, errata quidem ipſe Lector benevolus corrigere poterit; quæ autem ſunt alicujus gravioris momenti, hæc ita attendantur.

*pag. 25. l. 15 legatur. in gratia. ead. pag. l. 25. inſervienti. pag. 30. l 9. in injuſtitia. p. 42. l. 6. atque quam longe ab. p. 44. l. 23. Politica vera p. 46. l. 4. Capiti. p. 47. l. 1. pro fontibus legatur, lacunis. p. 48. l. 2. juventuti. p. 49. l. 15. formetur. ibid. l. 21. Statius p. 60. l. 5. inculcatione. p. 64. l. 16. nobis & . l. 22. nabimur. p. 81. l. 26. imaginem. p. 89. l. 17. inde p. 105. l. 10. ſe reduci p. 133. l. 1. talibus. p. 137 l. 29. ſapientis p. 138. l. 25. tranſique vita. p. 143. l. 10. nunquam p. 161 l. 8. & provehitur p. 163. l. 2, externe. p. 169. l. 28. ingrediemini p. 177. l. 13. Quod vero p. 178. l. 2. toties.*

Reliqua æquus Lector cēſeat benigniter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 61